s

JS

G. & B. WESTERMANN Bro.s
Deutsche
Buchhandlung
290 Broadway
NEW-YORK

Lyrias mus
&
Grammatica

8.5.02

From the Library of

Professor William Henry Green

Bequeathed by him to

the Library of

Princeton Theological Seminary

SCC
8868

W. 1/37

W. Henry Green
Princeton N.J.

May 5. 1854

SYRIASMVS,

ID EST,

GRAMMATICA LINGVAE SYRIACAE,

CVM

FVNDAMENTIS NECESSARIIS,

TVM

PARADIGMATIBVS PLENIORIBVS,

TVM

DENIQVE VBERE SYNTAXI,

ET

IDIOMATIBVS LINGVAE,

INSTRVCTA.

AVCTORE

D. CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS,

THEOL. ET LINGVARVM SS. PROF. ORD.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.

MDCCXLI.

LECTORI BENEVOLO

S.

OPtatum accidit, vt ſuperiori anno, qui inuentæ artis typographicæ feſtiuus & ſæcularis fuit, *Grunertus* noſter, qua diligentia, & ad iuuandas Orientales litteras prona voluntate eſt, typographiam ſuam, ceterum bene inſtructam, & vlterius inſtruendam, Syriacis ditauerit typis,

quibus adhuc vrbs & academia noſtra florentiſſima caruerat. Igitur quod fuerat in deſideriis, & quod bono omine ſæcularis annus euenire fecit, id nunc merito in vſum verto tum auditorum meorum, tum aliorum, quibus, vt ceteras Orientis linguas, ita Syriacam inprimis colere volupe eſt. Do enim illis grammaticam eius linguæ inſtitutionem, ex Syriaca ſacrorum librorum V. & N. Teſtamenti verſione diligenter lecta concinnatam, qua ad cognoſcendum Syriaſmum duci commode, ac prouehi queant: quod (vt equidem ſpero) tanto

minus

minus ingratum erit, quo magis incommodum hucusque accidit, vt in prælectionibus Syriacis commilitones exemplaria grammaticæ huius linguæ vel nulla omnino, vel nimis macra, vel rara, vel non nisi diuersa diuersorum auctorum, non sine docentis discentiumque molestia, nanciscí potuerint. Tractationem omnem tribus absolui libris: in quorum primo fundamenta, hoc est, quatuor momenta lectionis & scriptionis, consonantes, vocales, notas diacriticas, & tonum vocum, totidem explico capitibus; in altero partes orationis, Verbum,

Nomen & Particulam, quod ad illorum accidentia, & flexionem inprimis, adtinet, tribus capitibus, & eo perſequor ordine, qui & naturæ rei, & mori grammaticorum Orientalium conueniat, incipiendo a Verbis, quæ regulariter ſunt primitiua, pergendo ad Nomina, quæ, vt & Particularum pleræque, a Verbis ordinarie deducuntur, & ſubiungendo Particulas, quæ ſiue Verbis ſiue Nominibus adiiciuntur, aliquæ vero, hoc eſt, Pronomina, vicem Nominum gerunt; tertio denique ſyntaxin, & idiomata Syrorum ſyntactica in Verbis, Nominibus

&

& Particulis, tribus doceo capitibus. In ſingulis exempla & paradigmata addidi, ex ſacro Codice Vet. & Noui Fœderis depromta, idque tam larga manu, & eo ordine, vt pleniora & magis digeſta apud alios auctores vix repertum iri, confidere poſſim: quamuis illorum honori, qui ante me in hoc genere elaborarunt, nihil detractum velim. Plura, quæ præfari poſſem, lubens nunc prætermitto: cum, ſi Deus vitam viresque conceſſerit, ſeparato opuſculo agere conſtituerim de Syrorum gente ac lingua; de luminibus, quæ Syrus ſermo

tum

tum grammaticæ Ebraicæ & Biblico-chaldaicæ, tum etymologiæ & phraseologiæ Ebraicæ, tum Græcismo sacro, & N. Testamenti inprimis, præbet; porro de exstantioribus monumentis & præsidiis linguæ Syriacæ; de versionibus tum V. tum N. Testamenti Syriacis, & quem vsum maxime Syriaca N. T. versio habeat, & antiquitate & præstantia sua venerabilis. Nihil igitur iam restat, quam vt hanc meam opellam Philo-Syris dicem tradamque, & eos valere iubeam quam optime. Dabam Halæ d. XII. April. A. cIↃIↃCCXLI.

GRAM-

GRAMMATICAE SYRIACAE

LIBER I.
DE
HIS QVAE AD LECTIONEM ET SCRIPTIONEM PERTINENT:

Vt ſunt 1. *Conſonantes*, 2. *Vocales*, 3. *Notæ diacriticæ*, & 4. *Tonus*.

CAPVT I.
DE
CONSONANTIBVS.

§. I.

Litteræ ſeu *Conſonantes* apud Syros, vt apud Hebræos, *numero* ſunt XXII. quarum *ordo*, *figura*, *nomen* & *valor*, ex ſequenti liquent ſchemate:

Figura, eaque Separata,	Connexa.	Nomen, Latine,	Syriace.	Valor, isque Essentialis,	Numericus.
ܐ	ـܐ	Olaph	ܐܠܦ	א Spiritus lenis	1.
ܒ	ـܒـ	Beth	ܒܝܬ	ב b	2.
ܓ	ـܓـ	Gomal	ܓܡܠ	ג g	3.
ܕ	ـܕ	Dolath	ܕܠܬ	ד d	4.
ܗ	ـܗـ	He	ܗܐ	ה h	5.
ܘ	ـܘ	Wau	ܘܐܘ	ו w vel v	6.
ܙ	ـܙ	Zain	ܙܝܢ	ז z gallicum	7.
ܚ	ـܚـ	Cheth	ܚܝܬ	ח hh Orient.	8.
ܛ	ـܛـ	Teth	ܛܝܬ	ט t	9.
ܝ	ـܝ	Iud	ܝܘܕ	י j	10.
ܟ	ـܟـ	Coph	ܟܘܦ	כ k	20.
ܠ	ـܠـ	Lomad	ܠܡܕ	ל l	30.
ܡ	ـܡـ	Mim	ܡܝܡ	מ m	40.
ܢ	ـܢ	Nun	ܢܘܢ	נ n	50.
ܣ	ـܣـ	Semcath	ܣܡܟܬ	ס ſ	60.
ܥ	ـܥـ	Ee	ܥܝܐ	ע ſpiritus aſperrimus.	70.
ܦ	ـܦـ	Pe	ܦܐ	פ p vel ph	80.
ܨ	ـܨ	Tzode	ܨܕܝ	צ tz	90.
ܩ	ـܩـ	Quoph ſ. Koph	ܩܘܦ	ק k	100.
ܪ	ـܪ	Riſch	ܪܝܫ	ר r	200.
ܫ	ـܫـ	Schin	ܫܝܢ	ש ſch	300.
ܬ	ـܬ	Thau	ܬܐܘ	ת th	400.

§. II.

§. II. Ratione *figuræ:*

a) Caue, confundas ܐ *Olaph* & ܙ *Zain*; ܨ & ܨ seu ܨ *Coph*; ܕ *Dolath* & ܪ *Risch*; ܠ *Lomad* & ܥ *Ee*; quæ siue ex figura vel altiore vel depressiore, siue ex ductu vel oblongiore vel rotundiore, siue denique ex puncto diacritico vel inferno vel superno, facile distinguntur.

b) *Olaph* & *Lomad*, illa huic, hæc illi vel sibi ipsi, in scribendo adcommodantur: vt ܐܠܗܐ pro ܐܠܗܐ *Deus*, ܠܐ pro ܠܐ *non*, ܡܠܠ pro ܡܠܠ *loquutus est*; & in diuersis vocibus, v.g. ܥܠ ܐܪܥܐ *super terram*, *Olaph* initiale *Lomad* finali implicatur.

c) Triplex Syriacarum litterarum genus innotuit: α) MENDAEAE, quarum specimina dederunt *Theuenotius To. I. Itiner. collect.* & *Hydius in Hist. relig. vet. Persarum. p.* 521. Has *Matur. Veyss. La-Croze* diss. philol. quam *Io. Chamberlayne* editæ a se Amstelodami A. 1715. *Orationi Dominicæ multilingui* subiecit, p. 125. vel ideo pro antiquissimis omnium haberi posse credit, quod vocalium litterarum vsum seruauerint, quem omnibus omnino litteratis initio familiarem fuisse censet. β) ESTRANGELO dictæ, a græca voce στρογγύλος *rotundus*; quod litterarum genus, quum Mendæorum characteres ob apices quosdam minus promte in charta vel membranis describi possent, ceu expeditius & facilius, excogitatum esse, idem *La-Croze* l. c. suspicatur. γ) VVLGATAE, quæ passim hodie, maximeque in impressis libris, adhibentur.

d) *Figura* litterarum est vel α) *separata*, qua scribuntur extra connexionem siue cum antecedente, siue cum consequente; vel β) *connexa*, idque vel א) cum sequente solum littera, vel ב) cum præcedente & sequente simul, vel ג) solum cum præcedente: vnde quadruplex, quanquam satis exigua, figuræ litterarum variatio, vti ex præmisso adparet schemate.

e) Attamen octo litteræ לעולמיתך, id est, *Olaph, Dolath, He, Wau, Zain, Tzode, Risch* & *Thau*, connexionem neque secum ipsis, neque cum aliis sequentibus, sed solum cum aliis præcedentibus, patiuntur. Hinc iunctura litterarum negligitur, v. g. in ילד *generatio*, שמם *obstupuit*, חלל *pœnituit*, עדד *fœdauit*; hinc fit item, vt dictas litteras in præmisso schemate non secum ipsis, sed v. g. cum ـد præcedente connexuerimus, nempe ـبد, ـجد, ـحد, ـهد, ـוד, ـזד, ـחד, ـטד, ـיד, ـלד.

§. III. *Valor essentialis* seu *primarius* litterarum quarundam in certis casibus variatur. Nam

a) א mobile in medio vocis legitur vt ـء, idque α) ante vel post aliud א; vt אויר *ojar aer*, מלוא *mlojo plenitudo*, בוסא *bujojo consolatio*; β) in Participio Præsenti γ) Verborum quiescentium media ו, vt קם *Kojém stans*; & secundum aliquos, ב) geminantium mediam radicalem, vt יצא *ojél intrans*, ab יצא contracte pro יצא *intrauit*; nec non δ) mediam radicalem א habentium, vt שאל *schojel petens*, a שאל pro שאל *petiit*.

b) ו ab initio vocis legitur vt *Wau*, seu W Anglicanum & Arabicum, vt וילף *wilef & didicit*; alias vt *Vau*, v. g. וָאוֹן *avono mansio*: at post homogeneam vocalem O vel V quiescit, vt קוף *Coph*, nomen litteræ, קוֹף *dies*; post heterogeneam vero A diphthongescit, vt יוֹם *jaumo dies* לָוֹ *lau non*.

c) ـע cum substrata vocali ـ, ab initio vocis legitur vt א, vt עֶלֶד *ilad peperit*, עִקַּר *ikar grauis fuit*: vnde in aliquibus Nominibus præmittitur א prostheticum, vt אֶחָד pro חָד Chald. חַד *dies*, אֶמָּא pro עַמָּא Chald. יְקַר *honor*, אֶמָּא pro

pro

pro ܐܝܕܐ Chald. יָד *manus;* in aliis vero ſcriptio eſt indifferens, ſine & cum ܐ, vt ܐܝܣܪܝܐܝܠ & ܝܣܪܝܐܝܠ *Iſrael*, ܝܗܘܕܐ & ܐܝܗܘܕܐ *Iudas.*

d) Spiritus aſperrimus ʿ ſeu *Ee*, vbi eſt prima radicalis littera, ante mediam ת legitur mollius vt ſpiritus lenis ʾ; v. g. ܙܟܪ *recordatus eſt*, legitur ܐܙܟܪ; ܥܬܝܠ *vtilia*, haud aliter ac ſi ſcriberetur ܐܬܝܠ: vnde ʿ iisdem adfectionibus ſubiacet ac ʾ, nempe vt initiale vocis, vbi per Schua pronunciari debuiſſet, loco eius adſumat vocalem, v. g. ܙܟܪ pro ܐܙܟܪ; præcedente vero littera ſchuata, ad eam remittens vocalem ſuam ipſa occultetur atque quieſcat, v. g. ܕܥܬܝܠ *quæ vtilia*, pro ܕܐܥܬܝܠ. Vide paulo abhinc regulas *Quieſcentium* ـْـ §. 7. a. & quæ c. III. §. 7. de *linea occultante* dicemus: it. lib. II. c. I. §. 14. g.

§. IV. *Valor numericus* ſeu *ſecundarius* litterarum, nec non ordo illarum alphabeticus, idem apud Syros qui apud Ebræos eſt: ita vt primæ IX litteræ *vnitates*, intermediæ a *Iud* vsque ad *Tzode*, *decades*, & reliquæ *centurias* (vti in ſchemate Alphabethi oſtendimus) exprimant.

§. V. *Diuiſio* litterarum inſtitui poteſt

a) ratione *organi* ſeu inſtrumenti, quo ſingulæ proferuntur, in

α) *Gutturales* ʿ ʾ ה,
β) *Labiales* ב מ פ ו,
γ) *Palatinas* ג כ ק י,
δ) *Linguales* ד ט ל נ ר ת, &
ε) *Dentales* ז ס ש צ.

b) ratione *ſpeciei* in

α) *Radicales*, quæ de primitiuarum vocum ſubſtantia ſunt,

β) *Seruiles*, quæ vltra radicales litteras accedunt. Sunt autem vel א) *essentiales*, seu *formatiuæ*; ab initio quidem vocum, *præformatiuæ*; ab illarum vero fine, *adformatiuæ*: vel ב) *extraessentiales*, v. g. ܐ *prostheticum* in ܐܟ̈ pro ܟ̈ *sicut*, ܐܟ̈ seq. ? *sicut qui*, ܐܠ pro ܠ *bibit*, ܐܫܟ̈ *inuenit*, vt distinguatur a ܫ̈ *oblitus est*; inprimis vero in exoticis, ab sibilante ܣ inchoatis, vt ܐܣ̈ܛ̈ܪ̈ܝ̈ σατάδια, ܐܣ̈ܛ̈ܝ̈ σοά, ܐܣ̈ܛ̈ܝ̈ σοιχεῖα, ܐ̈ܣ̈ܦ̈ܝ̈ σπόγγος, cet. Quin & Syriaca ܐ̈ܠ *sex*, & ܣ̈ܠ *sexaginta*, legenda esse cum implicito ܐ prosthetico, ac si scripta essent ܐ̈ܠ (quod & sic scribitur Luc. 1, 26.) & ܣ̈ܐ̈ܠ, Præfixorum docebit analogia. Ad *formatiuas* quoque referimus illas, quæ ex trilitteris quadrilittera formant, siue ab initio, vt ܡ̈ܥ̈ܒ̈ *seruire fecit*, ab ܥ̈ܒ̈ *seruiuit*; siue in medio, vt ܡ̈ܫ̈ܬ̈ܦ̈ *communicauit*, a Chald. שְׁתַּף idem; siue in fine, vt ܦ̈ܪ̈ܣ̈ *publicauit*, a ܦ̈ܪ̈ܣ̈ *expandit*.

§. VI. *Accidit* litteris, vt vel 1. in præcedente vocali *quiescant*; vel 2. *otientur* nonnunquam; vel 3. *permutentur* cum aliis; vel 4. *transponantur*; vel 5. denique *elidantur*. Singulas horum *Accidentium* species separatis numeris perfequemur.

§. VII. *Quiescentes* litteræ nonnisi hæ tres sunt ܐܗܝ. Nam ה, quod Cl. *Hardtius* illis ad imitationem Hebraismi addidit, in harum litterarum censu neque apud Syros est, neque apud Arabes. Caue igitur, pro quiescente habeas ה Suffixi 3. pers. sing. masc. & fem. v. g. ܡ̈ܠ̈ܟ̈ܐ̈ *rex eius*, viri, & ܡ̈ܠ̈ܟ̈ܬ̈ *rex eius*, feminæ: quod moueri, vel Chaldaismi analogia docet, vbi Suffixo ה, siue masc. siue feminino, imprimitur *Mappik*, מַלְכֵּהּ & מַלְכָּהּ. Speciatim

a) ܐ, idque

α) *medianum*, si præcedentem habere debuisset litteram vocali destitutam, remissa ad hanc vocali sua, quæ-

quæ

quæ fuerit, quieſcit: vt יִפְעָל pro יִפְעַל *petet*, יִזְדַּמֵּן pro יִזְדַּמַּן *comeſtus eſt*: נִפְעַל pro נִפְעַל *feſſus factus ſum*, מֵאָה pro מֵאָה *centum*, עֶשֶׂר pro עֶשֶׂר *decens*, דֶּרֶךְ pro דֶּרֶךְ *in via*. Extra hunc vero caſum ה in Infinit. & Fut. Peal quieſcit in I, in Verbis quibusdam I. rad. ה, vt אֱמֹר *dicere*, גָּלֹה *abire* יֹאמַר *dicet*, גָּלָה *abibit*; in Verbis quibusdam I. rad. י, vt קָנֶה pro קָנְיָה *parere*; קִיר *paries*; item in exoticis חֲקִירוֹת ζητήματα, קֵץ καιρὸς; & in כְּאֵב *dolor*, כֶּסֶף *argentum*, חַג *feſtum*, פְּרִי *fructus*, שֵׁד *dæmon*, תְּאֵנָה *ficus*, מַדָּע *conſcientia*, בָּצָל *balbus* cet. In aliquibus ſcriptio eſt indifferens, vt בְּאֵר & בְּיָר *puteus*, זְאֵב & זְיֵב *lupus*, חֲגִיגָה & חֲגִיגָה *feſtum*, אֲרוֹן & אֲרֹן *arca* cet.

At β) *finale* regulariter non quieſcit, niſi in vocalibus ◌ָ & ◌ַ: vt גָּלָה *reuelauit*, יִגְלֶה *reuelabit*. Aliter ſe res habet de טָמֵא *impurus fuit*, נִחַם *conſolatus eſt*, אָוָה *fœdauit*, הִתְפָּאֵר *condecoratus eſt*, eorumque deriuatis: quæ non *quieſcentibus*, ſed *gutturalibus*, vltimamque ה mouentibus, accenſenda. Vide lib. II. c. I. §. 12. & §. 18.

b) o vocali deſtitutum regulariter quieſcit in ◌ֹ ſeu V, vt חֹק *finis*; in exoticis vero vocibus ſimiliter in A, E, O, vt אַתְכְּנִי ἀρχαὶ, אַתְנוֹס *Athenas*, אַתְנִי *Athenis*, אַתְנוֹס *thronus*; nec non ſecundum aliquos in his quadrilitteris, הַבְטָחָה *promiſſio*, הַגָּדָה *notificatio*, הַתְמָהָה *cunctatio*, in quibus o geminum eſt, prius vt fulcrum τῦ *Etzotzo*, poſterius vero, ſeruandæ originis cauſſa, quia ſunt deriuata a Verbis הִבְטִיחַ *promiſit*, הִגִּיד *notificauit*, הִתְמַהְמַהּ *cunctatus eſt*.

Vide

Vide infra de *linea occultante* c. III. §. 7. a. β. ד. Alias diphthongeſcit, vt ﬠוֹפְשׁ *ſaupho finis*, לֵוּט *leuto labor.*

c) ـ vocali deſtitutum quieſcit in homogeneis vocalibus ֵ & ִ, ſeu E & I, vt אֱמֶת *vero*, עַיִן *oculus*; at medianum, ſubſtratam habens vocalem, hac vocali ſua ad præcedentem ſchuatam (ſeu ſigno vocali vacuam) remiſſa, ipſum quieſcit; vt יְדְעוּ pro יְדִעוּ & *cognouerunt*, יִלְדְנִי pro יִלְדִנִי *natus eſt:* at poſt vocales heterogeneas diphthongeſcit cum illis, vt בָּעֲלַת *baito domus*, קַדְמֹנִי *kadmoi primus*, אֲבוּי *abui pater eius.*

§. VIII. *Otiantur* vero

a) ן vocali deſtitutum in Pronomine perſonali אַתֶּן *vos* M. & אַתֶּנָה *vos* F. poſt Participium Plurale, cuius ן affor-matiuum pariter otiatur; vt Matth. 11, 14. (ſec. Polygl.) קֹרְאִין, quod lege קֹרְאִי *vultis*; & Luc. 24, 3. מְבַקְשִׁין, quod lege מְבַקְשִׁי *quæritis.* Vide lib. II. c. III. §. 21. a.

b) ◌ & ـ, quum in fine vocum vocalem ſub & ante ſe nullam habent; idque

α) in terminationibus quibusdam Verborum; vt פָּקַדְתָּ *viſitauiſti* F. פָּקְדוּ *viſitauerunt* M. פָּקַדְנָה *viſitauerunt* F. פְּקֻדָּה *viſita* F. פְּקֻדָּה *viſitate* M. תִּפְקְדֵנִי *viſitabit* F.

β) In Pronominibus quibusdam ſuffixis; vt מַלְכִּי *rex meus*, מַלְכְּךָ *rex tuus* F. מַלְכֵּיכִי *reges tui* F. מַלְכֵיהֶן *reges eius* M. אֲהֵבַנִי *amauit me*, cet. Hoc tamen *Iud* ſuffixum fit mobile, quum ſequens vox inchoatur ab ה occultato; vt Ioh. 6, 51. בָּשָׂר אֶתֵּן, quod lege *pagrju.* Sic Eſa. 45, 14. יְגִיעַ כְּבָשׁ lege *bechju*, coll. infra c. III. §. 7.

γ) In

γ) in ſeparatis quibusdam vocibus: vt ܐܝܟܡܐ *tu* F. ܐܝܟܡ *quando*, ܐܡܫ *heri*, ܫܠܝܐ *tranquillitas*, a quo fit emphaticum ܫܠܝܐ: vnde viciſſim emphatica ܒܥܝܐ *eiulatus*, ܒܟܝܐ *fletus*, ܠܠܝܐ *nox*, conceperis ab abſolutis, quanquam inuſitatis, ܐܝܟ, ܒܟ, ܠܠ.

Nota: α) Probabile eſt, in tribus his exemplorum generibus ܐ & ܝ cum præcedente vocali ◌ V & ◌ I (furtiuo ſaltem ac dimidiato ſono) olim lecta, poſtmodum neglecta, ſcribendo tamen expreſſa eſſe, tum diſtinctionis, tum ſeruandæ originis cauſſa. β) Sunt & aliæ ſpecies *otiantium* litterarum, quæ, ſubducta linea, *occultari* Syris dicuntur, v. g. ܐܕܡ *chjon cognatus*, cet. de quibus infra agemus l. I. c. III. §. 7. de *linea occultante*.

§. IX. *Permutantur* inter ſe crebro litteræ:

a) Quæ ſunt *eiusdem organi*. Id quod vſu venit in commonſtranda maxime harmonia linguæ Syriacæ cum Hebraica: vt ܬܥܐ חָתָה *errauit*, ܟܒܪܝܬ גָּפְרִית *ſulphur*, ܦܘܠܐ בַּרְזֶל *ferrum*, ܐܫܬܥܐ Act. 18, 20. & alibi paſſim, pro ܐܫܬܠܐ *perſuaſus eſt* Act. 23, 21. ܟܫ & ܐܛܫ *ſpreuit*. Inprimis ܠ characteriſticum Ethpeel & Ethpaal poſt ܣ mutatur in ܥ, & poſt ܘ in ܨ: vt ܐܘܨܦ pro ܐܘܨܠ *crucifixus eſt*, ܙܘܙ pro ܙܘܠ *ſeminatus eſt*, ܐܘܒ pro ܐܘܠ *armatus eſt*, ܐܟܣ pro ܐܟܠ *crucifixus eſt*. Sic ܐܟܙ *aſtutus factus eſt*, ܐܟܒ *complacuit*. Conf. §. X. b.

b) *Dentales & linguales*: vt ܚܕܬ חָדָשׁ *nouus*, ܛܡܢ טָמַן *occultauit*, ܬܪܝܢ שְׁנַיִם *duo*, ܫܕܝ שָׁדַיִם *vbera*, ܕܗܒ זָהָב *aurum*; ܪܘܥ רוּץ *cucurrit*, ܒ Hebr. בֵּן *filius*, pl. ܒܢܝ *filii*.

c) *Quieſcentes* ſeu quieſcibiles ܐ: nempe

α) ܐ 1. rad. in Coniugationibus Aphel & Ettaphal regulariter mutatur in ܐ; vt ab ܐܟܠ *comedit* fit ܐܟ̰ܠ pro ܐܟ̰ *cibauit*, ܐܟ̰ܠ pro ܐܟ̰ *cibatus eſt*; at in ܒ, ſpecialiter in ܐܝܬܝ *adduxit* ab ܐܬܐ *venit*, & in quadrilittero ܐܬܬܪ ab ܗܝܡܢ *credidit*, item 2. rad. in Pael & Ethpaal, vt ܐܓ̰ *polluit*, & ܐܬ̰ܓ̰ *polluitus eſt*, a ܐܓ *immundus fuit*; frequentiſſime vero 3. rad. vt ܒ̰ pro ܒ̰ *gauiſus eſt*, ܙ̰ *purificauit*, & ܙ̰ *purificatus eſt*, a ܙ̰ Hebr. זָכָה *purus fuit*. Vide Paradigma verbale ܩ̰ lib. II. c. I. §. 18. Idem fit ante terminationem emphaticam vel femininam ܐ; vt a ܡ̰ fit emph. ܡ̰ *dominus*; a ܒ̰ *electus*, ܒ̰ *electa*.

β) ܘ med. rad. mutatur in ܐ in Participio Peal Sing. maſc. vt ܩ̰ pro ܩ̰ *ſtans*; in ܝ vero plerumque in Coniugationibus Pael & Ethpaal, vt ܩ̰ pro ܩ̰ *ſtabiliuit*, ܩ̰ pro ܩ̰ *ſtabilitus eſt*; nec non in Participio Præſenti Peal ante incrementum ſyllabicum, vt ܩ̰ *ſtans* F. ܩ̰ & ܩ̰ pro ܩ̰ & ܩ̰ *ſtantes* M. & F.

γ) ܝ 1. rad. mutatur in ܐ poſt præformatiuas Infinitiui & Futuri Peal, vt ܝ̰ pro ܝ̰ *parere*, ܝ̰ pro ܝ̰ *paries* F. In ܘ vero mutatur, regulariter in Aphel & Ettaphal, vt ܐܝ̰ *generauit*, ܐܝ̰ *generatus eſt*; item in Nominibus quibusdam, ܐ̰ *donum*, a ܝ̰ *dedit*, ܐ̰ *onus*, ab ܝ̰ in Aph. *duxit*, ܐ̰ *partus*, cet. ſpecialiter in ܐ̰

conſti-

constituit, & ܩܝܡ *constitutus est*, indeque deriuato Nomine ܩܝܡܐ *pactum*.

d) ܐ facile transit in ܥ: & quidem

α) ܐ femininum Nominum, in statu constructo, emphatico & suffixo; vt a ܚܟܡܬܐ *sapientia* fit Constructum ܚܟܡܬ, emphaticum ܚܟܡܬܐ, & cum Suffixo ܚܟܡܬܝ *sapientia mea*.

β) ܐ characteristicum Aphel in deducta inde Coniugatione passiua Ettaphal perpetuo: vt ab ܐܬܝ *addidit*, fit ܐܬܬܝܦ pro ܐܬܬܘܣ *additus est*; ab ܐܬܟ *proiecit*, ܐܬܬܟ pro ܐܬܬܟܐ *proiectus est*; & ab ܐܬܪ *excitauit*, ܐܬܬܪ pro ܐܬܬܪܝ *excitatus est*; ܐܬܬܦ *persuasus est*, ab ܐܬܦ *persuasit*.

γ) ܐ i. radicalis in Coniug. Ethpeel & Ethpaal aliquando, vt ܐܬܬܒܝ pro ܐܬܬܒܐ vel ܐܬܒܐ *clausus est*; ܐܬܬܐ pro ܐܬܬܐܐ *ingemuit*; ܐܬܬܓܪ *negotiatus est*, ab ܓܪ *conduxit*.

e) Media rad. geminata, quæquæ sit, in Participio Præsenti transit in ܐ: vt ܥܐ *intrans*, in Fem. ܥܐܐ, Plur. ܥܐܝܢ & in Fem. ܥܐܟ, pro ܥܝ, ab ܥܠ contracte pro ܥܠܠ *intrauit*.

§. X. *Transponuntur* inuicem litteræ, idque

a) Generatim in vocibus his illis, v. g. ܐܬܬܥ pro ܐܬܬܥܐ vel ܐܬܥܐ *male adfectus fuit*; ܪܘܥ *curre*, a ܪܘܙ *cucurrit*; ܥܫܒ *gramen*, a Chald. ܥܶܫܒܳܐ & Hebr. ܥܵܫܵܒ idem;

b) Speciatim ל characteristicum Coniugationum Ethpeel & Ethpaal, cum 1. radicali sibilante: vt ܐܬܫܕ pro ܐܬܬܫܕ *reiectus est*, a ܫܕ *reiecit*; ܐܬܨܒܪ pro ܐܬܨܒܪ *innixus est*, a ܨܒܪ *fulciuit*; ܐܬܐܡܪ pro ܐܬܬܐܡܪ *adnunciatus est*, ܐܬܐܟܠ pro ܐܬܬܐܟܠ *subtractus est*; ܐܬܬܪܨ *acceleratus est*, a ܬܪܨ *accelerauit*; ܐܬܝܕܥ *notificatus est*, a ܝܕܥ *notificauit*; ܐܬܐܫܟ pro ܐܬܬܐܫܟ *repertus est*. Idem transpositum, post ת in ט, post ס vero in ע commutatur; qua de re vide superius dicta §. 9. a. Cessat tamen metathesis ל characteristici, vbi id geminatur: vt ܐܬܫܬܠ *positus est*, ܐܬܬܠ *irretitus est*, ܐܬܚܬܠ *contemtus est*.

§. XI. *Eliduntur* litteræ: vt

a) ה in compositis ܒܪ ܐܢܫ pro ܒܪ ܐܢܫ *filius hominis*, ܟܠ ܐܢܫ pro ܟܠ ܐܢܫ *omnis homo*, seu *quisque*; item in ܣܦ pro ܐܣܬܦ *finis*; ܐܬ *veni*, ab ܐܬܐ *venit*; ܙܠ *abi*, ab ܐܙܠ *abiit*. Inprimis 1. rad. ה post ה præformatiuum Futuri Peal & Pael semper, post reliquas vero præformatiuas tum Futuri tum Participiorum earundem Coniugationum, tantum aliquando excidit; vt ܐܟܘܠ pro ܐܐܟܘܠ *comedam*; ܐܡܪ pro ܐܐܡܪ *dicam*; ܐܣܐ pro ܐܐܣܐ *sanabo*; ܢܠܦ pro ܢܐܠܦ, & hoc pro ܢܠܦ *docebit*; ܡܠܦ pro ܡܐܠܦ, & hoc pro ܡܠܦ *docens*; ܝܠܦ pro ܝܐܠܦ seu ܝܠܦ *doctus*. Sic ܐܦ pro ܐܦ ܐ *etiamsi*.

b) ו & י, in ܟܢܫ *cœtus*, a ܩܢܐ *condixit*; ܩܡ *stetit*, pro ܩܘܡ, & hoc pro ܩܘܐܡ; ܐܩܡ *surgam* pro ܐܩܘܡ; ܐܩܡ *stare fecit*, pro ܐܩܝܡ cet. ܝܕܥ *cognoscere*, ܝܕ *cognosce*, ܐܝܕ *cogno-*

cognoſcam, ab ܝܕܥ *cognouit*; ܐܝܕܬܐ pro ܐܝܕܬܐ *viuam*; ܐܰܝܕ pro ܐܰܝܕܺܝ *viuificauit*; ܡܰܚܝܐ pro ܡܰܚܝܝܐ *viuificans*.

c) ו 1. & 3. rad. vt ܡܰܘܦܩ pro ܡܨܝܦܩ *exire*; ܦܩ pro ܢܦܩ *exi*, ܐܦܩ pro ܐܢܦܩ *exibo*, a ܢܦܩ *exiit*; ܦܓܪ pro ܦܓܪ *vitis*, Pl. ܦܓܪܐ *vites*, ab Hebr. גֶּפֶן idem.

d) Media rad. geminata, quæquæ illa ſit, (dummodo ו exceperis) in Coniugationibus Peal, Aphel & Ettaphal; vt ܒܙ pro ܒܙܙ *comminuit*; ܒܕ pro ܒܕܕ *prædabitur*; ܐܥܠ *ingredi fecit*, ab ܥܠ contr. ܥܠ *ingreſſus eſt*.

e) ל characteriſticum paſſiuarum Coniugationum, ſi aliud ל inſuper ſequatur, cedit præformatiuo *Thau* Futurorum, ne concurſus fiat trium *Thauin*: vt ܬܬܬܪܡܘܢ pro ܬܬܬܪܡܘܢ *conculcabitur* F. Matth. 5, 13. ܬܬܬܕܘܢ pro ܬܬܬܕܘܢ *iudicabimini* c. 7, 1. ܬܬܬܕܘ *efferas te* Rom. 11, 20. Sic ܬܬܬܡܟܟ *humiliaberis*, pro ܬܬܬܡܟܟ, a quadrilittero ܡܟܟ *humiliauit*, Matth. 11, 23. Luc. 10, 25.

CAPVT II.
DE
VOCALIBVS.

§. I.

VOcales vt a natura, ita Syris *numero* nonniſi quinque ſunt: quarum conſiderabimus *figuras*, *ſitum*, *nomina*, *valorem*, *diuiſionem* & *accidentia*.

§. II. Vocalium *figuras*, *ſitum*, *nomina* & *valorem*, declarabit ſequens ſchema.

Figura,			Nomen,		Valor.
Recentior	Antiquior		Latine	Syriace	
◌ַ vel	◌ַ	◌ַ	Pethócho	פְּתוֹחָא	*Apertio* A.
◌ֵ vel	◌ֵ	◌ֵ vel ◌ֶי	Revótzo	רְוֹוָטָא	*Depreſſio* E.
◌ֶ vel	◌ֶ	◌ֶ	Chevótzo	רְבוֹצָא	*Adſtrictio* I.
◌ָ vel	◌ָ	◌ָ	Zekópho	זְקוֹפָא	*Elatio* O.
◌ֹ		◌ֹ vel ◌ֹו	Etzótzo	עְצוֹצָא	*Oppreſſio* V.

§. III. *Figura* igitur (vt ex præcedente ſchemate adparet) duplex eſt: vna per *characteres*, qui, ſi a transuerſo ſpectentur, Græcas vocalium figuras, *α, ε, η, ο,* & *υ* ſeu *ου*, haud obſcure referunt; altera per *puncta*. Priorem figuram pro *antiquiore*, poſteriorem vero, quæ punctis abſoluitur, pro *recentiore* habuerunt *Opitius* atque *Cellarius* in ſuis, quas in Syriacam linguam dederunt, inſtitutionibus grammaticis: contrarium vero tuitus eſt Cel. *Hardtius*; cui & nos calculum hac in re adiicimus merito, ob cauſſas a Filio noſtro in diſſert. priore *de Punctorum Hebraicorum antiquitate* §. XXII. explicatas.

Nota autem:

a) ◌ֳ ſeu *Zekopho* aliquando cum diacritico puncto litteræ ו ſeu *Riſch* coaleſcunt: vt ◌ֳוּרָא *núro ignis*; ad inſtar Cholem Hebræorum, quod coaleſcit cum puncto diacritico תֹּ ת֫ & ת, v. g. in שָׁלֹשׁ *tres* & שֹׁנֵא *oſor*.

b) In *Punctis* vocalibus, *Pethocho* & *Etzotzo* figura conueniunt quidem, ſed hoc ab illo diſcernitur per ◌ֹ quieſcens adiectum.

§. IV. *Situs characterum* vocalium hic eſt: *Revotzo* & *Chevotzo* indifferenter ſuis conſonis vel ſuperimponuntur, vel ſupponuntur; *Pethocho* & *Zekopho* ordinarie ſuperimponuntur, rarius ſupponuntur; *Etzotzo* vero, quod nos quidem

dem meminerimus, nonnisi supernum signum est. Sed *punctorum* vocalium situs, prouti §. 2. in tabula expressus est, non variatur.

§. V. Quod ad *valorem*, *Etzotzo* vbique scribitur cum expresso fulcro o, & legitur vt *u*; exceptis tantum duabus vocibus, ܟܠ *omnis*, & ܒܓܠ *propter*, in quibus scribitur sine o, & legitur vt Kibbutz Hebræorum seu *ü*, nempe *kül* & *metül*.

§. VI. *Diuidi* possunt vocales

a) ratione *quantitatis*, in α) *longas*, quales sunt *Chevotzo*, *Zekopho* & *Etzotzo*, (exceptis tantum ܟܠ & ܒܓܠ, vt modo dictum §. 5.) vel β) *ancipites*, nempe *Pethocho* & *Revotzo*, quæ vel ad Chaldaismi analogiam, vel prout syllaba siue simplex fuerit siue composita, modo productius pronuncian-tur, vt ܦܝܓܢܐ *Pigáno ruta*, ܓܒܪ *gbé electus*, ܝܬܒ *ithêbh sedit* cet. modo breuius, vt ܡܢ *man quis*, ܡܢ *men ex*. In vocibus ta-men mere Syriacis *Pethocho* reuera breuis est, respondens vbi-que Hebræorum Chaldæorumue *Patach* & *Chatephpatach*.

b) Ratione *qualitatis*, in α) *variabiles* seu *puras*, quæ in finali vocis incremento abiici possunt; vt ܓܒܪ *vir*, Pl. ܓܒܪܐ pro ܓܒܪ *viri*; ܡܠܟ *rex*, Pl. ܡܠܟܐ *reges* cet. & β) *inuaria-biles* seu *impuras*, quæ manent in finali vocis incremento.

Sunt autem *inuariabiles*, א) in *penultima syllaba simplici*, seu per vocalem terminata, omnes in vniuersum vocales; ב) in *vltima* vero *syllaba composita* regulariter nonnisi I, O, V; at A & E, vbi mediam radicalem geminatam implicant: vt ܐܬܪ emph. ܐܬܪܐ *locus*, ܥܠܡ Pl. ܥܠܡܐ *sæcula*; ܒܪ emph. ܒܪܐ *filius*; at ܥܢܝ pl. ܥܢܝܐ *egentes*, ܟܬܒ pl. ܟܬܒܐ *scripta*, ܙܥܘܪ pl. ܙܥܘܪܐ *parui*; & ܩܕܝܫ pl. ܩܕܝܫܐ *sancti*, ܒܪ pl. ܒܢܝ

indi-

iudices; ܕܝ̈ pl. ܕܝ̈ܢ *tempora*, ܐܬܝ̈ pl. ܐܬܝ̈ܐ *incolæ*; ܥܡ̈ pl. ܥܡ̈ܐ *conuerſationes*; ܥܡ emph. ܥܡܐ *populus*, ab ܥܡܡ; ܟܢ̈ emph. ܟܢ̈ܦܐ *ala*, a rad. ܟܢ̈ pro ܟܢ̈ܦ.

Excipiuntur hic ܥܝ̈ emph. ܥܝ̈ܢܐ, ܕܡ̈ emph. ܕܡ̈ܐ *oculus*, ܝܘ̈ emph. ܝܘ̈ܡܐ *dies*, & alia quædam, de quibus vide Paradigmata Nominum l. II. c. II. § 11. Excipitur item *Etzotzo* ſuper media rad. Fut. Peal. vt a ܢ̈ܦܩܕ *viſitabis* M. fit ܢ̈ܦܩܕܝ *viſitabis* F. & ܢ̈ܦܩܕܝ̈ *viſitabitis*.

§. VII. Vocalibus apud Syros, vt apud Ebræos, quatuor iſta accidunt: 1. *abiiciuntur*, 2. *aſſumuntur*, vbi nullæ erant aut eſſe debuerant, 3. inuicem *permutantur*, & 4. *transponuntur*. De quorum ſingulis nunc ſigillatim.

§. VIII. Vocalis *vltima*, in incremento vocis finali ſyllabico, minuendarum ſyllabarum cauſſa *abiicitur*, dummodo fuerit vocalis pura: vt ab abſoluto ܒ̈ fit emph. ܒ̈ܪܐ *filius*, a maſc. ܩ̈ fem. ܩ̈ܡܐ *viſitans*; a ܢ̈ܦܩܕ *viſitabit* pl. ܢ̈ܦܩܕ̈ pro ܢ̈ܦܩܕ̈ܘ *viſitabunt*. Dicimus autem

a) Vocalis *vltima*; quia *penultima* regulariter eſt *inuariabilis*, §. 6. b. β. א.

b) in incremento finali *ſyllabico*; quia in incremento, quod ſyllabam nullam facit, vocalis vltima manet; vt quum a rad. ܩ̈ *occidit*, fit ܩ̈ܛܠ̈ *occidiſti*.

c) *minuendarum ſyllabarum cauſſa*; quia ſi ſyllabarum numerus in vocibus nimis multiplicaretur, impeditior fieret oratio.

d) *dummodo fuerit vocalis pura*: ob ea, quæ §. 6. b. β. א. obſeruauimus.

Excipitur tamen α) vocalis vltima Imperatiui ſingularis, alias pura, ante Suffixa: vt Ex. 26, 31. ܥ̈ܒܕ̈ *fac illud*,

ab

ab ܥܒܕ *fac*; Ioh. 17,5. ܦܠܚܢܝ *eripe me*, a ܦܠܚ *eripe*; Luc. 11,1. ܠܡܕ *doce nos*, ab ܠܡܕ *doce*; Rom. 12, 20. ܐܝܟܠܝܗ *ciba eum*, ab ܐܝܟܠ *ciba*. β) Cum ante Suffixa tertia radicis littera in Verbis & Particulis, vocali vacua manet; vt Hebr. 13, 21. ܢܫܠܡܟܘ *conſummabit vos*, a ܫܠܡ; Ioh. 12, 35. ܢܬܪܕܟܘ *adſequetur vos*, a ܢܬܪܕ; Zeph. 2, 5. ܐܝܒܕܟܘ *perdam vos*; Marc. 2, 14. ܒܬܪ *poſt me*; Phil. 3, 13. ܒܬܪ idem; Ioh. 18, 6. ܒܬܪܝܗܘܢ *poſt illos*; Apoc. 4, 6. ܒܬܪܝܗܝܢ *poſt illas*: quia tali in caſu, niſi vocalis maneret, pronunciari non poſſent litteræ. δ) In 3. perſ. plurali Præteriti, & 2. Imperatiui, generis feminini: vt ܦܩܕܘ *viſitarunt* F. a ܦܩܕ *viſitauit*; ܫܒܚܝ *laudate* F. a M. ܫܒܚ *lauda*; ܐܬܟܦܝ *ſubiectæ eſtote*.

§. IX. Pro litteris vocali deſtitutis, vt commode pronunciari queant, *vocalis aſſumitur*. Aſſumitur autem

a) *in concurſu duarum conſonantium ſine vocali*,

α) vſitatiſſime ◌ֲ ſeu *Pethocho*: vt a ܫܡܝܐ *cælum*, cum præfixo ܒ fit ܒܫܡܝܐ *in cælo*; ab ܐܬܦܩܕ *viſitatus eſt*, adiecto ܐ, & abiecta ob incrementum finale vocali *Revotzo*, fit ܐܬܦܩܕ *viſitata eſt*; a ܦܠܓ *dimidium*, Pl. ܦܠܓܐ. Quo pertinet, quum ex abſoluto ܝܬܝܡ pro ܝܬܡ fit emph. ܝܬܝܡܐ *orphanus*.

β) aliquando ◌ֶ ſeu *Revotzo*: vt a maſc. ܦܩܕ fit fem. ܐܬܦܩܕ *viſitauit*; ab abſoluto ܒܣܪ emph. ܒܣܪܐ *caro*. Quo ſpectat, quum ex maſc. ܝܠܕ pro ܝܠܕ fit fem ܐܬܝܠܕ *peperit*.

γ) Ante *Iud* vocali deſtitutum, ſub præcedente conſona, itidem vocali deſtituta, aſſumitur ◌ֱ ſeu *Chevotzo*, in quo *Iud* quieſcit: vt a ܙܢܝ *ſcortum*, fit ܙܢܝܐ pro ܙܢܝܐ; a

ܒܚܝܪ *electa*, ܒܚܝܪܬܐ pro ܒܚܝܪܬܐ; ab ܢܦܫ *fuga*, ܢܦܫܟ *fuga veſtra* Matth. 24, 20. a ܫܬܐ *potus*, ܫܬܝܟ *potus veſter*, & ܫܬܝܗܘܢ *potus illorum*, Dan. 1, 10. 16. Sic ab Hebr. מַעְיָן *fons* fit emphat. ܡܥܝܢܐ Marc. 5, 29. Ioh. 4, 6.

Excipe tamen Participia paſſiua *Pael* & *Aphel*, in quibus ſecundum ſuperius membrum α) aſſumitur *Pethocho*: vt a ܡܫܠܡ fit emph. ܡܫܠܡܐ *perfecta* Iac. 1, 16. & a ܡܫܠܡ emph. ܡܫܠܡܐ *reiecta* Hebr. 6, 8. vt diſtinguantur a Participiis actiuis earundem Coniugationum, ܡܫܠܡ *perficiens* F. & ܡܫܠܡܐ *reiiciens* F.

δ) Ante terminationem ſtatus emphatici Femininorum ܐ, ſi præcedat ܘ ſine vocali, adſumitur ܙ ſeu *Etzotzo*, in quo ܘ illud quieſcit: vt a ܢܘܗܡ fit emph. ܒܪܘܬܐ pro ܒܪܘܬܐ *gaudium* Ioh. 3, 29. & a ܒܗܡܬ emph. ܒܗܡܬܐ pro ܒܗܡܬܐ *beſtia* Hebr. 12, 20. Sic & ante Suffixa, dummodo illud ܐ adformatiuum habeat vocalem; vt 1 Theſſ. 2, 20. ܒܪܘܬܢ *gaudium noſtrum*; Math. 13, 44. ܒܪܘܬܗ *gaudium eius*. Aſt ſi ante Suffixa illud ܐ formatiuum Femininorum vocalem nullam habeat, præcedens ܘ vocalem *Pethocho* aſſumit vſitato modo, ſecundum α): vt a ܒܪܘ emph. ܒܪܘܬܐ *gaudium*, dicitur ܒܪܘܬܝ *gaudium meum*, & ܒܪܘܬܟ *gaudium veſtrum* Ioh. 15, 11.

ε) *Etzotzo* item auſumitur in ſtatu emphatico ſingulari Nominum quorundam femininorum, auctorum ab initio & fine: vt ܫܩܠܬܐ *lapſus*, ܐܬܘܬܐ *miraculum*, ܐܬܪܬܐ *gloria*, a ܫܩܠ, ܐܬܐ, ܐܬܪ.

ζ) In

ℊ) In medio vocis ſub priori concurrentium litterarum, vocalis *Revotzo* indifferenter vel adſumitur, vel omittitur: vt a ܡܕܒܚ *altare*, fit emphaticum ܡܕܒܚܐ vel ܡܕܒܚܬܐ; a ܡܗܝܡܢ *fidelis*, ܡܗܝܡܢܐ vel ܡܗܝܡܢܬܐ; a ܕܚܠܬܐ *timor*, ܕܚܠܬܐ vel ܕܚܠܬܐ; a ܫܠܡ *perfectus*, ܫܠܡܐ; plane vt apud Hebræos indifferenter dicitur נַחְפְּכוּ & נַחְפְּכוּ cet. Si tamen poſterior concurrentium litterarum ſit ܐ, ante hanc ſub illa neceſſe eſt adſumi *Revotzo*; vt ܫܐܠܟܝ pro ܫܐܠܟܝ *petetis*; ܐܬܚܡܐ pro ܐܬܚܡܐ *male adfectus eſt.*

b) *Pro ſolitariis litteris ſine vocali*; & quidem

α) Pro ܐ, ̈ ante ܒ, nec non ܒ, initialibus, pro illis quidem *Pethocho* vel *Revotzo*, pro hac vero *Chevotzo*: vt ̈ pro ̈ *comedit*; ̈ pro ̈ *comede*; ̈ pro ̈ *recordatus eſt*; ̈ pro ̈ *recordamini*; ̈ pro ̈ *peperit*; ̈ pro ̈ *orphanus*.

β) Pro media radicali, in Nominibus quibusdam ante ܘ terminatione plurali feminina veſtitum, *Pethocho*. vt ̈ pro ̈ *paſtores*, *a* ̈ *paſtor*; ̈ pro ̈ vel ̈ *preces*, a Sing. ̈.

§. X. Vocalis cum vocali *commutatur*: vt

a) ̄ ſeu *Revotzo*, cum ̄ ſeu *Chevotzo*, ſub præformativis Infinitiui & Futuri Peal in Verbis quibusdam 1. rad. gutturalis: v.g. ̄ pro ̄ *dicere*, ̄ pro ̄ *abibit*, ̄ *pro* ̄, & hoc pro ̄ *viuam*.

b) ̄ ſeu *Revotzo* creberrime, & ̄ ſeu *Etzotzo* aliquando, cum ̄ ſeu *Pethocho*, ante gutturalem vel *Riſch*: vt ̄ pro ̄

 feruens;

feruens; ܫܕܰ pro ܫܕ *miſit;* ܢܚܰ pro ܢܚ *conſolatus eſt;* ܐܬܥ pro ܐܬܥ *impiè egit;* ܐܦܬܰܚ pro ܐܦܬܰܚ *aperiam;* ܫܡܥ pro ܫܡܥ *audi.* Contra in ܩܨܰܨ *metire;* ܟܚܕ *abnegabit* cet. manet *Etzotzo;* & in ܫܘܝܳܐ *æqualis* (Phil. 2, 6.) *Revotzo.*

c) *Zekopho* ſyllabæ ſimplicis ܦ, mutatur in *Pethocho*, ſi ſimplex illa tranſeat in compoſitam, hoc eſt, conſona mobili terminatam, ſiue in ſe ipſa, mutato ܦ in ܦ, vt cum ſecundum c. I. §. IX. d. *a.* a ܒܪܟ fit conſtr. ܒܪܟܬ *ſapientia;* ſiue ex adſumto o ſequentis Pronominis ܗ in vnitatem ſyllabæ, vt ܒܣܪܗ *beſrau*, pro ܒܣܪ ܗ *caro eſt.*

§. XI. Vocalis *transponitur:* idque

a) In Imperatiuo plurali maſculino Peal, ante Suffixa: vt ܩܛܠܘܗ *crucifigite eum*, ab abſoluto ܩܛܠܘ *crucifigite;* & ad eius imitationem, ܫܡܥܘܢܝ *audite me*, etſi ab abſoluto dicatur ܫܡܥ, non vero ܫܡܥܘ *audite.*

b) In Verbo ܐܙܠ *abiit*, quoties media rad. debuerat eſſe ſine vocali, toties vltima *Lomad* ad eam remittit vocalem ſuam, ipſa otians: vt ܐܙܠ pro ܐܙܠ *abii;* ܐܙܠܝ pro ܐܙܠ *abibunt.*

c) In Nominibus quibusdam formæ ܩܕܺܝܫ *ſanctitas*, in incremento finali ſyllabico; v.g. in ſtatu emphat. ܩܕܫܐ pro ܩܕܺܝܫ; ܒܪܟܐ *genu*, & ܒܪܟܬ *genua*, ab abſoluto ſing. ܒܪܟ. Nec non in ſtatu emphatico Nominum quorundam femininorum formæ ܦܥܠ & ܦܥܠ; vt, emph. ܚܒܠܬܐ *grauida*, ܥܓܠܬܐ *vitula*, ab abſolutis ܚܒܠܬ, ܥܓܠ.

d) In

d) In Particulis quibusdam compositis: vt לְעֵדֵי pro לְעֵדֵי *hucusque*, כְּעֵדֵי pro כְּעֵדֵי *vsque dum*; &

e) Generatim, quum ו & י vocalem suam, illud quamlibet, hoc vero *Chevotzo*, ad præcedentem litteram vocali vacuam remittunt. Vide supra c. I. §. VII. sub a. & c.

CAPVT III.

DE

NOTIS DIACRITICIS.

§. I.

PEr *notas diacriticas* intelligimus reliqua post consonantes & vocales signa, quæ accuratiorem distinctioremque efficiunt scriptionem & lectionem. Eas doctrinæ de *tono* præmittimus: quia *tonus* integras voces, *notæ* vero *diacriticæ* litteras tantum & syllabas spectant. Sunt autem sequentes: *Ruchoch, Kuschoi, Ribbui, Marhetono, Mehaghjono, Linea occultans*, præter *interstinctionum* signa.

§. II. *Ruchoch* רֻכּוֹךְ, seu *Lenitas*, est punctum infernum, litteris בגדכפת subiectum, ad significandam illarum adspirationem, seu adspiratam pronunciationem, *bh, gh, dh, ch, ph, th:* vt שָׁבַר (si sine punctis vocalibus scribatur) lege *sebhár, putauit*, non *sabár* vel *sabbár, adnunciauit*. Respondet lineæ *Raphe* Hebræorum. ad easdem litteras בגדכפת relatæ, v. g. Ex. 20, 13. לֹא תִרְצָח, respectu versus.

§. III. *Kuschoi* קֻשׁוֹי, *Durities*, est punctum supernum, iisdem litteris בגדכפת superimpositum, ad tollendam de illis adspirationem, vt legantur tanquam tenues, *b, g, d, c,*

(ſeu *k*) *p, t:* vt ܫܦܪ, ſine punctis vocalibus ſcriptum, lege *ſabár* vel *ſabbár*, *annunciauit*, non vero *ſebhar*, *putauit.*

Obſerua: a) Eadem litterarum ܒ ܓ ܕ ܦ ܬ, ſine vel cum adſpiratione legendarum, lex eſt, ac apud Ebræos, & multo magis apud Chaldæos: vt ܡܠܟܐ *rex*, *málco*, at Pl. ܡܠܟܝܢ ܡܠܟ̈ܐ ܡܠܟ̈ܝ *reges*, lege *malchîn*, *malchái*, *málche*; quia Chaldaice ſcribuntur, illud מַלְכָּא, hæc vero מַלְכִּין מַלְכֵי מַלְכָּא. Sic ܡܠܦܢܐ *doctor*, non *malpóno*, ſed *mallephóno*, Chald. מַלְפָּנָא idem.

b) Aliis quoque litteris *Punctum* ſolitarium vel ſubiectum, vel ſuperimpoſitum, diuerſam illarum lectionem notat: vt ܐܝ ſine vocali ſcriptum, lege ܐܝ̈, aſt ܐ̈ܝ valet ܐܝ̈; ܐ̈ܝ eſt ܐ̈ܝ *manus*, aſt ܐ̈ܝ lege ܐ̈ܝ *quænam?* ܒ̈ܝ eſt ܥ̈ܒ̈ܝ *ſeruus*, aſt ܒ̈ܝ eſt ܥ̈ܒ̈ܝ *opus*. Inprimis vero Punctum, Suffixo ܝ impoſitum, reſpondet τῷ *Mappik* Hebræorum, notans femininum; vt ܠ̈ܝ eſt ܠ̈ܝ *ei* in feminino, ad differentiam τῦ ܠ̈ܝ *ei* in maſculino; ܫ̈ܡ *nomen illius*, feminæ, at ܫ̈ܡ *nomen illius*, viri.

c) Habent & alios vſus iſta vel inferna vel ſuperna puncta, quos vero explicare ſuperſedemus, quum in punctatis vtplurimum libris fere negligantur, aut exiguæ ſint vtilitatis.

d) *Dageſch forte*, ſeu notam geminationis litterarum, non habent Syri. Vtut autem ſigno careant, tamen ſignatum, hoc eſt, geminationem litterarum habent, eamque vel

α) *characteriſticam* in Coniugationibus *Pael* & *Ethpaal*, earumque deriuatis; vt ܦ̈ܩ *pakked*, *præcepit*, ܐܬܬܒܪ *ethbattal*,

tal, abolitus eſt, ܓܢܒ *gannobh, fur,* cet. ad analogiam inprimis Chaldaicam, qua ſcribitur גַּנָּב, אִתְכְּסִל, בַּקָּר.

β) *compenſatiuam* eliſæ litteræ, & huius

א) ſiue 1. radicalis defectiuæ; v. g. ܐܦܩ *eppûk* pro ܐܦܘܩ *exibo,* a ܢܦܩ *exiit;* ܬܕܥ *teddah* pro ܬܝܕܥ *cognoſces,* ab ܝܕܥ *cognouit;* ad analogiam Chald. אֵפֵק & תִּדַּע idem.

ב) ſiue 2. rad. geminatæ, quæ excidens compenſatur: idque vel in ſequente littera, vt ܥܠܠ *ellath* pro ܥܠܠ, *ingreſſa eſt,* ad inſtar Chald. עַלַּת idem, ab ܥܠ pro ܥܠ *ingreſſus eſt;* vel in præcedente, vt ܐܕܩ *addek* pro ܐܕܕ *comminuit.* Vide Lib. II. c. I. §. 20.

ג) ſiue 3. rad. defectiuæ; vt ܓܦܬ *gephettho,* pro ܓܦܬܐ *vitis;* emph. ܚܕܬܬ *chedhattho,* pro ܚܕܬܬܐ *noua.*

Nota: Quia igitur Syri explicitum geminationis ſignum non habent, aliquando litteram, apud Hebræos & Chaldæos Dageſch forti adficiendam, bis ſcribunt: vt ܐܬܬܚܕ, Ch. אִתַּחַד *comprehenſus eſt;* ܐܬܬܫܝܡ, Ch. אִתְּשִׂים vel אִתְשִׂים *poſitus eſt;* ܥܡܡܝܐ, Chald. עַמְמַיָּא, Hebr. עַמִּים cet. ſeruandæ originis & diſtinctionis cauſſa.

§. IV. *Ribbui* ܪܒܘܝ, *Multiplicatio,* eſt geminum punctum ſupernum, horizontaliter ſcriptum, notando Numero pluratiuo, vel collectiuæ ſingularium ſignificationi: vt ܫܡܫ *miniſtri;* Ioh. 4, 35. ܬܟܠ *pertigerunt,* 3. plur. fem. at ܬܟܠ *pertigit,* 3. ſing. maſc. Luc. 24, 1. ܐܬܠ *attulerunt,* & ܬܬܕ *parauerunt,* 3. plur. fem. Præt. ad differentiam ܬܒ *para,* 2. ſing. fem. Imperat. & ܐܬܠ *attulit;* Matth. 27. 51.

ܐܬܬܪܙ

ruptæ sunt, at ruptus est; Luc. 19, 42. contectæ s. contecta sunt, at contectus est: grex ouium seu oues, at ouis; hominum genus seu homines, at homo. Vide Ioh. 4, 12. 30. c. 6, 10. 14. c. 10, 1. 2. 3. sqq. Sic Hebr. 7, 13. sec. edit. Polygl. de quo dictum est (impersonaliter) hæc, quia idem est ac dicta sunt.

Nota: Signum *Ribbui* per scribendi compendium coalescit a) cum puncto diacritico ṛ̃ *Risch*; vt oues, pedes; & b) cum superno puncto vocali ṛ̃ *Pethocho*, vt sec. *Gutbier*. Matth. 7, 25. fundamenta eius.

§. V. *Marhetono*, *Cursor*, est lineola superna horizontalis, significans,

a) litteram istam, cui imposita est, legi sine vocali: vt *zedktho*, *eleemosyna*; *annulus*, *pudor*, *regina*, *rapient*, cet. cum ceteroquin in tali litterarum concursu vocalis indifferenter vel adsumi vel omitti possit, vt supra diximus c. II. a. ζ.

b) scriptionis compendium, seu abbreuiaturam, vt pro *gloria*. Quale probabiliter est Ioann. 8, 7. sec. edit. *Angl.* & *Gutbier*. pro *qui est*, quod habet editio *Schaafii*.

c) *Wau* quiescens in ! ad differentiam ṛ̃ *aut*, in quo *Wau* diphthongescens cum præcedenti vocali est mobile; coll. Matth. 15, 28. cum c. 12, 22.

§. VI. *Mehagjono*, *Syllabarum coagmentator*, est lineola horizontalis inferna, contrarium eius, quod *Mar-*

Marhetono §. V. a) notat; nempe concurrentibus duabus in medio vocis litteris, quæ vocalibus carere poterant, priorem per *Revotzo* moueri: vt ܟܲܡܼܠܝܼܢ *perfectus*, ܕܲܚܠܬܵܐ *timor*, ܡܙܲܪܚܵܐ *oriens*, ܡܗܲܝܡܢܵܐ *fidelis*, ܟܲܪܝܼܢ *lectus*, ܟܲܡܼܪܝܼܢ *seductor*, ܟܲܦܼܝܼܢ *bellator*, ܕܲܒܚܵܐ vel ܕܲܒܚܵܐ *victima*, ܟܲܪܘܼܡܵܢ *inebrians*. Otiosum vtrumque signum, tum superius illud *Marhetono*, tum præsens *Mehagjono*, cum vocalis ipsa simul exstet; nisi forte indicet, illud quidem, consonam pronunciari sine vocali, nec tamen sine sono rapidæ ac velut dimidiatæ vocalis; hoc vero, pronunciari eam cum vocali, sed rapida illa ac dimidiata: plane vt Hebræi & יַחְמְלוּ dicunt, & יַחַמְלוּ. Passim, vt exigui vsus, ambo signa omittuntur.

§. VII. *Lineola*, *occultans* dicta, eandem cum præcedente *Mehagjono* & figuram & situm habet. Notat autem, litteras, quibus subiecta est,

a) aut *plane non efferendas esse*, vtpote otiantes, & vel seruandæ originis vel differentiæ caussa expressas; idque vel

α) In vocum initiis: quo pertinent

א) ܐ *Olaph*, in ܐܲܚܝܵܐ *chjôn*, *cognatus*, ܐܲܚܝܵܬܵܐ *cognata*, ܐܲܚܝܵܬܵܐ *cognatio*; ܐܲܚܪܵܢ & ܐܲܚܼܝܼ *alius*, ܐܲܚܪܵܢ & ܐܲܚܪܵܢܵܐ *alia*, ܐܲܚܪܵܢ & ܐܲܚܪܵܢܵܐ *vltimus*, ܐܲܚܪܵܢ & ܐܲܚܪܵܢܵܐ *postremo*; ܐܲܢܵܫ *homo*, ܐܲܢܵܫܘܼܬ *humanitas*, ܐܲܢܵܫܝ *humanus*, ܐܲܢܵܫܵܝܵܬ *humaniter*; ܐܼܪ *arcanum*. Item in ܐܵܢܵܐ *ego*, quoties id vel sibi ipsi, vel aliis vocibus subiectum, vicem gerit Verbi substantiui *Sum*: vt ܐܵܢܵܐ ܐܵܢܵܐ *ego sum*, ܐܵܢܵܐ ܚܙܹܐ *videns sum*, i.e. *video*. Vid. lib. II. c. III. §. 21. a.

ב) ה *He*, idque vel

*) in Pronominibus ſeparatis, ܗܘ *ille* & ܗܝ *illa*, quæ ſi cum præcedente voce in pronunciatione coniungantur, vocalem ſuam vel ad præcedentis vocis vltimam litteram mobilem (ſi hæc propria vocali deſtituta ſit) remittunt; vt ܗܘ ܠܝܬܘ *lîtu*, pro ܗܘ ܡܠܝܬ *maledictus ille ſit*, ܗܢ ܡܢܝ *mani*, pro ܗܢ ܡܢ *quænam illa eſt?* ܗܘ ܕܒܗܘ *debbêhu*, pro ܗܘ ܕܒܗ *in quo eſt*, ܗܝ ܒܣܪܬܝ *beſrti*, pro ܗܘ ܒܣܪܬ *caro mea eſt*; ſin vero præcedens vox terminetur in vocalem, eadem Pronomina, abiecta vocali propria, ſuum ܗ & ܝ cum præcedentis vocis vltima vocali faciunt diphthongeſcere; vt ܗܘ ܩܫܐ *Keſcheu*, pro ܗܘ ܩܫܐ *durum eſt*, ܗܢ ܗܘ *hodoi*, pro ܗܢ ܗܘ *hæc eſt:* ita tamen vt vltima vocis præcedentis vocalis O ſeu *Zekopho*, mutetur in A ſeu *Pethocho;* vt ܗܘ ܐܢܐ *enau*, pro ܗܘ ܐܢܐ *ego ſum ille;* ܗܘ ܒܣܪܐ *beſrau*, pro ܗܘ ܒܣܪ *caro eſt.* Vnde & in ſcribendo voces in vnam ſæpe coaleſcunt, per ſynæreſin: vt ܐܝܟܐ pro ܐܝ ܟܐ *vbi eſt?* ܐܝܢܐ pro ܐܝ ܢܐ *quisnam eſt?* ܗܢܐ pro ܗܘ ܢܐ *hic eſt.* Vid. lib. II. c. III. §. 21. a. b.

**) In Verbo ſubſtantiuo ܗܘܐ *fuit*, ſi quidem id cum præcedente voce, vel ipſo ſecum in pronunciatione coniungi debeat: vt ܗܘܐ ܗܘ ܠܐ *non ipſe erat*, ܗܘܐ ܗܘ *hewo-wo*, *fuit fuit*, id eſt. *fuerat.* Contra, in commatis initio legitur: vt Ioh. 1, 6. ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ *Hewo barnoſcho*, *Erat homo.*

β) In medio vocum, vt

א) Media radicis geminata, in incremento finali, v. g. ܙܝܕܐ *fluctus*, ܡܢܐ *Manna*, ܥܡܡܐ *populi*, ܟܘܟܒܐ *obumbrantes*, ܡܠܠܐ *loquela*, quaſi pro ܡܡܠܠܐ & ܡܡܠܠ, hæc vero

vero pro מְמִלְלָא & מַמְלִלִין: quæ legenda ſunt *galle, mattlin, mammlo, manno.* Nempe in his media rad. occultatur: in compenſationem vero eius geminatur vel vltima, ſi prima vocalem habeat; vel prima, ſi hæc vacua vocali ſit.

ב) ; ſeu *Dolath* ſine vocali, ante cognatam ל; vt ܚܕܬ *nouus*, & ܟܬ *cœtus*, lege *chatto* & *itto*, pro *chadto* & *idto*, ad inſtar. Lat. *attero, attingo*, pro *adtero, adtingo.*

ג) ה ſeu *He*, cum in Suffixis, v. g. ܐܒܗ *abui, pater eius*, ܐܝܕܗ *idau, manus eius*, ܟܪܝܗ *kroi, vocauit eum*, ܐܦܩܗ *appkui, eiicite eum*; tum in Verbo ܝܗܒ *jabh*, pro ܝܗܒ *ihabh, dedit*; tum in Propriis, ܪܘܡܝ *Roma*, & ܝܗܘܕܝ pro ܝܗܘܕܝ *Iudæus.*

ו) ו ſeu *Waú*, in ܡܘܬܒܐ *promiſſio*, cet. de quibus ſupra, c. I. §. 7. b.

ה) ל ſeu *Lomad*, in Verbo ܐܙܠ *abiit*, quoties id per analogiam flexionis debuerat inſtrui vocali, media vero radicis vocali vacua eſſe: tum enim occultatur, remiſſa ad mediam vocali ſua. Vt ܐܙܬ *ezath*, pro ܐܙܠܬ *ezlath, abiit*; ܢܙܠ *nizûn*, pro ܢܙܠܘܢ *nizlûn, abibunt.* Vide ſupra, c. II. §. 11. b. Aſt idem Verbum, quum *prodeſſe* ſignificat, regulare eſt.

ו) ן ſeu *Nun*, in Pronomine ܐܢܬ ܐܢܬܝ ܐܢܬܘܢ ܐܢܬܝܢ *tu* & *vos*; Participio ܩܢܐ *emta*, & Nominibus ܐܬܪܬ *nauis*, ܐܬܪ *vrbs*, ܡܣܟܢܘܬ *inops*, ܥܬܝܪ *potens*, ܥܬܝܪܘܬ *potentia*, ܫܢܐ *annus.*

b) aut *ſine vocali efferendas eſſe*; quo pertinent

α) Media radicis in Imperatiuo *Ethpeel* Verborum perfectorum, quin (vt *Schaafius* Præf. in N. T Syriacum a ſe

editum arbitratur) etiam in *Ethpaal:* v. g. in *Ethpeel* Col. 3, 20. 22. ܐܶܬܰܦܰܠܚ *obedite;* c. 4, 2. ܐܶܬܰܨܒ *perſeuerate;* & in Ethpaal 2 Theſſ. 2, 15. ܐܶܬܰܬܪܨܘ *ſtabilimini*, ab ܐܶܬܬܪܨ *ſtabilitus eſt;* 1 Petr. 4, 1. ܐܶܬܙܰܝܰܢ *armamini;* 2 Tim. 2, 1. ܐܶܬܬܰܩܰܦ *confortare;* Eph. 6, 10. ܐܶܬܬܰܩܦܘ *confortamini*, ab ܐܶܬܬܩܦ *confortatus eſt.* Sic in ipſis quadrilitteris reperimus quidem Rom. 12, 2. ܐܶܬܰܬܰܪܓܡܘ *transformamini*, ab ܐܶܬܬܪܓܡ *transformatus eſt;* & tamen, qui legi poſſit *Lomad* ſine vocali *eſtachlph*, vix perſpicimus. Vnde ſuſpicamur, in tali caſu, ſi quando mediæ radicali in Imperatiuo ſubiicitur *occultans linea*, aut per abuſum id fieri, aut *lineam occultantem* ibi non notare litteræ pronunciationem ſine vocali, ſed tantum diacriticam eſſe pro diſcernendo Imperatiuo a Præterito: inprimis cum alicubi expreſſa reperiatur vocalis, vt Col. 3, 18. ܐܶܬܰܚܰܕ *ſubiectæ eſtote.* Vide infra, lib. II. c. I. §. X. d.

β) ; ſeu *Riſch* in Imperatiuo ܪܘܿܩ pro ܪܳܩ; *curre*, a ܪܳܩ; *cucurrit.* Vide eundem *Schaafium* in *Lex. Syr.* ſub illa radice; & nos, ſupra, c. I. §. 10. a.

c) Aut *primam radicalem* ܐ, ſeu *Ee*, *mollius tantum efferendam eſſe vt* ܐ ſeu *Olaph;* quod fit, vbi ſecunda radicis eſt ܗ ſeu *He:* vt ܕܰܟܪ *meminit;* ܝܰܬܪ *profuit*, ܕܰܚܪ *laſciuus fuit.* Vnde huiusmodi *Ee* iisdem, quibus *Olaph*, adfectionibus ſubiacet. Vide c. I. §. 3. d. & c. II. b. *a.* & cf. exempla Luc. 1, 72. ܕܰܟܪ, Ioann. 14, 26. ܕܰܟܪ, c. 15, 26. ܕܰܟܪ.

§. VIII. Puncta *diſtinctionis* apud Syros ſunt: vnum & ſolitarium omnibus fere diſtinctionibus inſeruiens; duo in ſiniſtram inclinata ◌̣, comma & ſemicolon; at in dextram verſa ◌̇, colon aut interrogationem (cui & tria adhibent

hibent) præſtare creduntur. Periodum denique quatuor .:. vel :: abſoluunt. Et tamen, iudice *Cellario* in *Porta Syriæ* p. 9. eorum differentia non ſatis liquida eſt. Appendicis loco monemus, *Schua* Hebræorum tam *ſimplex*, quam *compoſitum*, apud Syros non ſcribi, ſed ſubaudiri.

CAPVT IV.
DE
TONO VOCVM.

§. I.

Tonus vocum ordinarie eſt in ſyllabarum *penultima:* vt ܡܠܟܐ *málko, rex;* ܡܠܟ̈ܐ *málche, reges;* ܛܘܪܐ *túro, mons;* ܡܠܟܘܬܐ *malchútho, regnum;* ܟ̣ܘܬܝܢܐ *cuthinítho, tunica.*

§. II. At *vltimam* acuunt,

a) quæ terminantur conſona mobili ſine vocali: vt ܪܘܚ̣ *rothách, feruens;* ܝܬ̣ܒ *ithêbh, habitauit;* ܡ̣ܠ̣ܟ̣ܝ̣ *malchîn, reges;* ܓ̣ܒ̣ܘ̣ܪ̣ܘ̣ *gbhurôn, fortitudines.*

b) Quæ apocopen ܐ adformatiui feminini paſſa, terminantur in ◌ܘ vel ◌ܝ: ſiue ſint *Nomina*, vt ◌ܘ *malchú, regnum*, ◌ܝ *Korí, trabs;* ſiue *Infinitiui*, vt ◌ܘ *meſchautophú, communicare.*

§. 3. Quid vero ratione toni ſentiendum de illis vocibus, in quibus, ſecundum c. III. §. 6. concurrentes in medio vocis duæ conſonantes ſine vocali, vocalem *Revotzo* adſumunt, cum adſcripto *Mehagjono?* v. g. ܡ̣ܠ̣ܟ̣ܬ̣ܐ, ܐ̣ܬ̣ܝ̣ܬ̣ܐ, ܟ̣ܬ̣ܒ̣ܬ̣ܐ

בְּמַחֲמַדְּנוּ cet. Non legenda ſunt, *meſchaméljo, dechélto, madéncho;* ſed *meſchámeljo, déchelto, mádencho:* ſcribuntur enim & ſine intermedio *Revotzo* indifferenter, בְּמַחֲמַדְנוּ, בְּמַחֲמַדְּנוּ. בְּמַחֲמַדְּנוּ, quæ ſine dubio leguntur, *meſchámljo, déchltho, mádncho.* Haberemus igitur in huiusmodi vocibus exempla, in quibus *antepenultima* ſyllaba acueretur. Sed nimirum aſſumta in his exemplis vocalis *Revotzo* ráptim, nec vt plena vocalis, pronunciatur: ac proinde nec ſyllabam, completam ſaltem, facit. Quo poſito, exempla iſta ſuo modo penacutis (de quibus §. 1.) accenſeri poſſunt, perinde ac Hebr. בַּעֲמֻרָה pro בַּעֲמֻרָה Eſa. 50, 8. cum cetero-

quin & apud Hebræos tonus nunquam in antepenultima ſit.

GRAM-

GRAMMATICAE SYRIACAE

LIBER II.
DE
ACCIDENTIBVS ET PARADIGMATIBVS PARTIVM ORATIONIS.

CAPVT I.
DE
PARADIGMATIBVS VERBORVM.

§. I.

Partes orationis apud Grammaticos Orientales constituuntur tres, *Verbum*, *Nomen*, *Particula*. Nempe *Participium* partim ad *Verbum*, quatenus *agentem*, partim ad *Nomen*, quatenus *actorem* notat, referunt; *Pronomen* vero, *Aduerbium*, *Præpositionem*, *Coniunctionem* & *Interiectionem*, sub *Particula* comprehendunt.

§. II. Et paradigmaticæ quidem tractationis initium cum Arabum Grammaticis merito facimus a *Verbo*: vtpote a quo, ceu primitiuo, *Nomen* & *Particula*, maximam partem, deriuantur.

§. III. Considerabimus autem *Verbum* ratione *Speciei*, *Qualitatis*, *Coniugationis*, *Modi*, *Temporis*, *Numeri*, *Personæ*, *Generis*, & *Flexionis*.

§. IV. Ratione *Speciei* Verbum est vel *primitiuum*, vel *deriuatiuum*. *Primitiuum* vocatur *radix*, quæ, vt apud Ebræos,

ita

ita heic quoque eſt tertia perſona ſingularis maſculina Præteriti primæ Coniugationis. Conſtat autem tribus litteris; ſiue explicite, vt ܩܛܠ *occidit*; ſiue implicite, vt ܩܡ pro ܐܩܡ *ſurrexit*, ܫܪ pro ܫܫ *contrectauit*.

Ad *deriuatiua* referimus quoque *quadrilittera*, vtpote a trilitteris orta, idque

ſiue a) per *geminationem* vnius alteriusue litteræ radicalis, vt ܐܬܪܡ *exaltauit*, a ܪܡ *altus fuit*; ܡܪܪ *exacerbauit*, a ܡܪ pro ܡܪܪ *amarus fuit*; ܒܚܒܚ *fumigauit*, a Chald. ܛܦܐ *extinctus eſt*; ܒܥܥ, vnde ܙܒܥܥ *cupiuit*, ab Ebr. יָאַב idem: ܐܬܪܒ *magnificauit*, pro ܐܬܪܒ ab Hebr. רַבַּב *multus* vel *magnus euaſit*.

ſiue b) per *adiectionem* litteræ,

idque α) vel per *Proſtheſin* ab initio, vt

ת in ܐܬܬܩܢ *credidit*, ab ܐܩܢ, vnde ܐܬܩܝܡ *ſtabilis*;

ש in ܐܫܬܨܐ, vnde ܐܫܬܨܝܐ *aduerſatus eſt*, a ܐܨ *obuius* ſ. *contrarius fuit*; ܐܫܬܩܕ *accelerauit*, a ܐܩܕ Aph. ܐܫܬܩܕ idem;

ה in ܐܬܬܪܗ *glorificauit*, ab Ebr. בָּהִיר *lucidus*; ܐܬܝܕܐ *confeſſus eſt, promiſit*, ab ידה Aph. ܐܝܕܐ idem; ܐܬܝܕܥ *notum fecit*, ab ידע Aph. ܐܝܕܥ idem; ܐܬܝܚܕ *deſolare*, ab Ebr. יָחִיד *vnicus, ſolitarius*; ܐܬܝܚܪ *tardauit*, ab ܐܚܪ Aph. ܐܝܚܪ idem; ܐܬܫܛܚ *extendit*, ab יָשַׁט Hiph. הִשְׁשִׁיט Syr. ܐܫܛܚ idem; ܐܬܡܠܟ *mutauit*, a ܡܠܟ Aph. ܐܡܠܟ idem; ܐܬܟܠ *perfecit*, ab Hebr. כָּלַל idem; ܐܬܠܗܒ *inflammauit*, ab Ebr. לַהַב *flamma*; ܐܬܠܐ *impleuit*, a ܡܠܐ *plenus fuit*, ܐܬܥܒܕ *ſeruire fecit*, ab ܥܒܕ

operatus

operatus est; Hebr. עָבַד *seruiuit*; ܐܰܒܕ *exaltauit*, ab ܥܒܕ Pa. ܐܰܒܕ idem; ܐܰܫܰܠ *abundare fecit*, a ܫܠ *ebulliuit*. Sic quadrilitteris aliis additum, facit quinquelittera: vt ܐܶܬܰܦܠܰܓ *pellectus est*, ab ܐܶܬܦܠܓ idem.

ל in ܐܰܠܰܦ *docuit*, ab Ebr. לָמַד *didicit*; ܐܰܢܰܩ *transtulit*, ab Ebr. נָגַשׁ *transmisit, transfudit*; ܐܰܪܰܚ *tardauit*, ab ܐܪܚ idem.

β) vel per *Epenthesin* in medio, vt

ו in ܐܰܒܘܪ *abripuit*, ab Ebr. גָּזַל idem; ܓܪ *ruminauit*, a ܓܪ *traxit*; ܐܰܫܰܠ *exonerare fecit*, a Chald. שְׁגַר *emisit*; ܐܰܨܒ *eripuit*, a Chald. שְׁזַב idem; ܐܰܫܰܦ *communicauit*, a Chald. שְׁתַף idem.

ר in ܐܰܣܬ *sustinuit*, a Chald. סְבַר idem; ܐܰܪܰܗ *accelerauit*, a ܐܪܗ *caluit*.

ט in ܐܰܬܰܩܦ *sustinuit*, a ܬܩܦ *robustus fuit*.

ש in ܒܰܬܰܪ idem quod ܒܰܬ *post*.

ג in ܐܰܓܰܠ *voluit*, ab ܓܠ idem; ܐܰܟܰܠ *implicuit*, ab ܟܠ *neuit*; ܐܰܩܰܠ *contorsit*, ab ܩܠ idem.

γ) vel per *Paragogen* in fine, vt ܐܰܦܣ *publicauit*, a ܦܬ *expandit*; ܐܰܚܪ i. q. ܐܰܚܰܪ *mutauit*; ܐܰܥܡ *obfuscauit*, a ܥܡ *denigrauit*. ܐܶܬܰܥ Ethpaal ܐܶܬܰܬܰܥ *superbiuit*, a ܬܥ Ch. תְּעַר idem; ܐܰܫܰܦ *humiliauit*, a ܫܦܠ *infra*; forte & ܐܰܟܰܠ *cibauit*, quanquam eius trilitterum non exstet amplius.

§. V. Ratione *Qualitatis* Verbum est vel *regulare*, v. g. ܩܛܠ *occidit*; vel *irregulare*: & hoc a) *gutturale*, in quo ali-

qua litterarum gutturalium ܐ ܗ ܚ ܥ vel ; anomaliam facit, vt ܙܠܝ *ebulliuit* ; b) *quieſcens*, in quo eſt aliqua quieſcentium ܐ ܗ, ſiue ab initio, vt ܐܟܠ *comedit*, ܝܠܕ *péperit* ; ſiue in medio, vt ܩܡ *ſurrexit* ; ſiue in fine, vt ܒܢܐ vel ܒܢܝ *reuelauit* ; c) *defectiuum* 1. rad. ܐ, vt ܢܦܩ *exiit* ; d) *geminatum* media rad. vt ܫܕ pro ܫܘܐ *prædatus eſt* ; & e) *quadrilitterum*, vt ܐܦܣܩ *abripuit*. Sunt & *dupliciter irregularia* : vt ܐܙܠ *eiulauit*, ܝܪܬ *iurauit*, ܕܝܢ *litigauit*, ܐܬܦܥܠ *humiliauit*. Quin & formas ſuas ſæpe permutant irregularia, eodem aut cognato ſaltem manente ſignificatu, vt ܐܟܕ & ܝܠܕ *didicit* ; ܐܫܦ *effudit* & ܝܗܒ *iecit* ; ܐܙܠ & ܐܝܠ Aph. ܐܝܠ *eiulauit* ; ܙܕ, ܙܕܐ, ܝܬܪ *auctus eſt, creuit*, ܡܫܟ & ܕܘܟ *traxit* ; ܐܬܩܛܠ & ܐܬܩܠ *nominauit*.

§. VI. *Coniugationes* ſunt ſex ; tres Actiuæ, totidemque iis reſpondentes Paſſiuæ : *Peal* & *Ethpeel*, *Pael* & *Ethpaal*, *Aphel* & *Ettaphal*. Quarum notamus

a) *Significationem*, quam *ſimplicem* habent *Peal* & *Ethpeel*, vt Ebræorum Coniugationes *Kal* & *Niphal*, prior actiua, altera paſſiua ; *intenſam* vero, ac (ſi quidem *Peal* intranſitiva fuerit) *tranſitiuam*, *Pael* & *Ethpaal*, illa actiuam, hæc paſſiuam, conuenientes cum Ebr. *Piel* & *Pual* ; *tranſitiuam*, eamque vel in ſecundum, vel in tertium Subiectum, (prouti *Peal* vel intranſitiua vel tranſitiua fuerit) *Aphel* & *Ettaphal*, illa actiuam, hæc paſſiuam, conuenientes cum Ebr. *Hiphil* & *Hophal*. *Reciproca* autem *actio*, quam Ebræorum *Hithpael* valet, apud Syros vel per paſſiuas Coniugationes exprimitur ; vt ܐܬܙܒܢ *cautus fuit*, pro *cauit ſibi* ; vel per actiuam cum

ܒܬܘܠܬܟ *tuæ* F. ܒܬܘܠܬܟ *tuæ* M. ܒܬܘܠܬܟ *tua* F. ܒܬܘܠܬܟ *tua* M.

ܒܬܘܠܬܗ *illius* F. ܒܬܘܠܬܗ *illius* M. ܒܬܘܠܬܗ *illius* F. ܒܬܘܠܬܗ *illius* M.

ܢܲܚ̈ܢ *noſtræ* C. ܢܲܚ̈ܢ *noſtra* C.

ܟ̈ܘܢ *veſtræ*. ܟ̈ܘܢ *veſtræ*. ܟ̈ܘܢ *veſtra*. ܟ̈ܘܢ *veſtra*.

ܗ̈ܘܢ *illarum*. ܗ̈ܘܢ *illorum*. ܗ̈ܘ *illius*. ܗ̈ܘ *illius*.

b) ܒܪ̈ܬ *filia*, ante Suffixum ـ *Pethocho* ſuum a prima ad ſequentem litteram transfert, vt ܒܪ̈ܬܝ *filia mea* Marc. 5, 23. aſt in reliquis ſeruat, vt ܒܪ̈ܬܟ *filia tua* c. 5, 35. ܒܪ̈ܬܟܝ *filia veſtra* Gen. 34, 8. De Suffixis poſt ܒܲܪ̈ܝܫ *gaudium* vide lib. I. c. II. §. IX. a. *δ*.

§. XVII. Suffixa ſpecialia Nominum Maſculinorum. Tria hæc Nomina, ܐܒ *pater*, ܐܚ *frater*, ܚܡ *ſocer*, ante Suffixa Singularia (excepto Suffixo 1. perſ. Sing. ante quod e contrario *Olaph* loco *Pethocho* adſumit *Zekopho*) adſciſcit ܐ: vt ܐܒ *pater*

ܐܒܟ *noſter* C. ܐܒܝ *meus* C.

ܐܒܟܝ *veſter* F. ܐܒܟ *veſter* M. ܐܒܟ *tuus* F. ܐܒܟ *tuus* M.

ܐܒܗ̈ *illarum*. ܐܒܗ̈ *illorum*. ܐܒܗ *illius*. ܐܒܗ *illius*.

Sic ܐܚ *frater meus* Luc. 6, 42. ܐܚܟ *frater tuus* Matth. 5, 23. ܚܡܟ *ſocer tuus* F. Gen. 38, 13. ܐܚܗ *frater illius* M. Matth. 4, 18. ܚܡܗ *ſocer illius* M. Ioh. 18, 13. ܚܡܬ idem F. Gen. 38, 25. cet.

§. XVIII. *Suffixa Particularum* ſunt vel *Singularia*; vt a) poſt ـ *in*, & ܠ notam *Datiui*:

ܒܢ *in nobis* C. ܒܝ *in me* C.

ܒܟܝ *in vobis* F. ܒܟ *in vobis* M. ܒܟ *in te* F. ܒܟ *in te* M.

ܒܗ̈ *in illis*. ܒܗ̈ *in illis*. ܒܗ *in illa*. ܒܗ *in illo*.

b) ܠܐ

b) ܠ݂ *ad*, & ܡ *a, ex,*

ܠ݂ *ad me* C. ܠ݂ *ad nos* C.

ܠ݂ *te* M. ܬ ܠ݂ *te* F. ܠ݂ *vos* M. ܬ ܠ݂ *vos* F.

ܗ ܠ݂ *eum.* ܗ ܠ݂ *eam.* ܗ ܠ݂ *illos.* ܗ ܠ݂ *illas.*

c) ܒ݂ *poſt,*

ܒ݂ *poſt me* C. ܒ݂ *nos* C.

ܒ݂ *te* M. ܬ ܒ݂ *te* F. ܒ݂ *vos* M. ܬ ܒ݂ *vos* F.

ܗ ܒ݂ *illum.* ܗ ܒ݂ *illam.* ܗ ܒ݂ *illos.* ܗ ܒ݂ *illas.*

Sic ܒ *poſt,*

ܒ *poſt me* C. ܒ *nos* C.

ܒ *te* M. ܬ ܒ *te* F. ܒ *vos* M. ܬ ܒ *vos* F.

ܗ ܒ *illum.* ܗ ܒ *illam.* ܗ ܒ *illos.* ܗ ܒ *illas.*

d) ܟ݂ *contra,* quod, vbi *Pethocho* ob incrementum ſyllabicum finale abiicitur, *Wau* cum ipſius vocali transponit, non vero, vbi *Pethocho* manet.

ܟ݂ *contra me* C. ܟ݂ *nos* C.

ܟ݂ *te* M. ܬ ܟ݂ *te* F. ܟ݂ *vos* M. ܬ ܟ݂ *vos* F.

ܗ ܟ݂ *eum.* ܗ ܟ݂ *eam.* ܗ ܟ݂ *illos.* ܗ ܟ݂ *illas.*

Exempla vide Matth. 12, 30. Ioh. 12, 18. Rom. 8, 31. Marc. 9, 40. Eſa. 57, 12.

§. XIX. Vel ſunt *Pluralia Maſculinorum;* vt ܐ ſeu ܐ, quod vicem ſupplet Verbi ſubſtantiui *Eſſe,* ܣ *ſeorſim, ſolus,* ܒ *ſine,* ܒ ſeu ܒ *circa,* ܠ *pro,*

ܥܠ *ſuper*, ܠܘܬ vel ܥܡ *verſus*, ܩܕܡ *ante*, ܬܚܬ pro ܬܚܘܬ *ſub*. Vt

ܥܠܝ *ſuper me* C.	ܩܕܡܝ *ante me* C.
ܥܠܟ *te* F. ܥܠܟ *te* M.	ܩܕܡܟ *te* F. ܩܕܡܟ *te* M.
ܥܠܗ *illam*. ܥܠܘܗܝ *illum*.	ܩܕܡܗ *eam*. ܩܕܡܘܗܝ *eum*
ܥܠܢ *nos* C.	ܩܕܡܢ *nos* C.
ܥܠܟܝ *vos* F. ܥܠܟܘ *vos* M.	ܩܕܡܟܝ *vos* F. ܩܕܡܟܘ *vos* M.
ܥܠܗܝ *illas*. ܥܠܗܘ *illos*.	ܩܕܡܗܝ *illas*. ܩܕܡܗܘ *illos*.

Exempla vide Ioh. 8, 16. 29. Matth. 4, 10. Marc. 9, 2. Luc. 24, 18. Marc. 1, 30. Ioh. 13, 29. Act. 25, 11. 2 Tim. 3, 9. In Polyglottis habetur quidem Ioh. 8, 9. ܬܠܝܬܝܐ *ſola*, ſed mendoſe pro ܬܪܝܬܝܐ, vti rectius Ioh. 12, 24.

§. XX. Vel ſunt *Pluralia Femininorum*, nempe poſt ܒܓܠ *propter*:

ܒܓܠܢ *nos* C.	ܒܓܠܝ *propter me* C.
ܒܓܠܟܝ *vos* F. ܒܓܠܟܘ *vos* M.	ܒܓܠܟ *te* F. ܒܓܠܟ *te* M.
ܒܓܠܗܝ *illas*. ܒܓܠܗܘ *illos*.	ܒܓܠܗ *illam*. ܒܓܠܘܗܝ *illum*.

At ܒܝܢ & ܠܒܝܢ *inter*, vtriusque Generis Suffixa Pluralia regit; maſculina, vt ܒܝܢܝ *inter me* Gal. 2, 2. ܒܝܢܟ *inter te* Matth. 18, 15. ܒܝܢܢ *inter nos* Luc. 16, 26. & feminina, vt ܒܝܢܗܝ *inter vos* Ioh. 1, 26. ܒܝܢܗܘ *inter illos* c. 8 59.

§. XXI. Præterea Pronomina perſonalia ܐܢܐ *ego*, ܐܢܬ Fem. ܐܢܬܝ *tu*, ܗܘ *ille*, ܗܝ *illa*, ܚܢܢ *nos*, ܐܢܬܘ F. ܐܢܬܝܢ *vos*, Participiis, aut Nominibus Adiectiuis, aut ſibi ipſis aliisue Pronominibus ſubiecta, quum vim habent Verbi

ſub-

ſubſtantiui, *ſum, es, eſt,* cet. cum præcedente voce velut in vnam coaleſcunt, idque vel

a) in lectione ſolum, vt α) אָנֹכִי חֹדֵל *adhortans ſum,* i. e. *adhortor* Eph. 4, 1. אָנֹכִי קָדוֹשׁ *ſanctus ſum* 1 Petr. 1, 16. אָנֹכִי אָנֹכִי *ego ſum* Marc. 6, 50. β) circa אַתָּה & אַתְּ *tu,* exempla deficiunt; γ) הוּא חַיָּב *debitor eſt,* ſ. *debet* Ioh. 19, 7. הוּא גָּדוֹל מִן *quod maior ſit* Hebr. 11, 26. הוּא בַּמִּדְבָּר *in deſerto eſt* Matth. 24, 26. הוּא רֹעֶה pro הוּא רוֹעֶה (lib. I. c. III. §. VII. a. α. ב. *.) *paſtor eſt* Ioh. 10, 2. הוּא גַּנָּב *fur eſt* v. 1. הוּא טָהוֹר *purus eſt* Ioh. 13, 10. δ) הִיא עֲצֻבָּה *contriſtata eſt* Matth. 26, 38. הִיא עוֹמֶדֶת *permanens eſt* Ioh. 9, 41. הִיא הִיא *illa eſt* Gen. 23, 19. הִיא הִיא *quæ ipſa eſt* Col. 3, 5. ε) אֲנַחְנוּ יְלִידֵי *nati ſumus,* ſec. Polygl. Act. 2, 8. quomodo id legendum foret יְלִידֵי. ϛ) פְּנֵי אָדָם *vultis* Matth. 26, 15. אֲנִי עָיֵף *fatigatis* v. 10. אֲנִי נוֹחֵל *ſeruamini* 1 Petr. 1, 5. אֲנִי צָרוּר *anguſtamini* v. 6. אֲנִי אוֹהֵב *amatis* v. 8. quæ lege אֲנִי חֵפֶץ, אֲנִי עָיֵף, אֲנִי נוֹחֵל, אֲנִי צָרוּר, אֲנִי אוֹהֵב. ζ) אַתֶּם מְבַקְּשִׁים *quærentes eſtis* ſ. *quæritis* F. Matth. 28, 5. Luc. 24, 5. quod lege מְבַקְּשִׁים. Ceterum η) הֵם *illi,* & הֵן *illæ,* loco eius mutant *He* initiale in *Olaph,* אֵלֶּה & אֵלֵּה, coll. ſupra §. VII.

b) In ſcriptione non minus quam in lectione, vt α) חָדֵל pro חָדֵל אָנֹכִי *adhortor* Rom. 12, 1. אֶתְחַנֵּן *rogo* Eph. 3, 13. β) אַגְמֹן pro אַגְמֹן *cubas* M. Cant. 1, 8. אַגְמֹן *paſcis* ibid. γ) תִּתְהַלֵּל *gloriaris* F. & תִּבְטַח *confidis,* pro תִּתְהַלֵּל & תִּבְטַח Ier. 49, 4. נָתוּשׁ *ſoluta es,* pro

ܐܝܟ ܕܥܒܕ Luc. 13, 12. δ) ܟܕ ܡܫܬܘܕܥ *honoratum eſt* Hebr. 13, 4, ܟܕ ܡܒܪܟ *benedictus eſt* 1 Petr. 1, 3. pro ܐܝܬ ܡܫܬܘܕܥ, & ܐܝܬ ܡܒܪܟ; ܕܝܢ pro ܐܝܬ ܠܗ ܕܝܢ *debitor eſt* Gal. 5, 3. ܡܢ vel ܡܢܘ *quis eſt?* pro ܐܝܬ ܠܝ vel ܐܝܬ ܠܟ Matth. 3, 7. 1 Theſſ. 2, 19. ܡܢ pro ܡܐ ܕܝܢ ܡܢ *quid eſt?* Hebr. 2, 6. ܗܢܐ pro ܐܝܢ ܕܝܢ *hic eſt* Matth. 3, 3. ε) ܐܬܬܓܠܝ pro ܐܬ ܓܠܝ *manifeſtum eſt* Gal. 3, 11. ζ) ܢܪܓܡ pro ܢܚܢ ܪܓܡ *lapidamus* Ioh. 10, 33. ܢܚܙܐ pro ܢܚܢ ܚܙܐ *videmus* Ioh. 9, 41. ܫܟܒܢ *ſoporati eramus* Matth. 28, 13. ܡܬܒܪܝܢ *probamur*, & ܡܬܡܠܠܝܢ *loquimur* 1 Theſſ. 2, 4. ܚܝܒܢ *debitores ſumus* 2 Theſſ. 1, 3. η) ܬܟܠܘܢ pro ܐܬ ܟܠܝ ܬܟܠܘܢ *comeditis* Gal. 5, 15. ܦܪܨ *vultis* Matth. 7, 12. ܫܡܫ *miniſtratis* Hebr. 6, 10. ܬܙܕܪܩ *iuſtificamini* Gal. 5, 4.

c) At Pronomina iſta, qua Pronomina, manent integra: vt Luc. 16, 5. 7. ܐܝܟ ܕܝܢ ܚܒ *quantum debes?* Ioh. 11, 26. ܐܝܟ ܗܝܡܢ *credisne tu?*

GRAM-

GRAMMATICAE SYRIACAE

LIBER III.
DE
SYNTAXI ET IDIOMATIBVS LINGVAE SYRORVM.

CAPVT I.
DE
IDIOMATIBVS VERBORVM SYNTACTICIS.

§. I.

DE Syntaxi & idiomatibus Syrorum in Verbis, hoc ordine agemus, vt quæ circa *Significationem* & *Vocem*, circa *Compositionem*, *Numerum*, *Personam*, *Genus*, *Modum*, *Tempus*, peculiaria habent, vna cum *singularibus loquendi formulis*, exponamus.

§. II. Verba *significationem* subinde vel aliam prorsus, vel determinatiorem sortiuntur, prout a) vel *forma* differunt; vt ܦܠܓ *diuisit*, transitiue, at ܐܬܦܠܓ *diuisus, dimidiatus fuit*, intransitiue & quasi passiue, Ioh. 7, 14. ܐܬܚܙܝ *intuitus est*, at ܚܙܐ *albuit*; ܐܬܥܡܪ *excitauit*, at ܥܡܪ *excœcauit*, ܐܬܥܡܪ *excœcatus est*: b) vel *Coniugatione*, vt ܫܐܠ *rogauit*, in Peal, at ܫܐܠ in Pael *interrogauit*, ܐܫܐܠ in Aphel *commodauit*; ܩܪܒ *adpro-*

pinqua-

pinquauit, at ܐܰܕ̰ *adduxit, obtulit*, ܐܶܕ̰ *præliatus fuit*; ܒܰܕ̰ *flagrauit*, at ܒܶܕ̰ *fouit*, ܐܶܒ̰ *amauit*; ܘܒ̰ *amauit*, at ܘܶܒ̰ vel ܐܶܘܒ̰ *miſertus eſt*; ܪ̰ *ſaltauit*, at ܐܪ̰ *planxit*: c) vel *originatione*; vt ܫ̰ *conſenuit*, ex Hebr. שׁוּב *canum fieri*, at ܫ̰ *polluit*; ܥ̰ *angariauit*, at ܐܥ̰ *relictus eſt*, illic cum ܐ radicali, heic vero cum prosthetico ab ܐ̰ ; ܙ̰ *agitauit*, ex Hebr. זוּד *moueri*, at ܕ̰ *patruus*, ex Hebr. דּוֹד idem: d) vel *ſyntaxi Caſuum*, vt ܐ̰ cum ſeq. Præfixo ܕ, *confiteri, profiteri* Marc. 1, 5. at cum ⸗, *gratias agere* Matth. 11, 5. e) vel denique *ellipſi Nominum*, vt ܐ̰, quod ex Hebr. שִׁנָּה *mutationem* proprie infert, *inſaniit* & *diſceſſit*, illic, ſubaudito ܠ̰ *mentem*, heic vero ܐ̰ *locum* mutauit.

§. III. Verba *Neutra* loco *Paſſiuorum* ſæpe Syris veniunt: vt a) *Videte*, ܕ̰ *ne erretis*, pro μὴ πλανηθῆτε *ne in errorem inducamini* Luc. 21, 8. ſic 1 Tim. 2, 14. b) ܢ̰ *vt ardeant*, pro, *vt comburantur*, Matth. 13, 30. ܢ̰ & *ardent igne*, pro, καὶ πυρὶ καταϰαίεται & *igne cremantur* v. 40. Sic Hebr. 13, 11. Apoc. 8, 7. c) *Arbor, quæ fructus bonos non fert, abſcinditur*, ܢ̰ & *cadit* (pro βάλλεται *proiicitur*) *in ignem* Matth. 3, 10. Sic c. 5, 25. 29. c. 9, 19. c. 13, 47. c. 18, 8. 9. c. 21, 21. Luc. 12, 28. Ioh. 7, 47. ܕ̰ *quod cadebat in illud*, pro, *iniiciebatur ei* Ioh. 12, 6. d) ܢ̰ *exibunt*, pro, ἐϰβληθήσονται *expellentur* ſeu *eiicientur* Matth. 8, 12. Sic c. 9, 33. ܢ̰ *cum exiero*, pro, ὅταν μεταϛαθῶ, *cum amotus fuero* a villicatione Luc. 16, 4. e) ܢ̰ & *adſcenderunt* (pro *ſubtractæ ſunt*) *e radicibus ſuis*, Iudæ v. 12.

f) *Venit*

f) *Venit ad Ioannem,* ܐܬܐ ܠܘܬ ܝܘܚܢܢ *vt ſtaret* (ex Hebr. עמד) *ab illo,* ſcil. in baptiſterio ſeu aquis baptiſmi, pro, τοῦ βαπτισθῆναι, *vt baptizaretur,* ſeu (vt Syri vocant) *vt conſtitueretur* in baptiſterio; Matth. 3, 13. vnde ibid. paſſiue in Ethp. ܐܬܥܡܕ ܠܘܬ *vt a te baptizer* v. 3. Sic v. 5.

§. IV. Contra, *paſſiuæ* vocis Verba pro Actiuis aliquando veniunt. Quo ſpectat, quum nonſolum Ioh. 5, 3. & 6. ܐܬܪܡܝ *proiecti erant,* idem valet ac *iacebant,* ſed etiam quum Coniugationes paſſiuæ & Participium *Peil,* velut Deponentia ſunt, & actiue ſignificant: vt ܐܬܕܟܪ *recordatus eſt,* qs. *recordari factus eſt* Luc. 23, 4. ܐܬܟܣܝ *recubuit,* qs. *ſuffultus eſt* Matth. 15, 35. ܐܬܝܕܥ *agnouit,* qs. *noſcere factus eſt* Col. 1, 6. ܐܬܫܡܥ *obediuit,* qs. *dicto audiens factus eſt* Matth. 8, 27. ܐܬܬܐܒ *deſiderauit, deſiderio incenſus eſt* Matth. 13, 17. ܐܬܐܒܠ *lugentes, luctum patientes* Matth. 5, 4. ܐܬܚܙܩ *tenentes* Matth. 14, 3. Hebr. 1, 3. c. 2, 14. ܐܬܠܛ *lamentabantur* Luc. 23, 27. ܐܬܚܨܪ ܚܪܒܐ *accinctus eſt gladium* Rom. 13, 4. ܐܬܝ ܐܬܐ *aduenientes* (qs. *aduecti*) *fuerant* Ioh. 11, 19. ܐܝܬܝ *ducentes* Act. 21, 16. Iac. 3, 4. ܕܐܝܬܝ *qui cingentes* (qs. *circumdati*) *eum* Matth. 8, 18. ܐܬܝ *onuſtus erat,* pro *ferebat,* Ioh. 12, 6. ܕܟܢܫ ܐܬܝ *qui collegerat aquas* (collectionem illarum paſſus) ſeu *hydropicus* Luc. 14, 2. ܟܐܒ ܢܦܫܗ *continens ſeipſum* Tit. 1, 8. ܐܬܝ ܟܦܢܐ *eſurientes ac ſitientes,* qs. *famem ac ſitim patientes,* Matth. 5, 6. ܐܬ *deſiderans,* qs. *deſiderio accenſus* Rom. 15, 23. ܐܬܥܒܕ *operatus* v. 18. ܐܬܝ ܥܠ ܟܐܒ *inſidens*

(qs. *insidere factus*) *pullo*, Ioh. 12, 15. ܬܠ ܥܠ̈ ܕܝ ὀι δὲ βαςάζοντες αὐτόν, qs. *qui susciperе facti erant illum* Luc. 7, 14. ܠܥܕ ܕܝ ܟܠ *omne quod possidens* (qs. *possidere facta* seu *possessionata*) *erat* c. 21, 4. ܒܛܝܚ *confidens* seu *confisus* Hebr. 2, 13. Conf. lib. II. c. I. §. VIII. d. δ.

§. V. Verba *Passiua* apud Syros non minus, quam Græcos, aliquando *reciprocam* actionem notant: ܐܬܚܒܪ *coniunctus fuit*, ܐܬܬܒܥ *confortatus est*, ܐܬܐܪܟ *elongatus est*; pro, *coniunxit se, confortauit se, elongauit se*; ܐܬܗܦܟ *conuersus est*, pro, *conuertit se* Matth. 9, 22. Strictius tamen actiones reciprocas per Verbum transitiuum, & Nomen ܢܦܫ *animam* cum Suffixis, (vti c. III. in Syntaxi Pronominum §. VIII. docebimus) exprimunt.

§. VI. Coniugatio *Ettaphal* quoniam rarioris vsus est, igitur *Ethpeel* passiua format nonsolum ex *Peal*, verum etiam ex *Aphel*: vt ܐܬܚܙܝ ܠܗܘܢ, non *visum*, sed *videre factum* seu *ostensum est eis*, Matth. 2, 12. ܠܐ ܐܬܓܠܝ ܠܗ, non *vt cognosceretur*, sed *vt notificaretur Israeli*, ἵνα φανερωθῇ, Ioh. 1, 31. Sic c. 3, 21. Vide supra lib. II. c. I. §. VI. b. α. β.

§. VII. Loco Substantiui Verbi, *Sum, es, est*, cet. Pronomina personalia, *Ego, Tu, Ille*, cet. vsitatissime veniunt. Exemplorum cumulum dedimus lib. II. c. III. §. XXI. Addimus heic Tit. 1, 12. ܟܕܒ̈ܐ ܐܢܘܢ *mendaces sunt*.

§. VIII. Verbum *Habere* Syri non habent, sed per ܐܝܬ *est*, cum seq. Præfixo *Lomad*, ceu Datiui nota, circumscribunt: vt Matth. 3, 9. ܐܒܐ ܐܝܬ ܠܢ ܠܡܐܡܪ *Pater est nobis Abraham*, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ; c. 5, 46. ܐܝܬ ܠܟ ܐܓܪ ܠܐ ܠܗ

τίνα μισθὸν ἔχετε; 2 Tim. 1, 13. ܒܝܫ ܐܚܙ ܠܟ ܣܡ̈ܟ̈ ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων. Vnde constructio ad sensum est 2 Ioan. v. 9. ܐܝܬ ܠܗ ܐܒܐ ܘܒܪܐ *& Patrem & Filium est ei*, pro, *habet*. Sic Matth. 26, 11. Ioh. 12, 8.

§. IX. Sed nec *compositis Verbis*, qualibus Græci Latinique, vtuntur: supplent vero illorum defectum per *simplicia*, eaque I. vel absolute posita, vt Act. 26, 5. ܝܕ̈ܥܝܢ *scientes*, pro, *præscientes*, Eph. 3, 3. ܟܬܒܬ *scripsi*, pro προέγραψα, & sic Rom. 9, 23. 2 Cor. 12, 21. *Videre* item, pro *visum recipere* Matth. 11, 5. Marc. 10, 51. 52. *dare*, pro *reddere* Luc. 3, 11. Act. 23, 33. *viuere*, pro *reuiuiscere* Luc. 15, 24. 32. *mensurare*, pro *remensurare* Matth. 7, 2. *sedere*, pro *considere* Marc. 14, 54. II. vel cum adiectis quibusdam *Verbis Particulisue auxiliaribus*.

Nempe a) Composita cum Præpositione *Ante* vel *Præ*, seu quæ *anticipationem* notant, per ܩܕܡ *præuenit*, Verbis in eadem Persona, Tempore, & Numero coniunctis; vt Marc. 13, 23. ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܩܕܡܬ *præueni dixi*, i. e. *prædixi*, Act. 2, 31. ܩܕܡ ܚܙܐ *præuenit vidit*, i. e. *præuidit*; &, si plura cupis exempla, Act. 7, 52. Rom. 3, 9. 25. c. 11, 35. c. 12, 10. Gal. 3, 8. Eph. 1, 2. inuerso item ordine Ioh. 20, 4. ܪܗܛ ܩܕܡ ܗܘ *cucurrit, præuenit eum*, pro, *præcucurrit*: vel per Particulas, vt Matth. 2, 9. ܗܘ ܐܙܠ ܩܕܡܗܘܢ *ibat ante illos*, pro, *præcedebat*, Rom. 1, 2. ܕܐܪܥ ܩܕܡ ܐܡܪ *ab-ante promisit*, προεπηγγείλατο; Col. 1, 5. ܕܐܪܥ ܩܕܡ ܫܡܥܬܘܢ *ab-ante audiuistis*, pro, προηκούσατε, 2 Cor. 13, 2. ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܕܐܪܥ ܩܕܡ προείρηκα, *prædixi*, item Luc. 22, 47. Rom. 1, 2. c. 15, 4. Eph. 2, 10.

b) Quæ *aduerſationem*, per ܠܘܬ *aduerſus*, & ܥܠ *contra*: vt Matth. 5, 39. ܠܐ ܬܩܘܡܘܢ ܠܒܝܫܐ μὴ ἀντιςῆναι τῷ πονηρῷ, & plura exempla Matth. 26, 62. Luc. 13, 17. c. 21, 15. Act. 6, 10. c. 7, 51. c. 13, 45. c. 27, 15. c. 28, 19. Rom. 7, 23. c. 13, 2. 2 Tim. 2, 25. Sic Rom. 11, 18. ܠܐ ܬܬܟܠ ܥܠ ܐܝܩܪܐ μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων, Iac. 4, 11.

c) Quæ *ſocietatem*, per ܥܡ *cum*: vt Act. 25, 5. ܢܚܬܘܢ ܥܡܢ *deſcendant nobiscum*, pro συγκαταβάντες, 2 Tim. 1, 8. ܣܒܪ ܥܡ ܐܝܢܓܠܝܘܢ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ Hebr. 4, 15. *qui non poſſit* ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܦ ܥܡ συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν.

d) Quæ *iterationem*, per adiectum ܬܘܒ ܡܢ *a capite*, ſeu *denuo*; vt Hebr. 6, 6. ܢܬܚܕܬܘ ܬܘܒ ܡܢ ἀνασαυρῶντας, 1 Petr. 1, 3. ܐܝܠܕܢ ܬܘܒ ܡܢ ἀναγεννήσας ἡμας, v. 23. ܐܝܠܕܝܢ ܬܘܒ ܡܢ ἀναγεγεννημένοι.

Denique e) quæ cum *Nominibus* ſunt compoſita, per diuiſa a Verbis nomina, vt Rom. 11, 20. ܠܐ ܬܬܪܡ ܓܒܐ μὴ ὑψηλοφρόνει; Marc. 3, 4. ܐܝ ܛܒ ܥܒܕ ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; c. 4, 20. ܕܡܦܪܝܢ καρποφορῶντες; Matth. 19, 18. ܠܐ ܬܣܗܕ ܣܗܕܬܐ ὁ ψευδομαρτυρήσεις.

§. X. Verba *paſſiua* aliquando in Singulari iunguntur Nominibus Pronominibusue Pluralibus, velut *Perſonalia*: vt Matth. 3, 16. ܐܬܦܬܚ ܠܗ ܫܡܝܐ *& apertum eſt ei cælos*, pro, *& aperti ſunt ei cæli*; Luc. 2, 13. ܐܬܚܙܝ ܠܢ ܣܓܝܐ *viſum eſt* (Germ. *man ſahe*) *exercitus multos*; pro *viſi ſunt*, vel *adparue-*

paruerunt exercitus multi; Hebr. 7, 13. ܐܝܠܝܢ ܥܡܐ (cum impoſito ſimul in edit. Polyglotta *Ribbui*, de quo lib. I. c. III. §. IV.) *dictum eſt hæc*, pro, *dicta ſunt*. De aliis Impersonalibus, quæ videntur, agemus infra c. II. de Syntaxi Nominum §. XVIII.

§. XI. Syri adloquentes in *ſecunda perſona*, poſt interveniens vel Participium vel Pronomen relatiuum, ſermonem aliquando *ex ſecunda in tertiam* deflectunt: vt Luc. 13, 34. *O Hieroſolyma, Hieroſolyma,* ܐܝܟ ܕܩܛܠ ܢܒܝܐ ܘܪܓܡ ܠܝܬ ܠܗ ܠܐ ܠܘܬ ܠܗ ܠܡܫܕܪ ܠܘܬܗ *occidens prophetas & eos qui miſſi ſunt ad ſe*, pro, *ad te;* Gal. 4, 21. *Dicite mihi vos,* ܐܝܟ ܕܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܗܘܝ ܬܚܝܬ ܢܡܘܤܐ *qui volunt* (pro *vultis*) *eſſe ſub lege.* Rom. 2, 1. ܐܘ ܟܠ ܐܢܫ ܕܕܝܢ ܠܚܒܪܗ *o homo, qui iudicat proximum ſuum.*

§. XII. *Enallage* tam *Generis*, quam *Numeri*, eſſe creditur, Ier. 3, 13. ܐܝܕܥ ܥܘܠܬܟ *agnoſce* (Fem. pro ܐܝܕܥ) *peccata tua;* Marc. 13, 28. ܥܕ ܕܥܠܬ ܢܨܪ *rami eius emolliti ſunt*, pro ܥܕ: forte tamen ܬ femininum, quia ſine præuia vocali non legitur, librariorum ſiue errore ſiue licentia omiſſum.

§. XIII. *Subiunctiuum* Syri, in exhortationibus, vel ſimpliciter per Futurum Imperatiui formant, v. g. Ioh. 11, 16. & c. 14, 31. 42. ܢܙܠ *ibimus*, pro, ἄγωμεν *eamus*, 1 Cor. 15, 32. ܢܐܟܠ ܘܢܫܬܐ *edemus & bibemus*, pro φάγωμεν καὶ πίωμεν *edamus & bibamus*, it. Ioh. 19, 24. vel per Imperatiuum efferunt, v. g. c. 11, 15. ܙܠ *ite, agite*, pro, ἄγωμεν *eamus* Marc. 1, 38. vel denique per Futurum cum præmiſſo ܐܬܐ *veni*, vel ܐܬܘ *venite;* vt Ioh. 11, 7. ܢܙܠ ܐܬܘ *venite, ibimus*, pro *eamus*. Conf. Gen. 19, 32.

c. 31, 44. c. 37, 20. 27. Pſ. 82, (83) 5. Prou. 7, 18. Cant. 7, 11. Vide porro ſub finem §. XVI. dicenda.

§. XIV. Loco *Imperatiui* ſæpe numero venit Participium vel Adiectiuum, cum ſecunda perſona Præteriti Verbi Subſtantiui ܗܘܐ *fuit*, idque in præceptis tum adfirmantibus tum negantibus: vt Matth. 5, 25. ܗܘܝܬ ܡܬܪܥܐ ܠܟ *fuiſti* (q. d. *fueris*) *reconciliatus*, pro διαλλάγηθι *reconciliare*, ſeu *reconciliator*; Marc. 5, 34. ܗܘܝ ܒܪܝܐ *eſto ſana*; Matth. 6, 7. ܠܐ ܬܗܘܘ ܦܛܪܝܢ *ne fueritis garrientes*, pro, *nolite garrire*; Marc. 13, 37. ܗܘܘ ܥܪܝܢ *fuiſtis* (*fueritis*) *vigiles*, pro, *vigilate*. Sic Luc. 10, 37. c. 11, 2. c. 13, 14. Rom. 12, 9--14. 16. 1 Cor. 11, 24. c. 14, 20. Eph. 4, 32. Tit. 3, 1. 1 Ioh. 4, 1.

§. XV. Idem fit aliquando loco Subiunctiui, in adhortationibus in prima vel tertia perſona concipiendis: vt 1 Cor. 4, 1. ܗܟܢܝܢ ܢܗܘܐ ܒܪ ܐܢܫܐ *Sic ſumus* (*ſimus*, ſeu *fuerimus*) *æſtimati vobis*, οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος; Gal. 6, 9. ܠܐ ܢܬܪܥ ܠܢ *ne fuerit pertæſa nobis*, ſc. *anima*, i. e. μὴ ἐκκακῶμεν, *ne defetiſcamus*. 1 Tim. 2, 11. *Mulier in ſilentio* ܬܗܘܐ *fuit* (pro *ſit*, *eſto*) *diſcens*, μανθανέτω; v. 8. *Volo igitur*, ܕܢܗܘܘܢ *vt fuerint precantes*, pro, *vt precentur*. 1 Theſſ. 5, 12. 13. *Adhortamur vos*, ܕܬܗܘܘ ܝܕܥܝܢ *vt fueritis agnoſcentes*, pro, *vt agnoſcatis*. Sic Tit. 2, 9. 10. Hebr. 13, 5.

§. XVI. Quod ad *Tempora*, *Præteritum* Syrorum reſpondet ordinarie Latinorum Præterito *Perfecto*; vt ܩܛܠ *interfecit*. At *Præteritum Imperfectum* Syri per *Participium* cum adiecto Præterito Verbi ܗܘܐ *Fuit*; *Plusquamperfectum* vero per ſuum *Præteritum*, eodem Verbo Subſtantiuo ſuperaddito

dito, exprimunt. Quod ad *prius*, vide Marc. 1, 7. ܟܪܙ ܗܘܐ *prædicans fuit*, i. e. *prædicabat*; c. 3, 2. ܗܘܘ ܢܛܪܝܢ *obſervantes fuerunt*, i. e. *obſeruabant*; Luc. 9, 14. ܗܘܘ ܐܝܬܝܢ *entes* (vt ſic dicam) *fuerunt*, i. e. *erant*; Act. 20, 21. ܗܘܘ ܡܣܗܕ̈ *teſtificabar*. Quod ad *poſterius*, conf. Matth. 14, 3. ܗܘܐ ܐܚܕ *cepit fuit*, pro *ceperat*; Marc. 3, 8. ܗܘܘ ܫܡܥ̈ *audiuerunt fuerunt*, pro *audiuerant*; Ioh. 10, 22. ܗܘܐ ܗܘܐ M. & c. 3, 25. ܗܘܐ ܗܘܐ F. *fuit fuit*, pro *fuerat*. Vide porro Matth. 25, 20. c. 26, 48. 75. c. 27, 55. 57. Nota autem: Illud ſuum Imperfectum Syri etiam in Subiunctiuo, deſcribendis euentibus hypotheticis, adhibent: vt Pſ. 123, (124) 3. ܠܐ ܗܘܘ ܠܥܠܝ ܚܝ̈ *viuos deglutiebant*, i. e. *deglutiuiſſent nos*; v. 4. ܠܐ ܗܘܘ ܠܥܠ ܡ̈ *ſubmergebant*, pro, *ſubmerſiſſent nos*; Gen. 31, 42. *Niſi Deus patris mei* — *adſtitiſſet mihi*, ܠܝ ܗܘܐ ܥܡܕ ܠܝ ܡ̈ ܫܕܪ̈ ܗܫܐ ܪ̈ *nunc vacuum dimittebas*, i. e. *dimiſiſſes me*. Vide plura exempla Matth. 25, 27. Ioh. 5, 46, c. 8, 19. 39. 42. c. 18, 30. 36. c. 21, 25. 2 Cor. 11, 1. Gal. 4, 15. Hebr. 10, 2. c. 11, 15. 1 Ioh. 2, 19.

§. XVII. *Participia* cum adiectis Pronominibus Perſonalibus, exprimere Græcorum Latinorumque *Præſens* Indicatiui, (etiam Subiunctiui, ſiquidem id nexus orationis poſtulet), exempla ſupra lib. II. c. III. §. XXI. adlata abunde docebunt. Quodſi tamen *Participialiter* capiantur, ad notandum ſiue *agentis* ſiue *patientis ſtatum*, præmittunt illis Syri vel ſeparatum ܕ *dum*, vel Præfixum ; *qui*: vt ܕ Ioh. 1, 36. *Intuitus eſt Ieſum*, ܕ ܡܗܠܟ *ambulantem*, ſeu *dum ambularet*; Act. 22, 5. *vt adducerem eos Hieroſolymam* ܕ ܐܝܬ̈ *vinctos*; vide porro Matth. 3, 6. c. 14, 25. Ioh. 6, 6.

c. 9,

c. 9, 2. 19. At ; Marc. 2, 14. *Vidit Leuin* ـ ـ ـ *qui ſedens* erat, i. e. *ſedentem;* c. 11, 2. *inuenietis pullum* *qui vinctus* eſt, ſeu *vinctum.* Sic v. 4. Matth. 3, 7. c. 14, 26. c. 15, 32. c. 26, 64. Porro illud facit periphraſin Ablatiui conſequentiæ in Participiis: vt Matth. 15, 20. *cum non lotæ eſſent manus eius,* i. e. *non lotis manibus.* Sic Marc. 7, 2. 5. Ioh. 11, 44.

§. XVIII. Ceterum elegantiam Græcorum, qua *Participium* alii Verbo connectunt, Syri ita exprimunt, vt vtrumque Verbum in eodem Modo, Tempore ac Perſona, ſine interiecta *Copula* ponant, per *Aſyndeton:* vt Matth. 2, 8. *ite, exquirite,* πορευθέντες ἐξετάσατε, & ibid. *vt & ego veniam, adorem illum,* ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ; v. 9. *donec venit, ſtetit,* ἕως ἐλθὼν ἔστη; v. 11. *& prociderunt, adorarunt illum,* καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. Sic ibid. v. 13. 14. 16. 21. 23.

§. XIX. Conſtructio *Verbi* cum ſuo ipſius *Infinitiuo,* ſine interueniente Præfixo *Lomad,* eſt emphatica: vt Luc. 1, 22. *innuendo,* i. e. identidem *innuebat;* Ioh. 9, 9. *ſimilis exſiſtendo,* i. e. perquam *ſimilis eſt.* Sic Act. 5, 28. c. 7, 45. Philem. v. 9. Hebr. 6, 14. Etiam in negatiua oratione: vt Ioh. 20, 5. *ingrediendo vero,* i. e. omnino vero *non introiit;* Rom. 9, 6. *non cadendo,* i. e. nequaquam *cecidit verbum Dei.*

§. XX. In ordinaria vero conſtructione Verbi vnius cum Infinitiuo alterius, *Infinitiuus* requirit Præfixum *Lomad:*

vt

vt Matth. 2, 13. ܠܡܩܛܠ ܗܪܘܕܤ ܒܥܐ ܠܡܐܒܕ ܠܝܠܕܐ Μέλλει Ηρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον; Luc. 15, 15. *Misit eum in agrum* ܠܡܪܥܐ *ad pascendum sues.* Sic Matth. 4, 17. c. 6, 24. c. 14, 5.

§. XXI. Attamen in constructione Verborum, loco *Infinitiui* sæpe ponitur

a) Verbum finitum eodem Genere, Numero, & Persona cum Verborum altero, *Wau* copulatiuo interiecto, aut per *Asyndeton* subaudito; vt Luc. 20, 11. 12. ܘܫܕܪ ܘܐܘܣܦ *& addidit & misit*, καὶ προσέθετο πέμψαι.

b) Futurum cum Præfixo ; *vt*, siue expresso siue subaudito. Vt, cum expresso quidem *Dolath*, Matth. 2, 22. ܕܢܦܠ ܕܐܙܠ *timuit vt abiret*, pro *abire*; c. 16, 3. ܕܬܕܥܘܢ ܕܐܬܝ *nouistis vt probetis*, i. e. *probare*, & ܕܬܕܥܘܢ ܠܐ *non nouistis vt discernatis*, pro *discernere*, v. 24. ܕܨܒ ܕܐܬܐ ܒܬܪܝ *quisquis vult vt veniat post me*, pro *venire*; it. c. 17, 10. Marc. 1, 45. c. 6, 7. Luc. 13, 11. c. 14, 28. 1 Cor. 2, 14. At sine *Dolath* Matth. 14, 28. ܦܩܕ ܠܝ ܠܡܐܬܐ *præcipe mihi, veniam*, id est, *venire*, seu *vt veniam ad te*; Luc. 18, 13. *Nec volebat*, ܘܠܐ ܨܒܐ ܠܡܪܡܐ ܥܝܢܘܗܝ *vel oculos suos attolleret*, pro *attollere*. Item v. 41. Ioh. 4, 7. 10. c. 6, 65. c. 13, 10. c. 21, 3. & in passiua voce Hebr. 12, 19. ܕܠܐ ܢܬܬܠ ܠܗܘܢ ܡܠܬܐ *vt ne adiiceretur sermo fieret*, pro *sermo fieri cum illis.*

c) Participium, idque vel absolute, vel cum adiecta Particula. Nempe α) *absolute*, tum in *actiua* voce, vt Matth. 12, 1. ܫܪܝܢ ܠܩܛܦ ܫܒܠܐ *cœperunt vellicantes spicas, & comedentes*, pro *vellicare* & *comedere*; forte subaudito

ܠܡܗܘܝ *esse*, vel ܕܢܗܘܝ *vt essent*; c. 13, 30. ܐܝܟ ܕܢܬܣܒܘܢ *sinite crescentia*, pro *crescere*; item Marc. 2, 2. c. 7, 15. 18. Luc. 5, 21. c. 15, 14. c. 18, 16. Ioh. 5, 19. c. 8, 43. c. 11, 44. c. 18, 8. Act. 10, 47. c. 20, 32. 1 Ioh. 3, 15. Quo & pertinent Luc. 10, 40. ܐܡܪ ܠܗ ܕܥܕܪܢܝ ܥܡܝ *Dic ei*, vt sit *iuuans me*; c. 12, 13. ܐܡܪ ܠܐܚܘ ܕܢܦܠܓ ܥܡܝ ܐܝܬ ܠܝ ܒܝܪܬܐ εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου, μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν; tum vero in voce *passiua*, vt Luc. 11, 53. ܒܥܝ ܠܡܬܒܥܐ ܡܢܘ ܦܘܡܗ *cœperunt male adfecti*, pro, *indignari*; 1 Ioh. 2, 8. ܚܫܟܐ ܕܢܚܙܐ *cœpit* lux esse *visa*, pro *videri*. At vero β) *cum adiecta Particula*: vt cum Præfixo *Dolath*, Hebr. 9, 23. ܐܠܝܢ ܕܒܗܢܘܢ ܐܬܟܪܟ ܕܢܬܕܟܝ *oportet vt hæc mundata* fiant, pro, *oportet hæc mundari*; cum ܠ vero, sequente *Dolath*, Act. 21, 32. ܒܛܠܘ ܡܢ ܕܢܗܘ ܡܟܐ ܠܦܘܠܘܣ *cessabant ab* eo *vt percuterent*, i. e. *percutere Paulum*.

§. XXII. *Passiua* Verba aliquando iunguntur *Datiuis*, notandæ caussæ efficienti seu agenti, ita vt Datiui perinde valeant, ac Ablatiui cum præmissa Præpositione ܡܢ *a* vel *ab*: vt Luc. 6, 4. ܠܐ ܡܬܚܙܝ ܠܟ *non videtur tibi*, i. e. *a te*; c. 8, 29. ܐܬܬܩܛܪ ܠܗ *captiuabatur ei*, pro, *ab eo*; c. 23, 41. *Nihil quod morte dignum sit*, ܐܬܥܒܕ ܠܗ *factum ei*, pro, *ab eo*. Sic Ioh. 8, 33. c. 9, 11. 15. coll. v. 18. item c. 13, 7. Act. 15, 24. c. 18, 18. c. 21, 23. Rom. 11, 2. 1 Thess. 2, 4. 1 Tim. 4, 4. Iac. 5, 15. Vide differt. nostram *de Solœc. Cas.* §. XIX.

§. XXIII. Syri in construendis Verbis cum suis Casibus aliquando a Latinorum syntaxi secedunt, dicentes v. g. *ingredi* vel *adscendere*, non *per ostium*, sed *ex ostio*, nec *per locum*, sed

ſed *ex loco; confiteri* item vel *abnegare*, non *aliquem* vel *aliquid*, ſed *in aliquo*, cetera. Vt Ioh. 10, 1. 2. ܠܐ ܥܠ ܕܠܐ ܥܠ ܬܪܥܐ *quisquis non ingreditur ex oſtio* in ouile, & ܐܬܐ ܥܠ ܐܚܪܢܐ ܣܠܩ *adſcendit ex loco alio*; Matth. 10, 32. *Quisquis* ܕܐܢ *confeſſus fuerit in me*, & v. 33. ܕܐܢ ܕܟܦܪ ܒܝ *quisquis vero abnegauerit in me.* Confer diſſert. noſtram *de Solœciſmo Caſuum* §. VI.

§. XXIV. Idem Verbum, quod in orationis protaſi præceſſerat, aliquando in apodoſi ſubticetur: vt Matth. 1, 22. ܗܢ ܕܟܠ ܗܘܐ ܕܗܘܐ *Hoc vero totum, quod factum eſt*, factum eſt, *vt impleretur* cet. Ioh. 20, 31. ܐܦ ܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒܝܢ ܗܘ *Etiam hæc, quæ ſcripta ſunt*, ſcripta ſunt, *vt credatis*. Hebr. 7, 8. ܡܬܬܐ ܕܐܬܬܩܢ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܩܕܡܝܐ *Mutatio vero, quæ facta eſt legi priori*, facta eſt *propter eius imbecillitatem*; c. 8, 3. ܟܠ ܪܒ ܟܗܢܐ ܕܡܬܩܢ ܗܘ *Omnis enim pontifex qui conſtituitur*, conſtituitur, *vt offerat oblationes.*

§. XXV. Verbum Subſtantiuum ܗܘܐ *Fuit* redundat, ſeu expletiuum eſt, a) poſt negatiuum ܠܐ *non*, quo caſu vtcunque per *ſane* exprimi poteſt; vt Matth. 10, 20. ܠܐ ܗܘܝܬܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܡܠܠܝܢ *Nam non ſane vos loquimini*; c. 16, 11. ܠܐ ܗܘܝܬ ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܥܠ ܠܚܡܐ *quod non ſane de pane dixerim*; & porro c. 20, 13. Ioh. 6, 32. 38. 36. 58. c. 13, 11. 17. Hebr. 2, 5. 16. c. 9, 24. 1 Ioh. 4, 10. etiam tum, cum negatiuum ܠܐ *non*, interrogatiue capitur pro *nonne?* vt Matth. 13, 55. ܠܐ ܗܘܝܬ ܐܡܗ ܕܢܓܪܐ

Nonne ſane hic eſt filius fabri? Forte quod ܗܘܐ *fuit* cum ܗܵ *ecce* a Syris confuſum eſt, vnde & cum eo alternat ibid. v. 56. *Et ſorores eius omnes* ܠܝܬ ܗܵ ܟܠܗܝ ܐܝܟ *nonne ecce! apud nos ſunt?* nec non Iac. 2, 4. 6. 7. coll. ibid. v. 5. 21. Sic Marc. 11, 13. Luc. 11, 40. c. 17, 17. b) poſt ſeipſum aut aliud Verbum, ſine immutatione Temporis Perfecti in Plusquamperfectum, quam alias Præteritis ſecundum §. XVI. inferre ſolet; vt Marc. 1, 45. ܗܘܐ ܫܪܝ non, *incepit fuit*, i. e. *inceperat*, ſed ſimpliciter, *incepit*, ibidemque ܗܘܐ ܡܦܣ ܠܐ ܐܝܟ *ita vt non poſſet*, Luc. 1, 8. ܗܘܐ ܗܘܐ *Factum eſt vero*; Ioh. 3, 25. ܗܘܐ ܟܠܝ ܗܘܐ *Facta eſt autem quæſtio.* c) Poſt ſynonymum ܐܝܬ vel ܐܬܐ *Eſt, Erat, Fuit*; vt Matth. 3, 4. ܗܘܐ ܗܘܬ ܐܬܐ *Fuit fuit*, pro *fuit* ſimpliciter. Verum hoc inde eſt, quod ܐܬܐ, perinde ac Hebr. יֵשׁ, cui originem debet, proprie ſubſtantiuum Nomen eſt, ac adeo ſyntaxis in exemplo adlato ita ſonaret: *exiſtentia eius fuit.*

§. XXVI. Addimus ſingulares vocum conſtructiones, & loquendi formulas, ex ordine Verborum, quibus illæ conſtant, alphabethico, vt facilius reperiri queant. Erunt autem Verba hæcce: ܐܬܪ *tenuit*, ܐܟܠ *comedit*, ܐܠܨ *coegit*, ܐܬܐ *venit*, ܒܝܫ *malus fuit*, ܒܛܠ *vacuus fuit*, ܒܥܐ *hortatus eſt*, ܓܠܐ *retexit*, ܓܪܐ *factus eſt*, ܓܠܐ *indicauit*, ܓܪܫ *vſus eſt*, ܓܙܪ *curtatus eſt*, ܕܐܒ *tæduit*, ܕܚܐ *pertigit*, ܕܠܐ *impleuit*, ܕܚܐ *traxit*, ܕܒܠ *accepit*, ܕܒܪ *adſcendit*, ܕܒܩ *exiit*, ܗܘܬ *poſuit*, ܗܠܟ *tranſiit*, ܗܠܟ *intrauit*, ܗܕܐ vel ܗܕܐ *clamauit*, ܗܦܠ *ſuccidit*, ܗܕܐ *proiecit*, ܗܫܕ *miſit.*

1 Tim.

1 Tim. 6, 1. ܠܡܪܝܗܘܢ ܕܒܥܠ ܝܩܪ ܢܗܘܘ *dominos ſuos in omni honore habeant*, proprie, *teneant*, Germ. *ſollen ihre Herren in allen Ehren halten.* 2 Theſſ. 3, 15. ܘܠܐ ܐܢܘ ܡܚܫܒܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܒܥܠ ܒܥܪܐ *neque tanquam inimicum habeatis eum*, Germ. *und haltet ihn nicht als einen feind.*

Matth. 27, 12. ܘܒܡܬܟܠܡܘ ܥܠ ܟܗܢܐ ܘܩܫܝܫܐ *& cum accuſarent eum*, proprie, *comederent accuſationes*, vel *excidia eius.* Sic c. 12, 10. Marc. 15, 3. 1 Tim. 3, 11. 2 Tim. 3, 3. Tit. 2, 3. Impersonaliter ſeu paſſiue, Luc. 16, 1. ܘܐܬܬܠܝ ܠܗ ܒܥܠ ܩܛܪܓܘܪ *& comeſtum eſt ei accuſationes eius*, (vide ſupra, §. X.) i. e. *& accuſatus eſt ei.* Hinc ܩܛܪܓܘܪ *accuſator*, *obtrectator*, & ſynecdochice *Diabolus*, Matth. 4, 1. 5. 8. 11. c. 25, 41. ܩܛܪܓܘܪܝܐ *obtrectatio* Rom. 1, 30. & diuiſim ܩܛܪܓܘܪ ܒܥܠ loh. 18, 29.

Phil. 1, 24. ܡܬܚܣܪ ܠܝ ܒܗ *cogit me res*, pro *neceſſum habeo*; c. 2, 25. ܡܬܚܣܪ ܠܝ *coegit me res*, pro ἀναγκαῖον ἡγησάμην *neceſſarium duxi*; Act. 15, 28. ܗܠܝܢ ܕܡܬܥܒܕܝܢ *hæc quæ coguntur*, pro ἀναγκαῖα *neceſſaria.*

1 Tim. 5, 15. ܕܐܙܠ ܩܕܡ ܠܘܬܟ *quod ante te venias*, id eſt, *proficias, progrediaris*, Germ. *daß du vor dich kommſt.* 2 Tim. 3, 9. ܠܐ ܢܬܩܕܡܘܢ ܠܫܘܬܦܘܬܗܘܢ *non venient ante ſe*, pro, *non proficient vltra.* Sic. 1 Cor. 11, 17.

Iac. IV, 2. ܘܠܐ ܐܬܝ ܕܒܥܝܬܘܢ *& non venit* quod quæritis, *in manus veſtras*, pro, *& non poteſtis adipiſci.* Ioh. 11, 35. ܘܐܬܬ ܕܡܥܗ ܕܝܠܗ *veniebant lacrimæ eius*, Germ. *die thränen kamen ihm*, pro, *lacrimabatur*; ad inſtar Hebr. Ezech. 24, 16. וְלֹא תָבוֹא דִּמְעָתֵךְ *nec oborientur tibi lacrimæ.*

Matth. 26, 8. ܥܠ ܗܘ ܠܒܐ ܡܬܥܠ ܒܗܘܢ *& male adfectus eſt eis*, ſcil. *animus*, ſeu ܠܒܐ *cor*, id eſt, *diſplicuit*. ܐܬܥܠ & ܐܬܥܠ idem, c. 21, 15. Marc. 14, 4. & in Præſenti, Luc. 11, 53. *cœperunt* ܡܬܥܠ ܠܒܐ ܥܠ eſſe *quibus* cor *male adfectum eſſet*, pro *indignari*, *ægre ferre*.

Luc. 10, 34. ܘܐܬܦܢܐ ܠܗ ܥܠ ܗܘ *& vacauit ipſi* (ſic enim proprie ſonaret) *ſuper eo*, pro *curam eius geſſit*; vt Latini dicunt *vacare litteris*, pro *operam dare*, *ſtudere*. Subaudiveris ܠܒܐ *cor*, *animus*. Sic Rom. 12, 17. 2 Cor. 9, 5. Gal. 2, 10. 2 Tim. 2, 15. c. 4, 9. & in Peil Marc. 4, 38. ܠܐ ܡܕܡ ܠܟ ܐܒܕܢ *nonne curæ eſt tibi quod perimus?* Luc. 10, 40. Ioh. 12, 6. Act. 17, 21. 1 Petr. 5, 7. ܕܠܗܝܢ ܡܕܡ ܠܟܘܢ *ſiquidem ei*, *ei* inquam (cum pleonaſmo Pronominis) *cura eſt ſuper vobis*, ſeu *curæ eſtis*.

Rom. 12, 1. ܒܥܐ ܐܢܐ ܥܠܝܟܘܢ *Petens ſum igitur a vobis*, pro παρακαλῶ ἔν ὑμᾶς, *adhortor igitur vos*. Et ſic vbique fere pro *hortari* Syri dicunt *petere ab aliquo*, non ſine emphaſi, vt c. 15, 30. c. 16, 17. 1 Cor. 1, 10. c. 16, 15. cet.

1 Ioh. 3, 21. ܦܬܝܚ ܐܦܝ ܕܝܠܢ *Retecta eſt facies noſtra*, pro παῤῥησίαν ἔχομεν, *fiduciam habemus*: vnde ܦܬܝܚ ܐܦ & ܒܦܬܝܚ *retectio faciei*, pro, παῤῥησία Phil. 1, 20. 1 Tim. 3, 13. Hebr. 3, 6. & ܒܥܝܢ ܦܬܝܚ *in retecto oculo*, pro, *aperte*, *palam* Ioh. 16, 25. c. 18, 20. 2 Cor. 3, 12. Hebr. 4, 16.

Ioh. 12, 42. ܕܠܐ ܢܬܪܕܘܢ ܡܢ ܒܝܬܐ *vt ne fierent foris*, *vt ne expellerentur*: vt Græcis actiue dicitur ἔξω ποιῆσαι *foris facere*, pro *exire iubere* vel *expellere* Act. 5, 34.

2 Cor.

2 Cor. 3, 1. ܠܡܚܘܝ ܠܟܘܢ ܡܕܡ *vt oſtendamus vobis, quid* ſeu quales *ſimus*, ἑαυτὰς συνιστάνειν.

1 Cor. 7, 31. *Et qui vtuntur ſæculo hoc, ſint tanquam* ܠܐ ܠܚܢ ܒܗ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܬܫܡܫܝܢ *non extra conuenientiam vſus*, pro, *ne abutantur.*

Luc. 18, 23. 24. ܥܬܝܩ ܠܗ *Curtatus* ſeu *confectus eſt ei*, ſc. ܪܘܚܐ *ſpiritus*, vel ܢܦܫܐ *anima*, pro, *triſtatus eſt.* Sic Matth. 14, 9. c. 17, 23. Ioh. 16, 20. 21. 22. c. 21, 17. Sic tranſitiue in Aphel 2 Cor. 2, 2. 5. c. 7. 8.

Hebr. 3, 10. ܩܪܝܬ ܒܗ ܒܕܪܐ ܗܘ *tæduit me generationis illius*, ſeu *faſtidium habui*; proprie, *tædio adfecta eſt mihi* (ſc. ܢܦܫܐ *anima*, vel ܪܘܚܐ *ſpiritus*) *in generatione illa.* Sic v. 17. Luc. 18, 1. Gal. 6, 9. 2 Theſſ. 3, 13. Hebr. 3, 10. 17. c. 12, 3.

Rom. 14, 4. ܡܪܝܐ ܕܒܝܬܗ ܗܘ *Poteſt dominus eius*, proprie, *pertingens* (puta ܚܝܠܐ *robur*) *eſt in manibus domini eius.* Sic in Fem. 2 Tim. 1, 12. Hebr. 11, 19. ܕܡܨܠܚܬ *qui poteſt*, & in Peil c. 2, 2. ܕܡܨܠܚܝܢ *qui poſſunt.*

Ioh. 11, 19. ܕܢܒܣܡܘܢ ܠܒܗܝܢ *vt implerent cor illarum*, cum Præfixo ܠ obiectiuo, pro, *vt conſolarentur illas*; 1 Theſſ. 2, 11. ܐܦܠܝܢ ܗܘܝܢ ܠܟܘܢ *implebamus cor veſtrum*, i. e. *conſolabamur vos.* Sic Iud. 19, 3. Vnde Phil. 2, 1. ܡܫܬܐ ܠܒܐ *implementum cordis*, pro, *ſolatium.* Lapſarunt *Troſtius* & *Gutbierius*, deriuantes iſta non a ܡܠܐ *impleuit*, ſed a ܫܪܐ *loquutus eſt*, ad inſtar phraſis Hebrææ דבר על לב *loqui ad cor* alicuius, pro *conſolari* Eſa. 40, 2. quod vero analogiæ grammaticæ repugnat: ſed & *Caſtellus Schaafiusque*, deducentes

quidem

quidem a ܡܠܠ, ſed ita vt ſignificatum ei tribuant Verbi cognati ܡܠܠ *loquutus eſt*, quem tamen ſignificatum ܡܠܠ nonniſi in Pael, ܡܠܠ vero extra hanc ſyntaxin cum ܠܒܐ nunquam habet, ſicut nec ܡܠܠ ſequenti Præfixo ܒ iungitur, quod contra de ܡܠܠ *impleuit* valet, v. g. Act. 5, 3. ܡܠܠ ܣܛܢܐ ܠܒܟ *impleuit Satanas cor tuum.*

Hebr. 6, 15. ܐܪܟ ܪܘܚܗ *protraxit* (Aphel a rad. ܐܪܟ) *ſpiritum ſuum*, i. e. *exſpectauit patienter*, ſeu *longanimis fuit.* Sic c. 13, 22. Luc. 18, 7. Iac. 5, 7. Vnde ܐܪܟ ܪܘܚܗ *cuius ſpiritus protractus*, pro, *longanimis*, 1 Cor. 13, 4. 2 Tim. 2, 24. nec non ܪܘܚ ܐܪܟ vel ܐܪܟܐ ܪܘܚ *protractio ſpiritus*, pro, *longanimitas* 1 Tim. 1, 16. Hebr. 6, 12.

Iac. 2, 9. ܐܝܠܝ ܦܢܝ ܢܣܒ *faciem accipitis*, προσωπολημπτεῖτε. Sic Luc. 20, 21. Gal. 2, 6. Vnde ܢܣܒ ܦܢܝ *acceptio faciei*, προσωπολημψία *perſonæ reſpectus*, Matth. 23, 28. Luc. 12, 1. Ioh. 7, 24. 1 Tim. 5, 21. & ܢܣܒ ܦܢܝ *acceptor facierum*, pro, *hypocrita* Matth. 7, 5.

Deut. 29, 9. ܠܪܫ ܦܢܝ ܠܡܣܩ *vt faciatis adſcendere* (a ܣܩ *adſcendit*) *ad caput*, i. e. *ad felicem exitum perducatis.* Sic c. 28, 29. Prou. 13, 13.

Act. 26, 1. ܢܦܫ ܡܦܩ ἐξ *exibat* (an *exire faciebat* ſeu *proferebat?*) *Spiritum*, i. e. *defendebat ſe.* Sic v. 2. 24. c. 19, 33. 40. c. 22, 1. c. 24, 10. Luc. 21, 14. 2 Cor. 12, 19. vnde 2 Tim. 4, 16. ܒܦܣܬܝ *in apologia mea.* Ratio & proprietas phraſeos non adeo liquida. Luc. 12, 11. ſec. Polygl. Angl.

Angl. legitur in Aphel, ܐܰܝܟܳܢܳܐ ܕܐܰܦܥܶܠ ܐܰܢܬܽܘܢ *quomodo prolaturi ſitis ſpiritum*, i. e. *vos defenſuri.*

Act. 4, 21. ܕܢܶܫܪܘܿܗܝ ܒܪܺܫ ܟܠ *Vt ponerent in capite illorum*, pro, *punirent illos;* vnde ܫܪܺܝܥܳܐ ܣܳܡ, vel coniunctim ܣܳܡܫܪܺܝܥܳܐ *poſitio in capite*, pro, *pœna, ſuplicium* Act. 22, 5. Hebr. 10, 29.

Act. 5, 4. ܣܳܡ ܒܠܒܟ *poſuiſti in corde tuo*, pro, *conſtituiſti;* Luc. 1, 9. ܢܶܣܪܘܿܗ ܩܛܘܪܬܳܐ *vt poneret odoramenta*, pro, *ſuffiret, ſuffitum faceret;* Tit. 3, 12. ܣܳܡ ܒܪܥܝܬܝ *poſui in mente mea*, pro, κέκρικα *decreui*, quomodo & Act. 19, 21. vnde in deteriorem partem flexa ſignificatione, ܣܪܥܳܐ ܣܳܡ *poſitio in mente*, pro, ὑπόνοια *ſuſpicio* 1 Tim. 6, 4. Item Matth. 6, 19. 20. ܣܳܡܘ ܠܟܘܢ ܐܘܨܪܬܐ *ponite vobis poſitiones*, pro, *congerite* vel *ſtruite vobis theſauros;* quomodo & Rom. 2, 5. Denique Eph. 1, 5. ܣܳܡ ܠܢ ܒܢܝܢ *poſuit nos in filios*, pro, *adoptavit*, vnde Rom. 8, 15. 23. & c. 9, 4. ܣܪܝܬ ܒܢܝܢ *poſitio filiorum*, pro, *adoptio.*

Ioan. 4, 4. ܐܝܬ ܠܗ ܠܡܥܒܪ *Opus erat ei*, pro, *oportebat eum;* velut per Latinismum.

1 Tim. 3, 3. Tit. 1, 7. ܠܐ ܡܫܟܝ ܚܡܪ *tranſiens ſuper vinum*, pro, πάροινος *vinoſus*, quod *Arabs Erpen.* ex Syro expreſſit, *nimius in bibendo vino.*

Ioh. 6, 21. 23. ܠܐ ܐܬܐ ܒܫܢܝܗܝ *Intrauit ſibi in annos ſuos*, pro, ἡλικίαν ἔχει *ætatem habet*, Germ. *er iſt zu ſeinen jahren gekommen*, Hebr. בָּא בַּיָּמִים Gen. 18, 11. vbi *Syr.* pariter ܠܐ ܥܬܪܘ *intrauerant in annos.*

Act. 25, 11. 12. ܠܩܣܪ ܐܬܐܦܣ ܕܐܦܣ *ad protectiones Cæsaris prouoco*, & ܩܣܪ ܐܦܣ ܠܐ *ad protectionem Cæsaris prouocasti*, pro, *Cæsarem adpello*, & *Cæsarem adpellasti*. Sic c. 26, 32. &, quod idem est, c. 28, 19. *coactus sum* ܐܦܣ ܩܣܪ ܐܢܐ *inclamare protectionem Cæsaris*. Ceterum ܐܬܐܦܣ & ܩܣܪ *Castellus* & *Gutbierius* verterunt *prouocationem* seu *adpellationem*, quasi esset a ܩܣܪ *clamare* Act. 21, 28. perperam, quia sic ܐܬܐܦܣ scribendum fuisset: est potius cum Præfixo ܐ, a ܐܦܣ Aph. ܐܩܣܪ *texit*, *protexit*. Vnde & Erpenianus *Arabs* ex Syriaco fonte phrasin istam vertit, *confugere ad asylum*, vel *implorare asylum Cæsaris*.

Hebr. 6, 12. ܠܐ ܢܬܟܠܠܘܢ ܕܠܟܘܢ *& vt ne succidatur vobis*, sc. ܪܘܚܐ *spiritus*, vel ܢܦܫܐ *anima*, pro, *vt ne segnescatis*, seu *defetiscatis*, oppositе ad ܐܘܪܟ ܪܘܚܐ *protractionem spiritus*, seu *longanimitatem*, ibid. Sic 1 Thess. 3, 3. Hebr. 10, 38. ܐܢ ܢܬܟܠܠ ܒܗ *sin succidatur ipsi*, pro, *sin defetiscat*; vnde ibid. v. 39. ܗܘܟܠܐ *succisio*, nempe spiritus, pro *torpore*, Hebr. קְצַר רוּחַ Ex. 6, 9. Vide paulo ante sub ܩܨܪ vel ܩܨܨ *curtari*.

Act. 27, 42. ܕܠܐ ܢܦܩ ܫܒܚܐ *ne proiicerent natationem*, pro, *ne natatui se committerent*, seu *natarent*.

Luc. 19, 28. ܫܕܪܬܘܢ ܒܬܪܝ *misistis post me*, pro μετεπέμψασθέ με, *accersiuistis me*, Germ. *ihr habt nach mir geschickt*. Sic Act. 10, 29.

CAPVT

CAPVT II.
DE
IDIOMATIBVS NOMINVM SYNTACTICIS.

§. I.

IDiomata Nominum ſyntactica eo perſequemur ordine, quem Accidentia Nominum ſuggerunt, *Figura*, *Periphraſis*, *Qualitas*, *Genus*, *Comparatio*, *Caſus*, *Numerus*, *Status*, *Geminatio*, *Ellipſis:* quibus adiiciemus ſyntaxin *Numeralium.*

§. II. Ratione *figuræ* ſunt Nomina vel *ſimplicia* vel *compoſita.* Vide lib. II. c. II. §. III. Et *compoſitorum* quidem, quæ apud Græcos Latinosue ſunt,

1) alia per ſimplicia Syris efferuntur, v. g. ܚܕܬ *recens*, pro ἄγναφος *impexus* Matth. 9, 16. ܚܙܐ *viſus*, pro ἀνάβλεψις *recuperatio viſus* Luc. 4, 18. ܒܪ ܣܘܢܕܟܐ σύνδουλος *conſeruus* Matth. 18, 28. ܒܰܥܠ ܩܘܪܝܐ συγκοινωνὸς *particeps* Rom. 11, 17.

2) alia circumſcribuntur: vt

a) Compoſita *negatiua*, ſeu quæ *priuationem* notant, per ܠܐ *non*, ܠܐ *ſine*, vel ܠܝܬ *non eſt*, vel alia quacunque ratione. Sunt autem vel α) *Adiectiua*, v. g. 1 Cor. 7, 8. τοῖς ἀγάμοις, ܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܫܐ *illis quibus non ſunt vxores*; c. 1, 28. τὰ ἀγενῆ, ܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗ ܡܕܡ *quorum parua eſt familia*; Act. 4, 13. ἀγράμματοι, ܠܐ ܝܕܥܝ ܟܬܒܐ *neſcientes litteras*; Eph. 1, 4. ἀμώμους, ܠܐ ܡܬܬܝܡ *ſine labe*; 1 Cor. 6, 2. ἀνάξιοι,

 ܠܐ ܫܝܢ

ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ *non digni;* Matth. 12, 5. 7. ἀναίτιοι, ܠܐ ܒܟܠ *sine reprehensione;* Ioh. 8, 7. ὁ ἀναμάρτητος, ܠܐ ܒܚܛܝܬܐ *sine peccato;* Hebr. 11, 12. ἀναρίθμητος, ܠܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܡܢܝܢܐ *cui numerus non est;* 1 Cor. 1, 8. ἀνέγκλητος, ܠܐ ܒܥܠܬܐ *sine accusatione;* 2 Cor. 9, 15. & 1 Petr. 1, 8. ἀνεκδιήγητος & ἀνεκλάλητος, ܠܐ ܕܠܐ ܡܬܚܘܝܐ *quæ non enarratur;* Luc. 12, 33. ἀνέκλειπτος, ܠܐ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ *qui non transit;* Matth. 3, 12. ἀσβέστῳ, ܠܐ ܕܠܐ ܡܬܕܥܟ *qui non exstinguitur;* quibus adde cumulum exemplorum Rom. 1, 31. nec non c. 12, 9. Luc. 24, 25. 2 Cor. 9, 4. Eph. 3, 8. Col. 1, 15. 16. 1 Tim. 1, 17. c. 3 2. c. 6, 14. 2 Tim. 2, 15. 23. Hebr. 2, 8. c. 11, 27. Iac. 2, 13. 1 Petr. 1, 22. item Eph. 5, 17. ἄφρονες, ܣܟܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܗ *carentes mente.* Vel β) *Substantiua,* v. g. Apoc. 17, 4. ܠܐ ܕܠܐ ܛܘܡܐ *immundities;* 1 Cor. 15, 53. 54. ἀφθαρσία & ἀθανασία, ܠܐ ܕܠܐ ܐܒܕܘܬܐ *non-corruptibilitas,* & ܠܐ ܕܠܐ ܡܘܬܐ *non-mortalitas;* Rom. 11, 30. 32. ἀπείθεια, ܠܐ ܕܠܐ ܡܫܬܥܒܕܘܬܐ *non-obedientia;* ad instar Hebraicorum אֵל מָוֶת *immortalitas* Prou. 12, 28. אַל קִדּוּם עִמּוֹר *irresistibilis* c. 30, 31. *ligna* אֵל מִגִּים *putredinis expertia* Rom. 2, 23. ἀπιστία, ܣܟܠ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ *defectus fidei.*

b) *Societatem* notantia: α) per adiectum ܥܡ *cum;* vt Rom. 16, 7. Col. 4, 10. Philem. v. 23. ὁ συναιχμάλωτός μου, ܐܣܝܪܐ ܕܥܡܝ *captiuus qui est mecum;* Rom. 16, 3. 9. 21. ὁ σύνεργος ἡμῶν, ܦܥܠܢ ܕܥܡܢ *operarius qui nobiscum est:* β) per ܒܪ *socius;* vt Ioh. 11, 16. τοῖς συμμαθηταῖς, ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܒܪܘܗܝ *discipulis sociis suis;* 1 Petr. 5, 1. ὁ συμπρεσβύτερος, ܩܫܝܫܐ ܕܒܪܗ

pres-

presbyter ſocius veſter: γ) per ܚܒܪ *conſors;* vt Eph. 3, 6. σύσσωμοι, ܒܪܬ ܦܓܪܐ ܚܒܪ *conſortes corporis.*

c) *Anticipationem* ſeu *prioritatem* dicentia, per ܩܕܡ *anticipatio:* vt Act. 2, 23. & 1 Petr. 1, 2. προγνώσει, ܒܩܕܡ ܝܕܥܬܗ *anticipatione ſcientiæ ſuæ;* 1 Tim. 5, 21. χωρὶς προκρίματος, ܕܠܐ ܢܬܩܕܡ ܠܒܟ *nec præueniatur mens tua.*

d) *Vniuerſitatem* connotantia, per ܟܠ *omne:* vt Luc. 23, 18. παμπληθεὶ, ܟܠ ܥܡܐ *tota multitudo;* c. 11, 23. τὴν πανοπλίαν, ܟܠ ܙܝܢܗ *totam armaturam;* 2 Cor. 6, 18. παντοκράτωρ, ܟܠ ܡܚܙܩ *qui omnia tenet;* vel inuerſo ordine, Apoc. 1, 8. c. 4, 18. ܟܠ ܡܚܙܩ *tenens omnia;* Sap. 18, 15. παντοδύναμος, ܟܠ ܝܟܝܠ *qui omnia poteſt;* Hebr. 4, 12. ἐνεργὴς, ܟܠ ܥܒܕ *omnia operans.*

e) Quæ *iterationem,* per ܡܫܪܫ ܡܢ ܪܝܫ *a capite:* vt Tit. 3, 5. ܡܫܪܫ ܡܢ ܪܝܫ παλιγγενεσία.

f) Quæ *ſpurium* quid, per ܟܕܒ *mendax;* vt 2 Cor. 11, 26. ψευδάδελφοι, ܐܚܐ ܕܟܕܒ *fratres mendaces;* v. 13. ψευδαπόστολοι ܫܠܝܚܐ ܕܟܕܒ; 2 Pet. 2, 1. ψευδοπροφῆται & ψευδοδιδάσκαλοι ܢܒܝܐ ܕܟܕܒ & ܡܠܦܢܐ ܕܟܕܒ; Matth. 24, 24. ψευδόχριστοι ܡܫܝܚܐ ܕܟܕܒ; 1 Tim. 6, 20. ψευδώνυμος γνῶσις ܝܕܥܬܐ ܕܟܕܒ.

§. III. Species compoſitionis ſunt *Periphraſes,* quæ fiunt per Nomina quædam auxiliaria, vt ſunt

a) ܒܪ *filius,* Pl. ܒܢܝ *filii;* v. g. ܒܪ ܐܘܡܢܐ *filius opificii,* pro, ὁμότεχνος, Act. 18, 3. c. 19, 24. 25. 38. ܒܪ ܒܝܬܐ *filius familiæ magnæ,* pro, εὐγενὴς *nobilis* Luc. 19, 12. ܒܪ ܥܘܠܝ *fili iugi mei,* pro, σύζυγε *ſocie,* idem *iugum* trahens

Phil. 4, 3. בְּנֵי חַיֵּי *filius educatorum*, pro, σύντροφος *vna educatus* Act. 13, 1. בֶּן חוֹמָה *filius muri*, pro *antemurale* Esa. 26, 1. בֶּן אֲחֻזָּה *filius seminis*, pro, *seminabile*, quomodo & Targ. *Onkel.* Leu. 11, 37. 38. בֶּן בְּשָׂרוֹ *filius carnis*, *eadem carne satus*, *cognatus* Esa. 58, 7. Rom. 11, 14. בֶּן נֵכָר *filius adulterii*, *nothus* Deut. 23, 2. בֶּן יוֹמוֹ *filius diei sui*, *eundem diem agens* Deut. 24, 15. Prou. 12, 16. בֶּן שָׁעָה *filius horæ suæ*, *eandem horam agens*, & aduerbialiter, *illico*, *statim* Matth. 13, 5. 20. Ioh. 5, 9. c. 13, 30. Act. 10, 33. c. 21, 32. Luc. 5, 13. etiam pluraliter Matth. 20, 34. & in Femin. c. 21, 20. בֶּן אָדָם *filius hominis*, pro *homo*, passim; בֶּן עֹנֶק *filius colli*, pro, *fimbria collaris* seu *collum ambiens* Pſ. 132, (133) 2. Et in Plurali : בְּנֵי נַחֲלָה *filii hæreditatis*, συγκληρονόμοι Eph. 3, 6. בְּנֵי חֵלֶק *filii loci*, οἱ ἐντόπιοι Act. 21, 12. בְּנֵי עִיר *filii vrbis*, συμπολῖται, & בְּנֵי בַיִת *filii domus*, οἰκεῖοι c. 2, 19. בְּנֵי שֵׁבֶט *filii tribus*, συμφυλέται 1 Theſſ. 2, 14. בְּנֵי עַם *filii populi*, *gentiles* Ioh. 18, 35. בְּנֵי חֻפָּה *filii comitatus*, σύνοδοι, συνοδία, συνέκδημοι, Luc. 2, 44. Act. 19, 29. בְּנֵי גִילִי *filii annorum meorum*, συνηλικιῶται μου, Gal. 1, 14. בְּנֵי חוֹרִין & בֵּן *filius* & *filii ingenuorum*, pro, ἐλεύθερος & ἐλεύθεροι 1 Cor. 7, 22. 1 Petr. 2, 16. בְּנֵי כְרֵתִים *filii Cretæ*, *Cretenſes*, Tit. 1, 12. בְּנֵי עֲבוֹדָה *filii idolorum*, *idololatræ* Apoc. 2, 14. 20. Caue tamen, cum *Caſtello* ad hanc claſſem referas periphraſin *lunatici*, Matth. 17, 15. בֶּן שֶׁלּוֹ הוּא *qui eſt ſibi*, non *filius tectorum*, qs. *qui tecta ſcandit*, ſed potius *extra tecta*, qui domi non manet, coll. Luc. 8, 27. Nam & pluraliter dicitur c. 4, 24. בְּנֵי חוּץ οἱ *qui ſunt extra tecta*.

Contra,

Contra, ܒܪܬ ܩܠܐ *filia vocis*, pro, *vox* Rom. 10,16.18. Gal. 4,20. Hebr. 3,15. Pl. ܒܢܬ ܩܠܐ *voces* Act. 12,22.

b) ܒܝܬ *domus*: v. g. ܒܝܬ ܐܟܣܢܝܐ *domus pernoctationis*, i.e. *diuerſorium* Gen. 42,27. ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ *domus vinctorum*, *carcer*, Matth. 5,25. Apoc. 2,10. ܒܝܬ ܒܘܣܡܐ *domus odoramentorum*, *thuribulum* Hebr. 9,4. ܒܝܬ ܡܦܠܬܐ *domus perfugii*, *aſylum* Pſ. 9, 10. ܒܝܬ ܕܝܢܐ *domus iudicii*, pro, *prætorium*, Act. 19, 19. ܒܝܬ ܣܘܟܪܐ *domus ligationis*, *carcer* Gen. 42, 17. ܒܝܬ ܝܠܕܐ *domus natiuitatis*, *natalitia* c. 40, 20. ܒܝܬ ܓܙܐ *domus gazæ*, & ܒܝܬ ܙܝܢܐ *domus armorum*, pro, *gazophylacium*, & *armamentarium*, c. 39, 2. Marc. 12, 41.43. ܒܝܬ ܙܝܬܐ *domus olearum*, *oliuetum* Luc. 19, 29.37. Act. 1, 12. ܒܝܬ ܣܦܪܐ *domus librorum*, pro, *capſa libraria* 2 Tim. 4, 13. ܒܝܬ ܩܒܪܐ *domus mortuorum*, i.e. *ſepulchrum* Matth. 14, 2. ܒܝܬ ܡܟܣܐ *domus publicanorum*, i.e. *telonium* Matth. 9, 9. ܒܝܬ ܡܫܟܢܐ *domus manſionis*, i.e. *diuerſorium* Marc. 14, 14. ܒܝܬ ܢܛܪܐ *domus cuſtodiæ*, *carcer* Apoc. 2, 10. ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ *domus ſepulturæ*, pro, *ſepulchrum* Matth. 8, 28. c. 27, 60. vel Pl. ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ idem Luc. 8, 27. ܒܝܬ ܡܣܟܢܐ *domus capſarum*, ſeu *horreum* Luc. 12, 18.24. ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ *domus oblationis*, pro, *arca recipiendis donariis* Matth. 27, 6.

c) ܡܪܐ *dominus*: v. g. ܡܪܐ ܕܒܥܝܬܐ *dominus inimicitiæ*, pro, *inimicus* Matth. 13, 28.39. ܡܪܐ ܕܢܘܗܪܐ *dominus lucis*, pro, *aduerſarius* Pſ. 11, tit. ܡܪܐ ܕܕܝܢܐ *dominus iudicii*, *aduerſarius* Matth. 5, 25. ܡܪܐ ܕܬܚܘܡܐ *dominus limitis*, pro *finitimus*, *vicinus*

nus, 2 Par. 14, 5. ܡܪܐ ܡܠܟܐ *dominus consilii*, *consiliarius* Rom. 11, 34. ܡܪܐ ܡܘܬܐ *dominus fœderis*, pro, *fœderatus* Gen. 14, 13.

d) ܪܒ *princeps*, *præfectus*: v. g. ܪܒ ܒܝܬܐ *præfectus domus*, *œconomus* Luc. 8, 3. indeque abstractum ܪܒܘܬܐ *œconomia* c. 16, 2. ܪܒ ܟܗܢܐ *præfectus sacerdotum*, ἀρχιερεὺς Hebr. 4, 14. ܪܒ ܪܥܝܐ ἀρχιποιμὴν 1 Petr. 5, 4. ܪܒ ܣܪܝܣܝܐ *archipincerna* Gen. 40, 1.

e) ܪܫ *caput*: vt ܪܫ ܐܒܗܬܐ *caput patrum*, *patriarcha* Act. 2, 29. ܪܫ ܟܢܘܫܬܐ *caput synagogæ*, *archisynagogus* Luc. 8, 41. ܪܫ ܡܠܐܟܐ *caput angelorum*, *archangelus* 1 Thess. 4, 16. ܪܫ ܫܘܬܦܐ *caput conuiuii*, ἀρχιτρίκλινος Ioh. 2, 8. 9.

§. IV. Aliæ Nominum *periphrases*, præter illas, quas modo memorauimus §. III. & quas supra c. I. §. XXVI. in syntaxi Verborum incidenter adtulimus, sunt hæ: ܦܬܚ ܕܬܪܥܐ *facies ostii*, pro, *velum* Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. Hebr. 6, 19. c. 9, 3. ܠܐ ܕܝܠܗ *qui non est suus*, pro, ἀλλότριος *alienus* v. 25. ܩܛܘܪܐ ܫܠܡܐ *incensa integra*, pro, ὁλοκαυτώματα c. 10, 6. 8. ܒܥܠ ܚܘܒܐ *dominus debiti*, pro, *creditor*, Germ. *Schuldherr* Luc. 7, 41. ܟܦܝܢ ܕܡܫܬܒܩܝܢ *abnegantes beneficium*, pro, ἀχάριστοι *ingrati* 2 Tim. 3, 2. ܕܚܕܬܐ ܡܠܬܗ *cuius discipulatus recens est*, νεόφυτος 1 Tim. 3, 6. ܕܡܫܟܚ ܠܒܗ *cuius mens vigil est*, νηφάλεος v. 2. ܕܝܕܗ ܠܡܚܐ ܒܡܚܐ *cuius manus currit ad percutiendum*, πλήκτης *plagosus* v. 3. ܫܒܘܚܬܢ ܪܝܩܢ *vani gloria*, κενόδοξοι Gal. 5, 26. ܡܥܛ ܡܢ ܣܓܝ *modicum de multo*, pro, *aliquantulum* Rom. 15, 24.

§. V.

§. V. Ratione *Qualitatis*, Nomina Adiectiua Syris, quam vel Græcis vel Latinis, comparate pauciora sunt. Pensatur tamen illorum defectus a) per Substantiua ab aliis Substantiuis recta; vt ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ *Spiritus sanctitatis*, pro, *sanctus*, Matth. 4, 1. ܪܘܚܐ ܕܡܘܗܒܬܐ *donum spiritus*, pro, *spirituale* Rom. 1, 11. ܒܚܟܡܬܐ ܕܒܣܪܐ *in sapientia carnis*, pro, *carnali* 2 Cor. 1, 12. b) per Substantiua absolute quidem posita, sed cum Præfixo *Dolath;* vt, *Nouimus*, ܕܝܕܥܝܢ ܐܢܚܢܐ ܕܢܡܘܣܐ ܪܘܚܢܝܐ *quod lex spiritûs* (*spiritualis*) *sit*, ܐܢܐ ܕܒܣܪܝ ܐܢܐ *ego vero carnis* (*carnalis*) *sum* Rom. 7, 14. ܒܡܠܟܐ *in diuinis*, q. d. ܒܡܠܟܐ ܕܐܠܗܐ *in rebus Dei* Hebr. 2, 17. ܒܗܠܝܢ ܕܠܐܠܗܐ ܗܢܘ *in illis quæ Dei sunt*, i. e. in rebus diuinis c. 5, 1. quomodo Luc. 8, 49. ܕܩܣܪ & ܕܐܠܗܐ sunt τὰ τῦ Καίσαρος, & τὰ τῦ Θεῦ; item ܕܠܐ ܡܬܩܝܡ ܗܘ *temporarius est* Matth. 13, 21. ܡܢ ܒܝܬ ܪܒܐ ܕܟܢܘܫܬܐ *ex* (subaudi ܐܢܫܐ *hominibus*) *domus archisynagogi*, i. e. *ex domesticis* Luc. 8, 49. c) per Substantiua cum Suffixis; vt ܛܘܒܝܟ *beatus es* (proprie, *beatitudines tuas!*) Matth. 16, 17. ܛܘܒܝܗܘܢ *beatitudines illorum!* pro, *beati sunt* c. 5, 3 - - 11. d) per Participia passiua vel neutra; vt, *Ignis* ܢܘܪܐ ܕܠܐ *qui non exstinctus sit*, pro, ἄσβεστος *inexstinguibilis* Luc. 3, 17. ܕܠܐ ܡܬܚܒܠ ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ *qui non corruptus, nec visus* fit, pro ὁ ἄφθαρτος καὶ ὁ ἀόρατος *incorruptibilis & inuisibilis* 1 Tim. 1, 17. e) aut per aliam quamcunque periphrasin; vt ܕܗܟܢܐ ܕܝܢ *qui est sicut hic*, pro, *talis* Matth. 9, 8. ܕܠܦܘܡ *secundum quem*,

pro, *qualis* Marc. 13, 19. ; ܕ *quod*, & ܟܠ ܗܢܐ ܕ *omne hoc*, pro, *tantum quantum* Apoc. 18, 7.

§. VI. Syri Chriſtum, vbi is in textu Græco N. T. ὁ κύριος antonomaſtice audit, vocant ܡܪܢ *Dominum noſtrum:* vt Ioh. 21, 7. 12. Act. 1, 1. 1 Cor. 11, 26. plane vt ipſe Apoſtolus Syriſſante dialecto ſcribit, Μαρὰν ἀθά, h. e. *Dominus noſter venit* 1 Cor. 16, 22. pro quo, ὁ κύριος ἐγγύς, inquit Phil. 4, 5.

§. VII. Pluralia feminina, quæ in Singulari ſunt maſculina, & viciſſim Pluralia maſculina, quæ in Singulari ſunt feminina, ſequuntur *Genus* ſuorum Singularium.

a) Ad priorem Nominum claſſem ſpectant: Matth. 12, 43. & Luc. 11, 24. ܒܐܬܪ̈ܐ ܕܠܝܬ ܒܗܘܢ ܡ̈ܝ̈ܐ *in locis* (Fem.) *in quibus* (Maſc.) *aquæ nullæ ſunt;* Act. 19, 1. ܒܐܬܪ̈ܐ ܥܠ̈ܝ̈ܐ *in locis ſuperis;* Luc. 2, 13. ܓ̈ܝ̈ܫ̈ܐ ܣ̈ܓ̈ܝ̈ܐ *exercitus multi;* Luc. 1, 23. ܒܡܛܘ ܝ̈ܘ̈ܡ̈ܝ̈ܐ ܕ *cum impleti eſſent dies;* c. 17, 22. ܐܬܝܢ ܝ̈ܘ̈ܡ̈ܝ̈ܐ *venient dies;* Dan. 7, 9. ܟܘܪ̈ܣ̈ܝ̈ܐ ܡܬܪܡܝܢ *throni poſiti ſunt*, cet. quorum Pluralia, ſi terminationem ſpectes, ſunt Feminina, ſed a Singularibus deducta Maſculinis, ܐܬܪ *locus*, ܓ̈ܝ̈ܫ *exercitus*, ܝ̈ܘ̈ܡ *dies*, ܟܘܪ̈ܣܝ *thronus:* cuius generis plura dedimus lib. II. c. II. §. IX. e.

b) Ad poſteriorem vero claſſem confer: Num. 11, 31. ܬܪ̈ܝ̈ܢ ܐ̈ܡ̈ܝ̈ܬ *duo* F. *cubiti* M. Tit. 3, 9. ܡܢ ܫ̈ܐ̈ܠ̈ܬ̈ܐ ܕ *a quæſtionibus* M. *vero ſtultis* F. Ioh. 11, 35. ܘܐܒ̈ܟ̈ܝ̈ܢ ܥ̈ܝ̈ܢ̈ܘܗܝ *& oboriebantur lacrimæ eius;* Gen. 11, 3. ܐ̈ܠ̈ܝ̈ܢ *illos* F. poſt ܠ̈ܒ̈ܢ̈ܐ *lateres* M. Act. 17, 20. ܡ̈ܠ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܪ̈ܝ̈ܬ̈ܐ *verba* M. *peregrina* F. Luc. 12, 7. ܫ̈ܥ̈ܪ̈ܐ ܕ̈ܪ̈ܐ̈ܫ̈ܟ̈ܘ̈ܢ ܕ̈ܟ̈ܝ̈ܣ̈ܐ ܕ̈ܒ̈ܝ̈ܢ *pili comæ capitis*

capitis vestri omnes numerati sunt; Marc. 4, 32. *tulit* ܣܘܓܐ ܪܒܪܒܐ *ramos ingentes*; Luc. 5, 2. *Vidit* ܬܪܬܝܢ ܐܓܪܐ ܚܕ̈ ܐ *naues duas stantes*; c. 12, 19. ܣܓܝܐ ܠܫܢ̈ܝܢ *in annos multos*; Matth. 7, 25. ܐܬܝܣܝܗ ܕܒܝܬܐ *fundamenta eius posita erant*, cet. a Singularibus Feminis ܐܡܬܐ *cubitus*, ܫܐܠܬܐ *quæstio*, ܕܡܥܬܐ *lacrima*, ܡܠܬܐ *verbum*, ܫܥܪܬܐ *pilus*, ܣܘܟܬܐ *ramus*, ܐܢܬܐ *nauis*, ܐܣܬܐ *fundamentum*.

§. VIII. Nomen ܡܠܬܐ *Verbum*, quod feminini est Generis, cum ad Christum refertur, & τὸν ὑποσταϛικὸν λόγον designat, vt masculinum construitur, respectu habito ad sensum: Ioh. 1, 1 - 4. 14. *In principio* ܒܪܫܝܬ ܗܘܬ ܡܠܬܐ *erat M. Verbum*, ܗܘ ܗܘܬ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ὁ ὅτι ὁ *ille* (pro *illud*) *Verbum erat apud Deum*, cet. Sic Apoc. 13, 1. sqq. ܚܝܘܬܐ ܕܡܬ *bestia dentata*, quia Antichristum signat, non nisi masculinis iungitur, per syllepsin. Et vicissim ex Defectivis Pluralibus Masculinis Nomen ܫܡܝܐ *Cælum* aliquando iungitur Singulari Feminino; vt Matth. 16, 2. ܫܡܝܐ ܐܕܡܬ *rubet cælum*. Sic ibid. v. 3. Iac. 5, 17. 18. At Masculino, Apoc. 19, 11.

§. IX. *Casus* Nominum, vocumque nominatiuarum, quomodo dignoscendi sint, diximus lib. II. c. II. §. VIII. Quibus nunc adiiciemus singularia quædam, idque secundum ordinem *Casuum* Latinorum. Primum esto: *Nominatiuus* aliquando absolute ponitur, & citra nexum syntacticum: vt Ioh. 19, 11. ܗܘ ܕܡܣܪ ܠܟ ܐܝܬ ܠܗ ܒܝܬ ܚܛܝܬܐ ܝܬܝܪ ܠܗ ὁ ὁ ὁ

ܗܘ ܕܝܠܗ ܡܠܦܢܐ ܗܘ ـ ـ ـ ܓܪ ܡܘܫܐ *Moſes enim* ـ ـ *ſunt ei præcones*, i. e. *habet ſuos præcones.* Conſtructio ſenſum magis quam ſyntaxin reſpiciens. Alia & plura exempla vide in diſſ. noſtra *de Solœc. Caſuum* §. VII.

§. X. *Genitiuus* aliquando vicem ſupplet Nominatiui, aut alius cuiusque Caſus per adpoſitionem adiecti: vt Act. 7, 40. ܡܨܪܝܡ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪ *ex regione Aegypti*, i. q. *ex regione Aegypto*; Act. 20, 26. & Rom. 11, 8. ܝܘܡܐ ܗܢܐ *die hodierni*, ſeu *huius diei*, pro, *die hodierno*; quam ſyntaxin vtrobique & Arabs ſequitur. Idem *Genitiuus* pro Ablatiuo, in conſtructionibus per regimen: vt Luc. 24, 25. ܣܟܠܐ ܕܠܒܒܐ ܘܡܐܚܪܐ *o carentes rationis, & graues cordis*, pro *ratione, corde*; Act. 7, 51. ܩܫܝ ܥܘܪܦܐ *o duri ceruicis*, pro *ceruice*; Cant. 2, 5. ܚܠܝܢ ܕܪܚܡܐ *ægra amoris*, pro *amore.* Vide prædictam differt. §. XI.

§. XI. *Datiuus* poſt Verbum paſſiuum aliquando æquipollet *Ablatiuo* cum Præpoſitione *a* vel *ab:* vide ſupra c. I. §. XXII.

§. XII. Contra, *Accuſatiuus* poni videtur aliquando a) pro *Nominatiuo*, vbi eſt conſtructio ad ſenſum; vt Matth. 26, 11. ܠܝ ܠܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ *me vero non omni tempore eſt vobis*, pro, *ego non ſum vobis*, vel *me non habetis.* Sic Ioh. 12, 8. Apoc. 9, 11. b) pro *Datiuo*, vbi conceptus, quos nos Syrorum Verbis ſubdimus, a Syrorum conceptibus nonnihil differunt: v. g. Eph. 6, 13. *vt poſſitis* ܠܡܩܒܠ ܠܡܐ *obuiam ire Malo*, quaſi *obuium habere Malum*; Luc. 13, 2. ܐܝܬ ܠܗ

ܗܘ ܕܟܢܐ ܐܬܥܒܕ *quod ita factum eſt* ſeu *euenit illis*, qs. Germ. *daß dieſes ſie alſo betroffen hat*; ſic Act. 7, 40. & c. 28, 5. 6. Item Deut. 20, 11. ܢܗܘܘܢ ܠܟ *ſeruient tibi*, qs. *colent te* ſeruitiis; Act. 6, 2. ܘܢܫܡܫ ܣܘܦܪܐ & *miniſtrabimus menſis*, qs. *miniſtrando curabimus menſas*. c) Pro *Ablatiuo*, poſt Verba *copiæ* vel *inopiæ*: vt Pſ. 104, 24. ܐܪܥܟ ܡܠܝܐ ܗܘܬ *plena eſt terra poſſeſſionem tuam*, pro, *poſſeſſione tua*; Col. 1, 9. ܕܬܬܡܠܘ ܝܕܥܬܐ *vt impleamini cognitionem*, pro, *cognitione*; Matth. 16, 26. *ſi* - - ܢܦܫܗ ܢܬܚܣܪ *animam ſuam deſtitutus fuerit*, pro *anima ſua*, h. e. *ſi animæ ſuæ iacturam fecerit*. Item poſt Verba quædam neutra; vt Act. 2, 15. ܩܐܡ ܒܡܨܥܐ ܕܬܠܡܝܕܐ *ſtetit medium* (pro, *in medio*) *diſcipulorum*; Matth. 26, 39. ܢܥܒܪ *tranſeat me*, pro παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ.

§. XIII. *Gradus comparationis* non terminationibus, ſed vel ſenſu vel periphraſi diſcernuntur. Quod a) ad *ſenſum*, confer Rom. 9, 12. ܣܒܐ ܢܗܘܐ ܥܒܕ ܙܥܘܪܐ *ſenex erit ſervus paruo*, id eſt, *ſenior minori*; Matth. 11, 20. ܣܓܝܐ ܓܒܘܪܬܐ *virtutes eius multæ*, i. e. *plurimæ*, c. 22, 36. *Quodnam eſt præceptum in lege* ܪܒܐ *magnum*, i. e. *maximum?* Quod vero b) ad *periphraſin*, COMPARATIVVS deſcribitur per Poſitiuum cum præced. vel ſeq. ܡܢ *præ*; vt Ioh. 10, 29. ܘܪܒ ܡܢ ܟܠ *præ omnibus magnus eſt*, pro, *maior omnibus*; 1 Cor. 1, 25. *Stultitia Dei* ܚܟܝܡ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ *ſapiens eſt præ hominibus*, pro, *ſapientior hominibus*. Aliquando emphaſeos (vt videtur) cauſſa, interiicitur ܫܓܝ *valde*, vel ܝܬܝܪ *magis*; vt Hebr. 3, 3. ܣܓܝܐ *Magna eſt enim gloria huius* ܗܕܐ ܡܢ ܫܓܝ *valde*

præ gloria *Moſis*, pro, *longe maior*; item c. 4, 12. c. 11, 4. 26. Act. 20, 35. *Beatus eſt qui dat* ܕܝܗܒ ܡܢ ܕܩܒܠ ܡܢ *magis præ illo qui accipit*, pro, *beatior eſt accipiente*. SVPERLATIVVS ſignificatur vel per quadrilittera, vt 1 Cor. 6, 2. ܙܥܘܪܝܐ ἐλαχίσων, 2 Petr. 1, 4. ܪܒܝܐ μέγιστα; vel per geminationem Poſitiui, vt Ioh. 6, 6. ܙܥܘܪ ܙܥܘܪ *paruum paruum*, i. e. *minimum*; vel adiecto ܫܓܝ *valde*, vt Matth. 8, 28. ܒܝܫ ܫܓܝ *mali valde*, i. e. *peſſimi*; vel præmiſſo ܝܩܪ *multum*, vt Apoc. 18, 12. c. 21, 11. ܝܩܪ ܕܝܩܪ τιμιωτάτη; vel ſequente Præfixo ܕ ante Pluralem, vt Matth. 2, 6. ܙܥܘܪ ܒܝܗܘܕܐ *parua in regibus* (id eſt minima regum) *Iudæ*; vel per conſtructionem cum Genitiuo plurali, vt 1 Cor. 15, 9. ܙܥܘܪ ܕܫܠܝܚܐ *paruus* (i. e. minimus) *apoſtolorum*; Eph. 3, 8. vel denique per Poſitiuum abſolute poſitum, vt Matth. 5, 19. c. 25, 40. 45.

§. XIV. *Singularia collectiua*, ſeu quæ in Singulari multitudinem notant, iungi & Pluralibus poſſunt, reſpectu habito ad ſenſum: vt Ioh. 4, 30. ܢܦܩܘ ܐܢܫ *& exiuerunt homo*, id eſt, *homines*; vnde impoſitum *Ribbui*, de quo lib. I. c. III. §. IV. Sic c. 6, 10. 14. 64. At ܥܢܐ *ouis* ſeu *oues*, iungitur Singulari, etiam de multis; vt Ioh. 10, 3. ܘܥܢܐ ܩܠܗ ܫܡܥ *& ouis audit*, (pro, *& oues audiunt*) *vocem eius*. Sic ibid. v. 4. 5. 7. 8. 12. 16.

§. XV. *Defectiua*, ſeu *Pluralia tantum*, modo pluralibus iunguntur, modo Singularibus; illud ſecundum grammaticam, hoc vero ad ſenſum: vt ܫܡܝܐ *cæli* vel *cælum*,

Plurale

plurale in ſyntaxi eſt Marc. 1, 10. ܫܡ̈ܝܐ ܐܬܦܬܚ̈ܘ *ſciſſi ſunt cæli*, itemque Luc. 4, 25. Ioh. 1, 52. Act. 7, 56. Apoc. 21, 1. at ſingulare Matth. 16, 2. 3. ܫܡܝܐ ܐܕܡ̈ ܣܡܩ *rubet cælum*, & Luc. 3, 21. Hebr. 9, 24. Sic ܚܝ̈ܐ *vitæ* vel *vita*, ſingulare eſt Ioh. 1, 4. ܒܗ ܚܝ̈ܐ ܗܘܬ *in ipſo vita erat*, at mox ibidem plurale, ܘܚ̈ܝܐ ܗ̈ܘܘ ܢܘܗܪ ܐܢܫ̈ܐ & *vitæ erant lux mundi*, item c. 3, 15. 16. c. 4, 22. c. 5, 26. 40. At ܐܦ̈ ܦܬܚܐ *facies portæ*, ſeu *velum*, ſingulare eſt Marc. 15, 38. ܘܦܬܚ ܦܪܟ̈ ܘ *& velum ruptum eſt.* Quamuis enim in parallelis Matth. 27, 51. & Luc. 23, 45. editio Polygl. ܬ̈ ſigno *Ribbui* notauerit, quaſi illud Plurale eſſet, idemque cum ܐܬܪܥ̈ *ruptæ ſunt*; tamen falſum hoc eſſe, prodit locus cit. Lucæ, in quo ſequitur ܡܨܥ̈ ܡܢ *ex medio ſui*, cum Suffixo ſingulari maſculino. Sic & duale proprium ܡ̈ܨܪ *Aegyptus*; Hebr. 11, 26. ܐ̈ܘܨܪ̈ ܡ̈ܨܪ *theſauri eius* (Fem. Sing.) np. *Aegypti*, & v. 27. ܫܒ̈ܩ ܡ̈ܨܪ *reliquit eam*, np. *Aegyptum.*

§. XVI. *Status conſtructus* pro abſoluto venit ante Præpoſitiones, ſiue a) præfixas, vt Matth. 16, 3. ܦ̈ܢܝ ܩܒ̈ܠ *acceptores facierum, hypocritæ*, pro ܦ̈ܢ̈ܝܡ; Luc. 1, 7. 18. ܒ̈ܝܡ̈ ܣ̈ܒ̈ ܒ̈ܝܡ̈ ܗ̈ܘ̈ *prouecti in diebus ſuis*; v. 28. ܒ̈ܪ̈ܟ̈ ܐ̈ܢ̈ܬ̈ *benedicta in mulieribus*; v. 51. ܓ̈ܐ̈ ܕ̈ܠܒ̈ ܓ̈ܐ̈ *inflatos mente*; c. 2, 36. ܒ̈ܝܡ̈ ܣ̈ܒ̈ ܐ̈ܬ̈ *prouecta in diebus ſuis*; Act. 23, 23. ܝ̈ܡ̈ ܕ̈ܝ̈ *iaculantes dextra*; 2 Tim. 3, 2. ܓ̈ܐ̈ ܕ̈ܟ̈ *abnegantes beneficium, ingrati*; Cant. 1, 8. ܒ̈ܪ̈ܟ̈ ܫ̈ܦ̈ *pulchra in mulieribus:*

lieribus: ſiue b) ſeparatas, vt 1 Tim. 1, 9. ܩܕ̈ܡ ܟܪ̈ܟ ܒ̈ܢ̈ܝ *concumbentes cum maribus;* Apoc. 12, 15. ܡ̈ܢ ܒ̈ܬܪ ܡ̈ܫܬ *ablata a fluvio,* c. 14, 4. ܐ̈ܢ̈ܐ ܡ̈ܢ ܐ̈ܪܥܐ ܩ̈ܢ̈ܝ *emti ex terra.*

§. XVII. *Conſtructio per regimen* loco conſtructionis Subſtantiui cum Adiectiuo obtinet, vbi *dextrum* quid aut *ſiniſtrum* deſcribitur: vt Luc. 22, 50. Ioh. 18, 10. *amputauit* ܐ̈ܕܢ ܕ̈ܝܡܝܢ̈ܐ *aurem eius dextri,* ſc. lateris, pro *dextram,* item Matth. 5, 29. 30. 39. Ioh. 21, 6. Apoc. 10, 2. Sic Iud. 3, 21. *Extendit* ܐ̈ܝܕ̈ܐ ܕ̈ܣܡܠ̈ܐ *manum ſuam ſiniſtri* lateris, pro *ſiniſtram.*

§. XVIII. *Geminatio* eorundem Nominum per adpoſitionem, ſenſum habet vel a) *intenſiuum,* de quo ſupra §. XIII. in deſcriptione Superlatiui; vel b) *diſtributiuum,* vt Matth. 20, 9. 10. ܕ̈ܝܢ̈ܪ ܕ̈ܝܢ̈ܪ *denarium denarium,* pro, *ſingulos denarios;* Ioh. 6, 7. c. 8, 9. ܚܕ ܚܕ *vnus vnus,* pro, *vnusquisque* ſeu *ſinguli;* c. 21, 25. Apoc. 21, 21. ܚ̈ܕ ܚ̈ܕ *vnum vnum,* pro, *ſingula* ſeu *ſingulatim;* c. 2, 6. ܬ̈ܪ̈ܝ ܬ̈ܪ̈ܝ *duas duas,* pro, *binas;* 2 Cor. 11, 24. ܐ̈ܪ̈ܒ̈ܥ̈ܝܢ ܐ̈ܪ̈ܒ̈ܥ̈ܝܢ *quadraginta quadraginta,* pro, *quadrageni;* Marc. 6, 40. *diſcubuerunt* ܡ̈ܣ̈ܒ̈ܥ̈ܝܢ ܡ̈ܣ̈ܒ̈ܥ̈ܝܢ ܡ̈ܐ̈ ܡ̈ܐ̈ *areolis areolis* (id eſt *areolatim*) *centum centum,* & *quinquaginta quinquaginta,* id eſt, *centeni* & *quinquageni;* vel c) *pluratiuum* & *diuerſitatis;* vt Marc. 2, 17. ܒ̈ܝ̈ܫ̈ ܒ̈ܝ̈ܫ̈ ܚ̈ܠ̈ܝ̈ *qui malo malo* (hoc eſt, diuerſis pluribusque malis) *adfecti erant;* Ioh. 5, 4. ܒ̈ܙ̈ܒ̈ܢ ܒ̈ܙ̈ܒ̈ܢ *in tempore tempore,* id eſt, variis temporibus; 1 Tim. 1, 3. c. 4, 1. c. 5, 15. ܐ̈ܢ̈ܫ ܐ̈ܢ̈ܫ *homo homo,* quaſi vnus & alter, τινὲς *quidam.* Act. 10, 46. ܠ̈ܫ̈ܢ̈ ܫ̈ܢ̈ *diuerſis linguis;* c. 21, 34. ܡ̈ܕ̈ܡ̈ ܡ̈ܕ̈ܡ̈ *diuerſum quid;*

c. 25, 19.

c.25,19. ܟܠ ܟܠ ܕ ܐܝܟ ܐܝܟ *quæſtiones vero aliquam aliquam*, i.e. *varias;* vel d) *ſucceſſiuum*, vt Act. 11,4. c.18,23. c.21,19. ܒܬܪ ܒܬܪ *poſt poſt*, i.e. ordine, vnus poſt alterum.

§. XIX. Nomina quædam Subſtantiua, per *Ellipſin* ſuppreſſa, faciunt ſingulares & velut imperſonales locutiones; vt ܪܘܚ *ſpiritus* vel ܢܦܫ *anima*, in Verbis ܩܨܪ, ܟܒܕ, ܚܠܝ *contriſtatur*, *tædet*, *piget*, cum ſeq. Præfixo *Lomad:* exempla dedimus c.I. §. XXVI. ſub his ipſis Verbis. Item ܠܒ *cor*, poſt ܚܦܐ *doluit* cum Præfixo *Lomad;* vt Hebr.10,34. ܠܟܘܢ ܚܦܐ ܠܒ ܥܠ ܕܐܬܪܬܩܘ ܠܟܘܢ *& doluit vobis* (cor) *ſuper illis qui vincti ſunt*, pro, καὶ τοῖς δεσμίοις (ſic enim legit interpres *Syr.*) συνεπαθήσατε, *condoluiſtis;* 1 Sam. 22,8. ܠܝ ܐܝܬ ܕܐܢܐ ܠܟ ܚܦܐ ܠܒ ܥܠ ܝ *nec eſt cui doleat ex vobis ſuper me*, qui condoleat mihi. Nec non ܐܪܥܐ *terra*, aut ܝܘܡܐ *dies*, poſt Verba ܢܗܪ *illuxit* Luc.6,13. c.22,66. c.23,54. & ܐܬܚܫܟ *tenebraſcit* Ioh.6,17.

§. XX. Deeſt item a) ܐܝܠܐ vel ܐܟܣܕܪܐ *nauem*, poſt ܡܫܟ *duxit* & ܓܪܪ *deduxit*, in ſignificatione *nauigandi*, v. g. Ioh.6,19. Marc.6,48. Luc.8,23. item b) ܒܣܠܐ *iugum, par boum*, ſeu *vomerem*, poſt idem Verbum ܡܫܟ *duxit*, in ſignificatione *arandi*, v. g. 1 Sam. 8,12. coll. integra ſyntaxi Luc. 17,7. *Quis veſtrum habet ſeruum*, ܒܣܠܐ ܕܡܫܟ ܐܝܬ *qui ducit iugum* ſeu *vomerem*, id eſt, ἀροτριῶντα *arantem.* c) ܐܬܪ *locus* & ܙܒܢ *tempus*, ante relatiuum Pronomen *qui* vel *quod*, cum id ſignificat *vbi* vel *quando.* Sonabit igitur *vbi* proprie, *loco quo;* & *quando*, *tempore quo;* v. g. Marc. 4,15. c.13,14. Ioh.5,7. c.7,31.

item Marc. 14, 9. ܟܠ ܐܬܪܐ ܕܒܟܪܙܘ ܣܒܪܐ omni (loco) *vbi prædicabitur euangelium meum.* Plenius expreſſa ſyntaxis eſt Matth. 6, 19. c. 8, 19. ܐܝܟ ܕܡܟܠ ܥܬܐ ܘܣܪܝܣ ܡܫܚܝܢ *loco quo* (i. e. *vbi*) *tinea & ærugo perdunt.* d) ܡܕܡ vel Pl. ܡܕܡܝ *res*, ante *qui quæ quod* abſolute poſitum; vt Hebr. 5, 1. ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐܠܗܐ *ſuper illis* (rebus) *quæ Dei ſunt.* e) ܦܓܪܐ *corpus*, poſt ܐܣܝ *lauit* Ioh. 9, 7. 11. 15.

§. XXI. Idem Nomen, quod in orationis Subiecto, aut membro ſiue antecedente ſiue ſequente expreſſum eſt, in eius Prædicato, vel membro ſiue ſubſequente ſiue antecedente ſubticetur: vt Marc. 11, 13. ܐܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܙܡܢܐ *tempus enim* illud *non erat* ſeu *fuerat* (tempus) *ficuum;* Hebr. 5, 14. ܕܫܠܡܐ ܕܝܠܗܘܢ ܗܢܘܢ *Perfectorum vero* (cibus) *eſt cibus ſolidus.* Ioh. 1, 14. ܐܝܟ ܕܝܠܝܗ ܕܐܒܐ ܝܩܪܐ ܕܝܚܝܕܝܐ *gloriam tanquam* (gloriam) *vnigeniti a Patre;* c. 5, 36. *Eſt mihi* ܣܗܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܡܢ ܕܝܘܚܢܢ ܣܗܕܘܬܐ *teſtimonium maius quam* (teſtimonium) *Ioannis.* Sic c. 10, 21. c. 11, 4. Luc. 5, 3. Act. 23, 6. Hebr. 3, 3. c. 5, 14. Item poſt Suffixa & ante *Dolath:* vt Matth. 3, 4. ܠܒܘܫܗ ܕܗܘܐ ܠܒܘܫ ܥܠܡܐ *erat veſtitus eius* (veſtitus) *pili;* Col. 3, 22. ܠܡܪܝܟܘܢ ܕܦܓܪܐ *dominis veſtris* (dominis np.) *corporis*, i. e. corporalibus; Hebr. 12, 9. ܐܒܗܬܢ ܕܒܣܪܐ *patres noſtri* (np. patres) *carnis*, ſeu carnales. Hinc & ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ, quod *ſpiritum ſanctitatis* ſeu *ſanctum* vertere ſolemus, cum ſimilibus conſtructionibus, ita reſolue, ac ſi plene dixiſſet

Syrus

Syrus, ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܘ ܪܘܚܐ *ſpiritum* illum *qui eſt ſpiritus ſanctitatis.*

§. XXII. De *Numeralibus*, quorum tum *Cardinalia* tum *Ordinalia* ſupra dedimus lib. II. c. II. §. XIV. ratione Syntaxeos nota:

a) *Cardinalia* ab XI. ad XIX. ita in vnam vocem componuntur, vt minor numerus antecedat; e. g. ܥܣܪ̈ܐ ܕ̈ ܚܕ *vndecim*, q. d. *vnus decem.* Compoſiti vero numeri maiores, quanquam ſeparatis vocibus, ſic ordinantur, e. g. Apoc. 4, 4. ܬܪ̈ܥܣܪ ܣܒ̈ܐ *38 anni*; Marc. 6, 44. ܓ̈ܒ̈ܪܐ ܐ̈ܠܦ̈ܐ ܚܡ̈ܫܐ *5000 viri*; & inuerſo ordine Matth. 14, 21. ܐ̈ܠܦ̈ܐ ܚܡ̈ܫܐ *millia quinque*; ܐ̈ܠܦ̈ܐ ܫܠ̈ܬܐ ܥܣܪ̈ܐ *23000*; & Apoc. 14, 3. ܐ̈ܠܦ̈ܐ ܐ̈ܠܦ̈ܐ ܘܐ̈ܠܦ̈ܐ *144000.*

b) Eadem *Cardinalia* rem numeratam modo præcedunt, modo ſequuntur: vt Matth. 4, 8. *Vidit* ܬܪ̈ܝܢ ܐ̈ܚ̈ܝܢ *duos fratres*, at v. 21. ܐ̈ܚ̈ܝܢ ܬܪ̈ܝܢ *fratres duos*; Luc. 1, 56. ܬܠܬܐ ܝ̈ܪ̈ܚ̈ܐ *menſes tres*, at Act. 20, 3. ܬܠܬ̈ܐ ܝ̈ܪ̈ܚ̈ܐ *tres menſes.*

c) *Cardinalia* a III. & quæ ſequuntur, Nominibus rei numeratæ iunguntur plerumque per *appoſitionem* in ſtatu abſoluto; rarius per *regimen* in ſtatu *conſtructo:* vt Luc. 19, 17. ܥ̈ܣܪ̈ ܩ̈ܪ̈ܝ̈ܐ *decem vrbes*, at Matth. 4, 25. ܕܩ̈ܪ̈ܝ̈ܐ ܥ̈ܣܪ̈ܐ, qs. *decas vrbium.* Sic 1 Cor. 4, 15. ܪ̈ܒ̈ܘ̈ ܐ̈ܠ̈ܦ̈ *myrias doctores*; c. 14, 19. ܐ̈ܠ̈ܦ̈ ܡ̈ܠ̈ܝ̈ܢ *myrias verba*, & Matth. 18, 24. ܐ̈ܠ̈ܦ̈ ܟ̈ܪ̈ܟ̈ܡ̈ *myrias talenta*; pro, *doctorum*, *verborum*, *talentorum.* Vide diſſert. de *Solœc. Generis* §. XXII.

d) Pro *Ordinalibus* Syri aliquando vtuntur *Cardinalibus*, quibus & reliquarum vocum ſyntaxin adcommodant:

vt Matth. 20,3. ܫܠܬ̈ܐ ܒܬܪ̈ܥ̈ *in tribus horis*, pro *hora tertia*; v. 5. ܫܬ̈ ܘܬܫܥ̈ ܒ̈ *in ſex & in nouem horis*, id eſt, *horis ſexta & nona*, it. ܫܠܬ̈ ܕܡܥܪ̈ܒ̈ ܘ *& circa vndecim horas*, i. e. *horam vndecimam*; c. 27, 45. ܥܕ ܫܬ̈ ܣ̈ *vsque ad horas nouem*, pro, *vsque ad horam nonam*; Marc. 15, 33. ܘܟܕ ܗ̈ܘܬ ܫܬ̈ ܒ̈ *& cum factæ fuiſſent ſex horæ*, pro, γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης. Sic Ioh. 4, 6. 52. Act. 10, 30.

e) Inprimis id fit, ſi numerus denarium ſuperet; actum res numerata præcedit in ſtatu conſtructo: vt Luc. 3, 1. ܫܢܬ̈ ܬܪܥܣܪ *anno τῶν quindecim*, pro, *decimo quinto*; Num. 33, 38. ܫܢܬ̈ ܐܪܒܥܝܢ *anno τῶν quadraginta*, pro, *quadrageſimo*, cet. Quo caſu numeratum poſt numerale ſubauditur in Plurali, vt plena ſyntaxis docet Gen. 7, 11. ܫܢ̈ ܡ̈ ܫܢܬ̈ *anno ſexcentorum annorum*, id eſt *ſexcenteſimo*; eaque talis fere, qualis ܝܘܡܐ ܗܢܐ *dies huius diei*, pro, *dies hodiernus*, Act. 20, 26. Rom. 11, 8. Vide ſupra §. X.

f) Sed & generatim *Cardinalia* cum & ſine Præfixo *Dolath*, in conſtructionibus per regimen æquipollent *Ordinalibus*; vt Dan. 1, 21. ܥܕ ܫܢܬ̈ *vsque ad annum primum*; c. 2, 1. ܫܢܬ̈ ܬܪܝܢ *anno ſecundo*. Sic ܬܪܝܢ *ſecundus* Matth. 22, 26. 39. Marc. 12, 21. Luc. 19, 18. ܬܪܬ̈ *ſecunda* Luc. 12, 38. ܬܠܬ̈ *tertius* Marc. 12, 21. Luc. 20, 12. Ioh. 2, 1. ܬܠܬ̈ *tertia* Luc. 12, 38. ܫ̈ܬ̈ *ſextus* c. 1, 26. 36. ܫ̈ܒ̈ *ſeptimus* Iudæ v. 14. ܬ̈ܡ̈ *octauus* Luc. 1, 59. 2 Petr. 2, 5.

g) Numeralia *partem* totius ſignificantia, exprimuntur vel per ſeparatas voces, vt ܬܠܬ̈ *pars tertia*, ܪ̈ܒ̈ *quarta*,

quarta, ܪܒܥܝܐ *quinta*, ܥܣܪܝܐ *decima*, Apoc. 8, 7. ſqq. c. 6, 8. 2 Sam. 3, 27. Hebr. 7, 2. 4. 8. 9. vel per periphraſin, vt ܚܕ ܡܢ ܥܣܪ̈ܐ *vnum de decem*, pro, *decima pars* Apoc. 11, 13.

h) *Vicem* notantia, vt *bis, ter* cet. deſcribuntur per Ordinalia, ſiue abſolute poſita, vt ܬܪܝܢ *duo*, pro *bis*, & ܬܠܬ *tres*, pro *ter*, Marc. 14, 30. 72. Luc. 18, 12. ſiue cum addito Nomine ܙܒܢ *tempus*, vel ܙܒ̈ܢܐ *tempora*, vt ܚܕ ܙܒܢ *vno tempore*, pro *ſemel* 2 Cor. 11, 24. 25. ܬܪ̈ܝܢ ܙܒ̈ܢܐ *duobus temporibus*, *bis* Marc. 14, 30. 72. ܙܒ̈ܢܐ ܬܠܬ *ter* Act. 10, 16. ܙܒ̈ܢܐ ܫܒܥ *ſepties* Luc. 17, 4. ܥܕ ܙܒ̈ܢܐ ܫܒܥ ܫܒ̈ܥܝܢ ܥܕ ܠܐ *vsque ad ſeptuagies ſepties* Matth. 18, 22. At cum *vna vicium*, v. g. altera, tertia, quarta, notanda eſt, vna Numerali præfigitur *Dolath*; vt ܙܒ̈ܢܐ ܬܪ̈ܝܢ *altera vice*, ſeu *iterum* Matth. 26, 42. Ioh. 3, 4. c. 9, 24. ܙܒ̈ܢܐ ܬܠܬ *tertia vice*, *tertium* Marc. 14, 41. Dicitur tamen & ſeparata voce ܬܢܝܢܝܬ *iterum* Iudæ v. 12.

i) *Multiplicatiua*, ſeu quæ Latinis terminantur in *plum*, vt *duplum*, *triplum* cet. Syris exprimuntur per ܚܕ *vnum* cum ſeq. nomine numerali cardinali, & hoc vel cum Præfixo *Beth*, vt ܚܕ ܒܫܒܥ *vnum in ſeptem*, i. e. *ſeptuplum* vel *ſeptuplo* Gen. 4, 15. Eſa. 30, 26. ܚܕ ܒܡܐ *vnum in centum*, pro *centuplo* Matth. 19, 29. Luc. 8, 8. vel ſine interueniente Præfixo, vt ܚܕ ܬܪܝܢ *vnum duo*, pro *duplo* Ier. 17, 18. quo & pertinet ܚܕ ܟܡ *vnum quot*, pro *quanto magis* Philem. v. 16. Hebr. 12, 25. & Rabb. על אחת כמה וכמה idem: vel per *cardinalia* cum præfixo *Beth*, vt ܒܐܪܒܥ *in quatuor*, ſubaudi ܙܒ̈ܢܐ *duplicationibus*, id eſt, *quadruplum* Luc. 19, 8. coll. Luc.

18, 30. *Nemo relinquit domos* cet. *propter regnum Dei, quin recepturus sit* ܒܫܝܬܐ ܣܓܝܐ ܕ *in duplicationibus multis*, id est, πολλαπλασίονα *multiplicia.*

k) *Distributiua*, vt *bini, terni, quini*, fiunt per geminationem cardinalium: de qua supra §. XIX.

CAPVT III.
DE
IDIOMATIBVS PARTICVLARVM SYNTACTICIS.

§. I.

PRonomina, quæ *ipseitatem identitatem*que notant, exprimuntur per *Personalia* repetita, cum interpositis Particulis, ܐ seq. *Dolath, sicut*, & ܟ *cum:* vt Hebr. 1, 12. ܐܢܬ ܗܘ ܘܫܢܝܟ ܐܢܬ ܗܘ *tu vero es sicut es*, pro, *tu vero idem es*, ὁ αὐτός; c. 10, 1. 11. ܕܒܚܝܢ ܗܠܝܢ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܗܠܝܢ *illa, cum* sunt *illa, sacrificia*, pro, *eadem:* Phil. 3, 1. ܗܠܝܢ ܕܒܗܘ ܗܠܝܢ τὰ αὐτὰ, *eadem.* Aliquando tamen illis significandis inseruit nuda Pronominum ܗܘ *ille* & ܗܘ *ipse* combinatio: vt Ioh. 5, 9. ܗܘ ܗܘ ܝܘܡܐ *& ille ipse dies;* v. 15. ܕܐܝܬܝܗ ܗܘ ܗܘ ܕܐܣܝ ܠܗ *quod Iesus esset ille ipse qui sanasset eum.*

§. II. Eadem describuntur per Præpositiones, siue separatas siue præfixas, repetitas, cum interposito Suffixo pleonastico: a) per *separatas;* vt Act. 9, 21. & Eph. 6, 22. ܒܗܕܐ ܡܠܬܐ *propter illud, propter hoc*, i. e. *propter hoc ipsum;* 1 Tim. 1, 6. ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܗܠܝܢ *ex illis, ex his, ex his ipsis;* Hebr. 9, 21. ܒܗ ܡܢ ܗܘ ܕܡܐ *de eodem sanguine;* vide & Act. 27, 30.

b) per

b) per *præfixas*; vt Matth. 3, 1. ܒܗܝ̈ܢ ܝܘ̈ܡܬܐ ܗܠܝܢ *in illis vero, in diebus iſtis*, pro, *in his ipſis vero diebus*; item c. 8, 3. 13. Rom. 3, 30. Hebr. 2, 14. c. 9, 21. Sic Matth. 26, 44. *dixit* ܐܡܪ ܗܘ ܠܗ *idem verbum*, it. Ioh. 5, 4. Hebr. 9, 24. Vide quæ porro dicemus §. VII.

§. III. Ceteroqui *Perſonalia Pronomina* quum in eadem oratione geminantur, prius Subiecti, poſterius Verbi Subſtantiui, *Sum es eſt*, vicem gerit: vt Matth. 3, 11. ܐܢܐ ܡܥܡܕ ܐܢܐ *ego baptizans ſum*; Ioh. 1, 19. ܐܢܬ ܡܢ ܐܢܬ *tu quis es?* c. 4, 29. ܗܠܐ ܗܘ ܗܢܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ *numquid ille ſit* (per craſin pro ܗܘ ܗܘ) *Meſſias*; Gen. 23, 19. ܗܝ ܗܝ *illa eſt*; Ex. 16, 8. ܘܢܚܢܢ ܡܢܢ *& nos quid ſumus?* At in Caſu obliquo geminatio habet emphaſin: vt Matth. 27, 4. ܠܢ ܠܢ *nobis quid nobis?* pro, *quid ad* NOS? Ioh. 21, 22. ܠܟ ܡܐ ܠܟ *quid ad* TE? c. 5, 36. ܠܝ ܠܝ ܐܝܬ *mihi vero eſt mihi*, pro, EGO *vero habeo.*

§. IV. *Pronomen 3. perſonæ*, aliquando venit loco Pronominis *1. vel 2. perſonæ*, reſpectu ad Prædicatum potius habito, quam ad Subiectum: vt Matth. 16 16. ܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ *Tu es Meſſias.* It. c. 11, 3. vbi ܗܘ eſt pro ܐܢܬ. Sic & in Suffixis, Hebr. 3, 6. ܘܒܝܬܗ ܗܘ ܐܢܚܢܢ *& eſt domus eius nos*, pro ܐܢܚܢܢ *& ſumus.*

§. V. Pronomen ܗܘ *ille* emphatice aliquando redundat, per expletiua Aduerbia *tantum, demum, tandem*, vtcunque reddendum: vt Matth. 15, 19. ܡܢ ܠܒܐ ܗܘ ܢܦܩܝ *Ex corde enim demum egrediuntur* cet. c. 11, 4. & Luc. 7, 19. ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܢܣܒܐ ܐ *an alium demum exſpectaturi ſumus?*

Sic

Sic c. 12, 30. Ioh. 8, 26. 28. Rom. 2, 1. 4. c. 3, 28. 31. c. 14, 8. 1 Tim. 1, 4. c. 4, 10. c. 5, 9. Hebr. 13, 22. Vnde Col. 1, 19. ܟܠ ܗܘ ܕ verte, *quia in ipso demum* (non in alio vllo) *voluit omnis plenitudo inhabitare*, non, vt Angli verterunt, *quia in ipso voluit ille omnem plenitudinem inhabitare.*

§. VI. Pronomina ܗܘ *iste*, ܗܝ *ista*, ܐܠܝܢ *isti*, ܗܠܝܢ *istæ*, Nominibus præposita vel subiecta, respondent Græcorum Articulo præpositiuo ὁ, ἡ, τό; & quidem sine intercedente Præfixo *Dolath*, definite, vt Ioh. 5, 7. ܕܐܢܫܐ ܗܘ ὁ ἀθενῶν; v. 9. 15. ܗܘ ܒܪܢܫܐ & ܒܪܢܫܐ ܗܘ ὁ ἄνθρωπος; at cum intercedente *Dolath*, indefinite; vt Hebr. 7, 7. ܙܥܘܪܐ ܗܘ τὸ ἔλαττον, & ܡܒܪܟ ܠܒܪܟ ܗܘ τὸ κρεῖττον, *quod melius est illo.* Solent & ante ; relatiuum redundare: vt Matth. 11, 3. ܠܡܐ ܗܘ ὁ ἐρχόμενος.

§. VII. Pronomina *partitiua*, seu *partes designantia*, notantur vel a) per ܐܢܫ Pl. ܐܢܫܐ sequente ܡܢ, vt Rom. 11, 14. ܡܢ ܐܢܫܐ ܐܚܪܢ & vt *saluem homines* (i. e. *aliquos*) *ex illis*; Matth. 24, 23. ܐ ܐܢܫ ܢܐܡܪ ܠܟܘܢ *si homo*, id est, *si quis dixerit vobis:* vel b) per ; ܐܝܬ *Est* vel *sunt qui* vel *quæ:* vt Matth. 13, 8. *Et dedit fructum*, ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܫܬܝܢ ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܫܬܝܢ ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܫܬ *fuit quod centum, & fuit quod sexaginta, & fuit quod triginta*, id est, *aliquid quidem centuplicem, aliud vero sexagenum, aliudque tricenum.* Sic c. 21, 35. c. 22, 5. c. 25, 15. Act. 23, 6. Aliquando tamen partium altera tertiaue exprimitur per ܐܚܪܢ Pl. ܐܚܪܝܢ *alius alia aliud;* vt Matth. 13, 4 - 7. ܐܝܬ ܕܢܦܠ ܥܠ ܟܐܦܐ ܘܐܚܪܢ ܢܦܠ ܥܠ ܐܬܪܐ ـ ـ ـ

ܐܝܬ ܠܗ ܠܛܪܦ ܕܐܘܪܚܐ ـ ـ ܐܚܪܢܐ ܢܦܠ ܥܠ ܟܐܦܐ ـ ـ ܐܚܪܢܐ ܢܦܠ ܒܝܢ ܩܘܣܡܐ ـ ـ ܘ ܐܚܪܢܐ ܢܦܠ ܒܐܪܥܐ ܛܒܬܐ *fuit* (aliquid) *quod caderet ad latus viæ,* - - *aliud vero cecidit ſuper ſaxum,* - - *& aliud cecidit inter ſpinas,* - - *aliud denique cecidit in terram bonam;* c. 16, 14. c. 25, 15. Ioh. 7, 12.

§. VIII. Pronomina *reciproca*, vt & quæ *ipſeitatem proprietatem*que notant, circumſcribuntur per ܢܦܫܐ *anima* & ܟܝܢܐ *ſubſtantia*, cum adiectis Suffixis: vt Matth. 23, 12. *Quisquis exaltauerit*, & *quisquis humiliauerit* ܢܦܫܗ *animam ſuam*, id eſt, *ſeipſum.* Ioh. 5, 43. ܒܫܡܗ ܕܢܦܫܗ *in nomine animæ ſuæ;* hoc eſt, *ſuo ipſius*, ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι; Prou. 3, 5. ܠܐ ܬܬܟܠ ܥܠ ܒܝܢܬܟ ܢܦܫܟ *& ſapientiæ tuæ ipſius ne innitaris;* v. 7. ܠܐ ܬܗܘܐ ܚܟܝܡ ܒܥܝܢܝܟ ܢܦܫܟ *ne ſis ſapiens in oculis tuis ipſius;* Luc. 11, 17. ܥܠ ܢܦܫܗ *contra animam ſuam*, & ܥܠ ܟܝܢܗ *contra ſubſtantiam ſuam*, pro, *contra ſeipſum;* Ioh. 5, 26. ܒܟܝܢܗ *in ſe ipſo.* Sic c. 6, 53. Rom. 1, 27. 2 Cor. 12, 15. Item Rom. 9, 3. ܐܢܐ ܟܝܢܝ *ego ſubſtantia mea*, per appoſitionem, pro *ego ipſe;* 1 Theſſ. 4, 9. ܐܢܬܘܢ ܟܝܢܝܟܘܢ *vos ipſi.*

§. IX. *Præfixorum* ܒ quæ ſit ſignificatio ordinaria, lib. II. c. III. §. V. expoſuimus. Speciatim ܒ alicubi *obiectiuum* eſt, notans Obiectum, in quo agens occupetur; nempe poſt Verba ܐܘܕܐ *confeſſus eſt*, ܟܦܪ *abnegauit*, ܡܠܐ *impleuit*, ܐܬܪܥܝ *aſſumſit;* vt Matth. 10, 32. *Quisquis* ܕܡܘܕܐ ܒܝ *confitebitur me*, ܐܘܕܐ ܒܗ *confitebor eum*, proprie, *in me*, & *in eo;* v. 3. *quisquis vero* ܕܡܟܦܐ ܒܝ *abnegabit me*, ܐܟܦܐ ܒܗ *abnegabo eum*, itidem proprie, *in me, in eo;* Act. 5, 3. ܡܠܐ ܣܛܢܐ ܠܒܟ *impleuit Satanas cor tuum.* Sic Num. 23, 7. c. 24, 3. 20. ܐܬܪܥܝ ܡܬܠܗ *aſſumſit ſententiam ſuam.*

§. X. Præfixum ܕ, quod relatiuum *qui quæ quod*, vel cauſſale *vt* vel *quod*, ordinarie ſignificat,

a) Nota

a) Nota *Genitiui* est in constructionibus per regimen, vbi loco constructi præcessit Nomen in statu vel emphatico vel suffixo; vt Eph. 6,17. ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ *verbum Dei*, 1 Petr. 1,25. ܕܐܠܗܢ ܡܠܬܐ *verbum Dei nostri*. Alicubi tamen absolute, sine præuio Nomine regente, Genitiuum notat: vt Rom. 14,8 ܕܡܪܝܢ *Domini nostri* (puta, peculium) *sumus*. Hebr. 10, 39. *Nos vero non sumus* ܠܐ ܚܢܢ ܕܣܬܪܐ - - - ܕܗܝܡܢܘܬܐ *torporis, - - - sed fidei*, puta, filii.

b) Facit ex Substantiuis Adiectiua. Exempla dedimus c. II. §. V. b. quibus addimus Marc. 5,15.16. ܕܫܐܠ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܐ *is cuius sunt dæmones*, pro, *dæmoniacus*.

c) Ex Numeralibus Cardinalibus Ordinalia. Vide c. II. §. XXI. f.

d) Nominibus Adiectiuis præfixum, vel particulariter illa capi docet; vt Ioh. 7, 31. c. 14, 12. ܕܥܒܕ ܡܢ ܐܠܝܢ *maiora hisce*, q. d. aliqua *quæ maiora sunt his*; Apoc. 22, 10. ܐܠ ܙܒܢܐ ܕܩܪܝܒ ܗܘ *illud enim tempus est* (aliquid *quod* est) *propinquum*; Luc. 6,9. *Quid licitum est in sabbato facere? bonum, an malum?* Hebr. 6,13. ܒܕ ܡܢ ܝܬܝܪ *maiorem se* aliquem, & v. 16. ܒܡܢ ܕܝܬܝܪ *per maiorem se* quempiam; vti Ioh. 10, 10. dicitur ܡܕܡ ܕܝܬܝܪ *aliquid maius*, & Luc. 8, 17. ܡܕܡ ܕܟܣܝ *quidquam contecti*; vel aduerbialiter, vt Matth. 8, 28. *duo dæmones* ܒܝܫܝܢ ܬܪܝܢ *mali valde*, Ioh. 3, 3. 7. ܡܢ ܥܠ *denuo*.

e) Ex interrogatiuis facit relatiua: vt ܡܢ *quis, quæ, quinam, quænam?* item ܡܢ *quis?* ܡܐ *quæ?* ܐܝܢܐ *quinam* vel *quænam?* ܡܢܘ *quidnam?* item ܐܝܟܐ *vbi?* ܐܝܟ *quomodo?* ܐܡܬܝ *quando?* omnia interrogatiue: at Matth. 5, 39. ܡܢ
ܕ

ܟܠ ܕܡܚܐ ܠܟ *quisquis percusserit te*; Hebr. 8, 1. ܕܝܬܒ ܒܝܡܝܢܐ *qui sedit*; Apoc. 12, 13. ܕܝܠܕܬ ܐܢܬ *quæ peperit*, Rom. 1, 32. ܕܝܕܥܝ ܐܝܠܝܢ *qui cum nouerint*; Matth. 6, 12. ܕܐܝܟ ܐܦ *quod vultis*, Matth. 6, 19. ܐܝܟܐ ܕܓܢܒܐ ܡܚܬܪܢ *vbi fures perfodiunt*; Ioh. 8, 28. ܐܝܟ ܐܦ ܐܝܟܐ ܕܠܡܕܢܝ ܐܒܝ *quemadmodum docuit me Pater meus*, & ܐܝܟ ܕܬܫܒܩ ܒܪ ܐܢܫܐ *cum eleuabitis Filium hominis*; omnia relatiue. Vbi tamen interrogatio indirecta est, *Dolath* interrogatiuæ voci non subiicitur, sed præfigitur; vt Matth. 2, 4. *Interrogauit eos*, ܐܝܟܐ *vbi nasciturus esset Christus?*

f) Aliquando ἐλλείπει, e. g. ante Futura, in significatione causali *vt*; Ioh. 21, 3. ܐܙܠ ܐܢܐ ܠܡܨܝܕ ܢܘܢܐ *abeo* vt *vener pisces*; item in significatione *dum*, post ܥܕ *vsque*, v. g. Ioh. 5, 7. ܥܕ ܕܐܬܐ ܐܢܐ *vsque* dum *ego venio*; c. 9, 4. ܥܕ ܕܝܘܡܐ *vsque* dum *dies est*; c. 18, 28. ܥܕ ܕܢܐܟܠܘ *vsque* dum *comederent*. Vide c. I. §. XXI. b.

g) E contrario expletiuum est, & redundat, cum ab initio sermonis directi, post dicti signum; vt Matth. 1, 23. *Vt impleretur quod dictum est a Domino per Prophetam*, ܗܐ ܕܐܡܪ ܡܪܝܐ ܒܝܕ ܢܒܝܐ *Nempe* (sic enim vtcunque vertere licebit) *virgo concipiet*, cet. it. c. 2, 15. c. 3, 9. Ioh. 1, 23. item in ܗܠܡܐ *numquid?* Ioh. 3, 4. c. 6, 61. 70. tum post Particulas conditionales ܐܢ *si*, ܐܦ *si, etsi*, & ܠܐ ܐܠܐ *nisi*; vt Matth. 10, 13. ܐܢ ܗܘܬ ܗܝ ܒܝܬܐ ܗܕܐ ܟܕ *& si sit digna domus* ista, q. d. *& si contingat, vt digna sit*; item Marc. 8, 3. Luc. 6, 7. Ioh. 8, 36. Act. 16, 15. Rom. 2, 26. 1 Cor. 14, 23. 1 Tim. 3, 15. Hebr. 6, 8. 3 Ioh. v. 10. Sic Matth. 9, 21. ܐܦ ܐܢ ܐܬܠ ܒܣܡܐ ܕܠܒܘܫܗ *si vel vestem eius solum attingerem*; Ioh. 8, 25. Marc. 13, 20. ܠܐ ܐܠܐ ܡܪܝ *& nisi Dominus curtauisset*: tum emphatice ante Propositionis Prædicatum, vt Ioh. 6, 63. ܗܘ ܕܪܘܚܐ ܗܝ ܕܡܚܝܐ *τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιῶν.*

h) Denique cum ܠܐ *non*, significat *sine*, & cum sequente ܕ, *præter, extra:* vt Gen. 15, 2. ܠܐ ܒܢܝܢ *sine liberis*; Hebr. 11, 11. ܠܐ ܒܙܒܢܐ *præter tempus*, q. d. *sine in - tempore.*

§. XI. Præfixum ܘ &, sæpe ἐλλείπει inter duo Verba immediate se subsequentia, respondentia Græcorum Compositis, quorum exempla dedimus c. I. §. IX. vel quorum prius respondet Participio: vt Matth. 2, 9. *vsque dum* ܥܕ ܐܬܐ *venit* (i. e. *veniens*) *stetit*; v. 11. ܘܢܦܠܘ ܣܓܕܘ ܠܗ *& prociderunt* (i. e. *procidentes*) *adorarunt eum.* Sic c. 13, 31. c. 14, 33. c. 15, 23. 25. c. 18, 26. Vide supra, c. I. §. XVIII.

§. XII. Præfixum ܠ seu *Lomad*, cum adiecto Pronomine Personali Suffixo, emphatice nonnunquam redundat: vt Matth. 10, 6. ܐܙܠܘ ܠܟܘܢ *abite vobis*, pro πορεύεσθε simpliciter; Ioh. 4, 49. ܐܬܐܙܠ ܠܗ *abierunt sibi*; Ioh. 1, 15. 27. 30. 37. & c. 5, 3. ܗܘܐ ܠܝ ܩܕܡ ܡܢܝ *& fuit sibi ante me.* Plura exempla vide Luc. 8, 23. Matth. 13, 2. c. 2, 18. c. 3, 2. Ioh. 4, 49. Matth. 10, 23. c. 9, 24. c. 12, 26. At post ܒܝܢ *inter*, notat alterum obiectorum distinguendorum: vt Matth. 18, 15. *Argue fratrem tuum* ܒܝܢܝ ܘܒܝܢ ܐܚܝܟ *inter te & ipsum solum.* Sic c. 20, 17. c. 24, 3. Ioh. 11, 38. Gal. 2, 2. Aliquando & cum ellipsi τῦ ὁ &, vt Luc. 11, 51. c. 18, 11.

§. XIII. *Suffixa* Pronomina post Verba & Præpositiones sunt *Personalia*, vt ܡܚܐ ܒܗ *percussit eum*, ܡܢܟ *a te*, cet. post Nomina vero, *Possessiua*, vt ܪܝܫܝ *caput meum*, cet.

§. XIV. *Possessiua* sunt vel a) *Suffixa* inseparabilia, Verbis, Nominibus Particulisue solum adnexa, quorum Paradigmata lib. II. c. III. §. IX - XX. dedimus; vel b) *Separata*, quæ fiunt per ܕܝ (compositum ex Chald. ܕܝ *qui quæ quod*, ܠ nota Dativi) cum adiectiuis Suffixis, vt Matth. 6, 13. ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܟ ܐܢܬ ܘܠܟ *quoniam tuum est regnum*; Ioh. 1, 11. ܠܘܬ ܐܝܕܝܗ ܐܬܐ *ad*

sua

ſua venit, ܘܠܝܕܝܗ ܠܐ ܩܒܠܘ ⁊ *ſui* (οἱ ἴδιοι) *non aſſumſerunt cum.* Vide porro c. 10, 12. 14. Luc. 10, 35. item Apoc. 1, 5. ⁊ *qui exſoluit mos* ܒܚܛܗܝܬܢ ⁊ *a peccatis noſtris per ſanguinem ſuum;* c. 12, 4. ܒܪܗ *filium eius;* vel c) *vtriusque generis,* tum hæc, tum illa, maioris emphaſeos cauſſa, & vt Pronomina poſſeſſiua cum eleuatiore pronuncientur accentu; eo ſcilicet caſu, quo Græci pro communibus Poſſeſſiuis, μȣ, σȣ, αὐτȣ̃ vel αὐτῆς, ἡμῶν, ὑμῶν, αὐτῶν, adhibent poſſeſſiua emphatica, ἐμός, σὸς, ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος: vt Marc. 2, 18. ⁊ *diſcipuli tui, tui* inquam; Luc. 6, 42. *in oculo tuo ipſius;* Ioh. 4, 34. *cibus meus, meus* dico; & ſi plura deſideras, c. 5, 47. c. 7, 6. 8. c. 15, 21. Quin d) idem illud cum Suffixis, poſt Suffixa perſonaliter acceptа, aliquando cum emphaſi redundat: vt 2 Cor. 1, 12. *apud vos, vos* dico; c. 5, 19. *in nobis, nobis* dico; & 1 Ioh. 2, 2. *pro nobis, nobis* dico.

§. XV. Caſum Obliquum Nominis præcedit aliquando Suffixum pleonaſticum cum ſequente Præfixo *Dolath*, ſi Nomen ſit *Genitiui;* at *Lomad,* ſi *Accuſatiui* Caſus: a) Illud quidem in Conſtructione Subſtantiui cum Subſtantiuo, ac adeo ante Genitiuum, v. g. Matth. 1, 20. *Filius Dauidis,* proprie *Filius eius,* nempe *Dauidis;* Act. 4. 10. *in nomine eius,* np. *Ieſu,* pro, *in nomine Ieſu:* Hoc vero b) ante Accuſatiuum, v. g. Matth. 1, 21. *ſeruabit populum ſuum,* proprie *ſeruabit eum,* np. *populum ſuum;* v. 25. *aſſumſit* (*eam,* nempe) *vxorem ſuam,* & *peperit filium ſuum,* cet. Aliquando merum Suffixum ſine ſequente *Lomad* interponitur: vt Matth. 25, 25. *occultaui talentum tuum,* pro ; c. 27, 5. ⁊ *proiecit argentum;* c. 26, 51. Marc. 14, 47. & Ioh. 18, 11

ܐܘܕܢܗ ܕܩܛܥ *amputauit aurem eius;* 1 Tim. 6, 14. ܠܡܛܪ̈ܐ ܕܢܛܪ *vt ſerues præceptum.*

§. XVI. Iſtam Nominum Syntaxin pleonaſticam etiam Præpoſitiones imitantur nonnunquam: vt a) ܠܘܬ *ſecundum*, v. g. 1 Tim. 1, 8. ܢܡܘܣܐ ܕܠܘܬ *ſecundum legem*, quaſi *inſtar eius*, np. *legis*; b) ܒܬܪ *poſt*, v. g. Ioh. 1, 37. c. 18, 15. ܝܫܘܥ ܒܬܪ *poſt Ieſum*, quaſi in *veſtigiis eius*, np. *Ieſu*; Act. 10, 23. ܒܬܪ̈ ܝܘܡܐ *poſtero die*, ſeu *poſtridie*, qs. *ad ſuccedaneum illius*, np. *diei*; c) ܣܒܝܒ *circumcirca*, v. g. Apoc. 4, 4. & c. 5, 11. ܣܒܝܒ ܠܟܘܪܣܝ *circumcirca thronum*, qs. in *circuitibus throni*; d) ܠܘܬ *ad*, v. g. Luc. 23, 7. ܠܘܬ ܗܪܘܕܣ *ad Herodem*, *in adiunctione Herodis*; e) ܥܠ *propter*, v. g. ܥܠ ܚܛܝܬܐ *propter peccatum*, *in cauſſa peccati*; f) ܡܢ *a* vel *ex*, v. g. Act. 23, 6. ܡܢ ܥܡܐ *ex populo*, qs. *pars populi*; 3 Ioh. v. 12. ܡܢ ܗܝ ܕܫܪܪܐ ܘܡܢ ܗܝ ܕܫܪܪܐ *& ab ipſa eccleſia, & ab ipſa veritate*; g) ܥܠ *ſuper*, *propter*, v. g. Rom. 13, 6. ܥܠ ܗܕܐ ܗܝ *ſuper hæc ipſa*, qs. *in eminentia horum*; Apoc. 4, 4. ܥܠ ܟܘܪܣܘܬ *ſuper thronos*; h) ܩܕܡ *coram*, v. g. Luc. 5, 19. ܩܕܡ ܝܫܘܥ ܩܕܡ *coram Ieſu*, qs. *ad anticam Ieſu*; Apoc. 5, 8. ܩܕܡ ܠܐܪܥܐ ܩܕܡ *ante agnum*. Vide & Act. 6, 6.

§. XVII. Quantum ad *Aduerbia*, aliqua illorum ex *Nominibus* fiunt, a) partim *Adiectiuis*, vt ܡܕ̈ܡ *ſtatim*, qs. ܒܚܕ ܒܫܥܬܐ *ex vna* eademque *hora* Matth. 3, 16. c. 21, 3. Ioh. 13, 32. ad inſtar Gr. ἐξ αὐτῆς, ſc. τῆς ὥρας Act. 10, 33. ܛܒ *bene*, qs. *bonum*, ſc. *miniſterium* 1 Tim. 3, 13. ܟܠ ܕ *cum bonum*, pro *quamuis*, Germ. *ob wol* Hebr. 5, 8. b) partim *Subſtantiuis*, vt ܡܚܐ *illico*, qs. *filius horæ ſuæ*, de quo ſupra c. II. §. III. a. ܡܢ ܫܠܝܐ, vel ܡܫܠܝ, & per Synærcſin ܡܫܠܝ *a tranquillitate*, item ܡܫܠܝ ܥܕ ܐܬܪ *a-ſub tranquillitate*, i. e. *illico*, *confeſtim*, Marc. 9, 8.

9, 8. 1 Theſſ. 5, 3. Act. 9, 3. Amant & alias Syri Aduerbiorum periphraſes: vt *propemodum*, ܟܡܥܛ ܒܙܥܘܪ *in exiguo quodam* Act. 26, 28. *partim*, ܡܢ ܙܥܘܪ ܡܢ *ex loco modico* Rom. 11, 25. vel ܙܥܘܪ ܙܥܘܪ *modicum exiguum* 2 Cor. 2, 5. vel ܙܥܘܪ ܡܢ ܣܓܝ *parum de multo* Rom. 15, 24. 1 Cor. 13, 9. 12. 2 Cor. 1, 14.

§. XVIII. ܗܐ *ecce!* emphatice redundat a) ante terminum temporis durantis, vt Luc. 7, 45. ܡܢ ܥܠܠ ܗܐ *ecce ex quo intrauit*, Gr. ἀφ' ἧς εἰσῆλθε; & c. 8, 29. Marc. 9, 21. Act. 10, 30. item Num. 22, 28. ܬܠܬ ܙܒܢ ܗܐ *ecce tribus vicibus*, ſeu *iam tertium*; nam & τῷ ἤδη *iam* reſpondet Matth. 3, 10. c. 15, 32. cet. b) poſt ܠܐ *non*, interrogatiue capiendum, vbi idem proin eſt ac ה interrogatiuum Hebræorum; vt Matth. 5, 46. ܗܐ ܠܐ *non ecce*, pro οὐχὶ *nonne?* ſic v. 47. c. 13, 27. 56. cet. Eius tamen loco alicubi alternat Verbum ſubſtantiuum ܗܘܐ *fuit*, v. g. Matth. 13, 56. Luc. 11, 40. Ioh. 6, 70. de quo vide ſupra c. I. §. XXV. a. c) in comparationibus, vt Act. 10, 47. ܗܝܢ ܕܢܚ ܐܢܚܢܐ ܕܩܒܠܘ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܝܟ ܐܦ ܚܢܢ *qui ecce! acceperunt Spiritum S. ſicut nos*, vbi *ecce! ſicut*, æquipollet Latino *perinde ac*.

§. XIX. Ceterum Syri Particulas ſat multas habent compoſitas: vt ܐܝܟܐ *vbi?* ܐܝܟܢܐ *quomodo?* ܐܢܐ *quæ?* ܐܡܟܐ *vnde?* ex ܐ Hebr. אֵי *interrogatiuo*, & ܗܟ כֹּה *heic*, ܟܝ כֵּן *ſic*, Chald. ܗܢ *hæc*, & ܗܟܐ *hinc*; item ܗܢܐ *hæc*, ܗܝܕܝܢ *tunc*, ܗܫܐ *nunc*, *igitur*, ܗܟܢܐ *ita*, ܟܕܐ *ſimiliter*, ܗܠܝܢ *hi*, ܗܫܬ *iam*, ex demonſtratiuo ܗܐ *ecce*, & Ch. ܗܢ *hæc*, ܐܝܕܝܢ *tunc*, ܗܫ *nunc*, ܗܟ *ita*, ܟܕ *ſicut*, Ch. ܐܠܝܢ *hi*, & ܫܥܐ *hora*; porro ܗܟܐ *hic*, ܗܠܟ *illic*, ex Rabb. הרי *ecce*, & ܗ *heic*, ܠܟ *illic*; ܡܝܕ *ſtatim*, ܡܟܐ *hinc*, ܐܡܟܐ *vnde?* ܡܫܐ *a nunc*, ܡܢ ܥܠܡܐ *ab* vllo *vnquam* tempore, ex ܡ *ab*, & ܚܕ *vna* ſeu *eadem*, ܗ *hic*, ܗܫ *nunc*, ܥܠܡ *vnquam*

quam; ܥܕ *adhuc*, ܩܕܡ *priusquam*, ܥܕ ܕ *vsque dum*, ex ܥ *vsque ad*, & ܗܫܐ *nunc*, ܠ *non*, ܕ *dum*; ܒܕܥܕ Hebr. בְּלְעֲדֵי *ſine*, ex ܒܠ *non* & ܥܕ *vsque ad*; ܝܘܡܢܐ *hodie*, ex ܝܘܡܐ *dies*, & ܗܢ *hic*; ܡܢܐ *igitur*, ex ܡ cum ſeq. Præf. ? *quod*, & ܐ *ſi*; ܡܢܘ *quidquam*, num ex ܡ *de* & ܡ cum Præf. ? *quod?*

Ἐπίμετρον Syntaxeos.

Synchyſis, ſeu transpoſitus vocum ordo, Syris frequens: vt a) Verbi ܗܘܐ *fuit*, Luc. 5, 3. *Vna illarum nauium* ܕܚܕ ܕܫܡܥܘܢ ܗܘܬ *Simeonis erat Petri*, pro, *erat Simeonis Petri*; b) Nominis, Matth. 16, 1. ܘܒܥܘ ܠܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܢܚܘܐ ܠܗܘܢ *Et rogabant eum ſignum de cælo vt oſtenderet ſibi*, pro, *vt ſignum de cælo* cet. c) Particulæ, Marc. 1, 45. *ita vt non poſſet Ieſus* ܕܠܐ ܝܟܠ ܠܡܥܠ ܒܩܪܬܐ *palam vt ingrederetur* (pro, *vt palam ingrederetur*, h. e. *palam ingredi*) *in vrbem*; cuiusmodi plura vide ſupra §. X. h. Hebr. 5, 7. c. 7, 28. ܢܡܘܣܐ ܕܐܢܫܐ ܡܩܝܡ ܐܬܘܬ *Lex homines eſt* (proprie *illa*) *infirmos conſtituens*, pro, *Lex eſt homines infirmos conſtituens*. Ioh. 8, 33. ܙܪܥ ܐܒܪܗܡ ܐܢܚܢܢ *Semen ſumus Abrahami*; & v. 37. ܥܒܕ ܚܛܝܬܐ ܗܘ *ſeruus eſt peccati*. Vide porro Ioh. 7, 31. c. 21, 23. 1 Tim. 3, 5. c. 6, 7. 1 Ioh. 5, 5. Deut. 31, 2.

FINIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI,
ACADEM. ET SENAT. TYPOGRAPHI.

IOANNIS DAVIDIS MICHAELIS

GRAMMATICA SYRIACA.

HALAE,

IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.

MDCCLXXXIV.

PRAEFATIO.

Succedit haec grammatica patris mei, Chriſtiani Benedicti Michaelis, Syriasmo, ex quo orta, eumque quodammodo abolet, quod quomodo acciderit lectores docere opus duco, ne impium factum exiſtiment.

Linguam Syriacam ante quinquaginta prope annos a patre didici, quo ille tempore Hardtiana in praelectionibus grammatica utebatur. Nimis illa brevis erat et paupercula, magno diſcentium incommodo. Sex fere menſes, aut, ut proprie loquar, quinque tribui Syriacae linguae diſcendae in academiis ſolent: breve, ſed tamen ſufficiens facillimae linguarum tempus, modo copioſam habeant et divitem grammaticam, quam non totam explicet doctor, ſed ex qua res primarias excerpat, viva voce traditurus, quamque legere totam, et inter diſcendum evolvere poſſint: maxima enim pars breviculi temporis lectioni et interpretationi librorum

Syriacorum impendenda. At in ſterili grammaticae brevitate alterum accidere neceſſe eſt, ſive ut tempus teratur eam ſupplendo, iisque calamo etiam excipiendis, quae impreſſa magno temporis compendio legi potuiſſent, (ſtupente quidem ad dictata quantumvis quotidiana imperitiorum turba, ac forte magiſtrum admirante) quod ipſum tempus libris Syriacis legendis perit; ſive ut multa ignorent ſcitu neceſſaria, linguamque aliquo legendi uſu imperfectius ac minus grammatice diſcant.

Hac quidem neceſſitate coactus pater anno 1741. ſumtibus orphanotrophei Halenſis edebat, *Syriasmum, id eſt, grammaticam linguae Syriacae, cum fundamentis neceſſariis, tum paradigmatibus plenioribus, tum denique ubere ſyntaxi et idiomatibus linguae inſtructam.* Quae quidem grammatica et alium ingentem omnium prope grammaticarum defectum ſupplebat, exemplis probantibus copioſe inſtructa, ut non jam credere grammatico opus haberent lectores, ſed ſuis oculis viderent, vera eſſe paradigmata, veras regulas: ſaepe enim antea acciderat, ut paradigmata vel falſa, maxime ſuffixorum, legerentur, non ex libris Syriacis fideliter excerpta, ſed quae ſibi aliqua ex analogia finxerat grammaticus.

Hac grammatica et plures alii in docenda lingua Syriaca filo uſi ſunt, et nos quidem per quadraginta annos.

annos. Viginti quidem primis plane ſatisfaciebat, ſed ſenſim ita creſcebat adnotandorum et addendorum copia, ut jam circa annum 1770 nimia eorum multitudine obruerer, nec ſcitu modo utilium, ſed et neceſſariorum, quod lectioni librorum Syriacorum nimium temporis ſurripiebat. Nempe creverat linguae Syriacae plenior cognitio, creverant opes ex quibus illa promenda. Aſſemanorum, et Ephraemi Syri operibus, uti pater meus non potuerat, quod nec ipſius bibliotheca, nec paupercula academiae Halenſis, illa habebat, ne quidem Amyrae grammatica, licet jam 1596 Romae edita, ex qua ego quidem multa didici, licet paradigmata male digeſta, ac cum recentioribus neutiquam comparanda ſint. Sed et plane nova, quae vaticinari aut ſperare pater meus non auſus eſſet, accedebant: alphabetum Palmyrenum ex inſcriptionibus erutum, Philoxeniana N. T. verſio edi coepta, linguae Galilaeae ſeu Sabiorum ſpecimina, et alia multa, quorum in bibliotheca noſtra Orientali frequens facta mentio. Ex ſola verſione bibliorum regulas et exempla depromſerat pater, maxime Polyglottis Anglicanis, at jam tantae ſe offerebant librorum Syriacorum opes, ex quibus multo plenior colligi grammatica poterat, ut illis obruerer, tempusque ad utendum deeſſet. Alia certe in multis ratio, lingua, oratio, au-

ctoris, ſua ſcribentis, alia interpretis. Sed et ipſa Philoxeniana verſio N. T. ubi ab antiqua recedit, multa nos ad grammaticam facientia docet: vetus quidem comtior et elegantior, tota coloris Syriaci, Philoxeniana nimis literalis; ſed tamen ea ipſa diverſitas ſaepe grammatico utilis.

Ergo, ut auditoribus meis prodeſſem, novam pro divitiis noſtri temporis meditabar grammaticam Syriacam: quae ne officinae librariae damno cederet, cujus ſumtu paterna prodierat, ſignificabam id bibliopolii orphanotrophei Halenſis praefecto, interrogabamque, quot grammaticae paternae exempla ſupereſſent, malle enim me novam editionem differre, donec illa vendita eſſent. Reſpondebatur, divendita eſſe prope omnia, ipſeque offerebat, meam grammaticam evulgandam ſuſcipere. Conſenſimus.

Quidquid in patris grammatica, toties auditoribus explicata, boni erat, illud omne in hanc transfudi: in ſuffixorum autem doctrina, et magna parte ſyntaxis, veritus, ne in tanta exemplorum copia in deſcribendis numeris errores admitterentur, grammaticam patris mei, modo in margine corrigens, aut augens, typis deſcribendam tradidi. Hinc factum, ut et ſtilus et orthographia diſcrepet: quod ſpero non inique laturos lectores, cum in grammatica orientali nec ſtili ſpecte-

tur

tur elegantia nec unitas. Erant aliqua, quae abeſſe poſſe exiſtimabam, ſed delere, quae magna opera pater congeſſerat, ingratus filio labor. Sic alicubi paucioribus defungi exemplis potuiſſet, ablegans ad Schaafii lexicon, (quamquam ipſum ad manus ei non erat): ſed raro aliqua induxi, plura nolui, nec omnem eam ubertatem ſtilo depaſcere, aliis forte gratam. In ſyntaxi multa reliqui, quibus carere grammaticam, meliusque ditari poſſe lexicon arbitrabar: ſed perpauca expunxi, plura, delere religioni fuit, maxime, cum lexicon, quod meditabar Syriacum, quamvis permulta ei collegerim, jam non ſit exſpectandum.

Quid novi poſt XL annorum ſcholas praeſtitum ſit, non meum eſt, dicere, viderint lectores: ſed unum ſubticeri nefas duco. Reliquerat mihi pater ſuae grammaticae exemplum, adnotationibus manuſcriptis ditatum, inprimis, exemplorum probantium nova copia: harum magnam partem grammaticae meae inſerui. Paterna ſemper a meis diſtinguere lectoribus ingratum futurum videbatur: ſufficiat ergo, hic ſemel profiteri, non omnia, quae addidi mihi, ſed et partem patri deberi.

Lectionis librorum Syriacorum potiſſimae in lingua diſcenda partes ſunt, et vero, non verſionum ex aliis libris, ſed libere a Syris ſcriptorum, hi enim ingenium

linguae

linguae fidiſſime exprimunt. Ex novo quidem teſtamento nulla omnino lingua bene diſci poteſt, ob vocabulorum paucitatem. Edidi ergo anno 1768 chreſtomathiam Syriacam, cujus ſecunda anno 1783. prodiit editio: quam quidem auditoribus praelegere et interpretari ſoleo, idque facere pergam. Placuit tamen et alia lectionis exercitia ipſi grammaticae ſubjungere, quae eam brevi excipient, ut hiſtoriae Gregorii Barhebraei partem nondum editam, et particulas bibliorum hexaplarium Origenis, non editas, quas Clariſſimi viri, Brunſius et Norbergius mihi conceſſerunt, et alia. Dabam Goettingae die 3 Oct. 1784.

CAPUT

CAPUT PRIMUM,
DE
LITERIS, SEU CONSONANTIBUS.

§. I.

Generalia de alphabeto.

Literae Syrorum, ut Phoenicum Hebraeorumque ſunt XXII, eodem alphabeti ordine, atque a dextra ad ſiniſtram ſcribendae, quarum hic primo tabulam damus, addito etiam valore, de quo deinceps agemus, numerico. Ante omnia autem ſcitu neceſſarium, Syros non, ut Hebraei, ſingulas vocum literas ſigillatim ſcribere, ſed ductus conjungere, unde quadruplex earum figura, 1) ſeparata 2) conjuncta cum praecedente litera 3) conjuncta cum ſequente litera, 4) conjuncta cum utraque. Solae literae ܐ ܕ ܗ ܘ ܙ ܚ ܛ ܝ ܟ ܠ ܡ ܢ ܣ ܥ jungi ſequentibus nequeunt, unde illis ad conjun-

ctionem cum praecedente oculis ſubjiciendam ـ praemiſi. Typographo typos literarum componente aliquis haud raro tenuis hiatus inter illas relinquitur; hunc noli ſcribendo imitari, ut male doctos facere memini, ſed, quantum fieri poteſt, unus eſto ductus junctarum literarum, nullo intervallo relicto.

Calligraphiae Syri, non ut Arabes, operam dederunt, unde in manuſcriptis eorum libris vix ulla literarum elegantia: noſtri quibus in Germania utimur, typi, non ſcriptis ſolum pulcriores, ſed et his, quos magis fidae typographiae Romanae ponunt.

§. II.

Alphabetum vulgare.

Figura ſeparata	Figura connexa	Nomen		Sonus	Valor numericus
ܐ	ـܐ	Olaf	ܐܘܠܦ	א Spiritus lenis	1
ܒ	ـܒـ	Beth	ܒܝܬ	ב B. V.	2
ܓ	ـܓـ	Gomal	ܓܡܠ	ג G	3
ܕ	ـܕ	Dolath	ܕܠܬ	ד D	4
ܗ	ـܗ	He	ܗܐ	ה H	5
ܘ	ـܘ	Vau	ܘܘ	ו V vel W	6
ܙ	ـܙ	Zain	ܙܝܢ	ז z Gallorum	7
ܚ	ـܚـ	Cheth	ܚܝܬ	ח ch vel hh gutturale.	8

Figu-

Figura separata	Figura connexa	Nomen		Sonus	Valor numericus
ܛ	ـܛـ	Teth	ـܛ	ט T purum	9
ܝ	ـܝـ	Jud	ـܝ	י J	10
ܟ	ـܟـ	Coph	ـܟ	כ ך K Ch	20
ܠ	ـܠـ	Lomad	ـܠ	ל L	30
ܡ	ـܡـ	Mim	ـܡ	מ M	40
ܢ	ـܢـ	Nun	ـܢ	נ N	50
ܣ	ـܣـ	Semcath	ـܣ	ס S	60
ܥ	ـܥـ	Ee	ـܥ	ע literis noſtris ſcribi nequit	70
ܦ	ـܦـ	Pe	ـܦ	פ P vel F	80
ܨ	ـܨـ	Tzode	ـܨ	צ tz	90
ܩ	ـܩـ	Koph	ـܩ	ק K gutturalius	100
ܪ	ـܪ	Riſch	ـܪ	ר R	200
ܫ	ـܫـ	Schin	ـܫ	ש ſch Germanor. ſh Anglorum	300
ܬ	ـܬ	Thau	ـܬ	ת th Anglorum ſeu Θ Graecor.	400

Ipſa tabula docet, eſſe Syris aliquas, ut Hebraeis, literas finales, ſed non easdem, quinque utrique genti, ſed alteri alias: Hebraeis ך ם ן ף ץ, Syris, ـܟ (Coph) ـܠ (Lomad) ـܡ (Mim) ـܢ (Nun) ـܥ (Ee). In Alphabeto etiam Palmyreno, quod eſt primi a Chriſto usque ad tertium ſeculum, Swintonus literas finales detexit.

Olaph

Olaph et Zain, Lomad finale et Coph finale, figura ſimillimae literae, ſola magnitudine differunt ſed et hac facillime diſtinguuntur: Olaph et Lomad ſupra reliquas literas eminet, ﺍ, ﻝ, Zain et Ee finale illas aequant ـﺯ, ـﻉ.

Typographi artificio qui utitur, non omnes ductus literarum imitari poteſt, typi enim non ductiles. Liberiores quosdam, aut elegantiores literarum vulgarium ductus ſi quis oculis uſurpare aveat, videat ſigillum patriarchae Maronitici, quod *la Rocque* in *itinerario Libani* (Voyage du Liban) T. II. p. 10. aere expreſſit, haec verba habens, ﺍﻟﻠﻬﻢ ﺍﻧﻲ ﺍﺭﻳﺪ ﺍﻥ ﺍﺭﺳﻢ ﻫﺬﻩ ﺍﻟﺼﻮﺭﺓ؛ Recogitans exprimi curavi in tabula aenea paragrapho quinto adjecta. In hoc uno ſigillo non pauca eorum inveniet, quae dicturus ſum.

Olaph non ſemper recta eſt illa linea, quam typus expreſſit, ſed magna varietate flectitur, ut fiat anguiforme; curvatur, recurvatur, maxime autem praecedentis vocis Lomad finali innectitur, ﻝ؛ﻙ. Eadem in voce cum Lomad concurrens, ſi praecedat, inclinatur, ﺍﻟﻠﻪ pro ﺍﻟﻠﻪ, ſin ſequatur, Olaph rectum conſiſtere cogit, ﷲ pro ﷲ.

؟ et ؛ ubi praecedenti literae annectuntur, angularem figuram nanciſcuntur in typographiis Germaniae; aliquid orbicularis figurae in Romanis, multisque codicibus ſervant. Punctum, quo ſolo differunt, ſaepe a libra-

librariis omittitur, unde aliis male puncta ſupplentibus multa varietas lectionis, maxime in nominibus propriis. Innumera ſcriptionis vitia hinc orta, ſocordiaeque Gabrielis Sionitae accepta referenda, verſionem Syriacam priſci foederis in Polyglottis Pariſienſibus et Londinenſibus inquinarunt, ut in quaeſtione critica, fueritne nomen proprium Hebraice per ה an per ח ſcriptum, verſioni Syriacae, qualis nunc Gabrielis culpa eſt, non ſolum non mediocris, ſed plane nulla fides ſit.

Jud nonnunquam perexiguum, ut fere vel oculos fugiat minus attentos, plerumque mediocre, atque etiam majusculum. Hinc fit, ut ſaepe cum Nun, ſola magnitudine diverſo, confundatur, maxime in nominibus propriis, quod in bibliis polyglottis innumeris locis accidit, Hebraico textu manifeſtum errorem arguente. Hanc ergo ſibi legem rogent critici, ſi in codicis Hebraici lectione dijudicanda quaeſtio ſit de litera Jod vel Nun, nullam eſſe auctoritatem Syriacae verſionis, atque ex hac quidem ſola ne lectionem quidem variam textus Hebraici, quae Jod pro Nun, aut Nun pro Jod habeat, comminiſcendam; ſolus ſi incedat Syrus, merum ſphalma librariorum eſſe. Nec in nominibus propriis ſolum, ſed et aliis in verbis idem mendum frequens, elegans nonnunquam et bonam fundens ſententiam, ſed tamen mendum. Jobi V, 12. pro Hebraico

גנב (*furtim allatum eſt*) Syriacum legens ܐܬܬܪܥ (*reſponſum eſt*), et XXX, 17. pro נקרו (*eroduntur* vel *erodunt* vermes oſſa mea), ܟܒܝܕ̈ *gravia ſunt mihi oſſa mea*, prope certum habebit, Syrum ibi ܐܟܠ ſcripſiſſe, hic ܟܒܫ, *erodunt*. Vetus quidem uterque error, in illo jam exemplo Syriaco commiſſus, ex quo Arabs Jobum vertit: eſt et bona ſententia, elephantiaſi enim laborantibus oſſa ipſa gravia atque oneri ſunt. Verum variam lectionem textus Hebraici hic ex Syro exſculpere magnae eſſet incogitantiae, cum נ et ר Hebraicum figura ſit diſſimillimum, nec facile, ut in Syriaco, errori locus.

Lomad ל et Nun נ ſatis quidem magnitudine differunt, et recta inclinatave figura: verum cum feſtinantius pingentes Nun incurvent, majus ſolito faciant, aut contrarium in Lomad accidat, ſaepe utriusque literae figura confunditur: quod iterum critico notandum. Sic Jeſ. XXXII, 6. pro Hebraico חֹנֶף (*impietas*, *ethnicismus*,) inveniens Syriacum ܥܠܚܕܐ, recte ſuſpicaberis ipſum interpretem ܐܥܚܕܐ ſcripſiſſe, quod *ethnicam ſuperſtitionem* ſignificat. Idem forte eidem verbo accidit Jeſ. XXX, 4. Sed dubii expers exemplum Jobi XIII, 16. ubi pro Hebraico חנף legimus nunc quidem ܥܠܚ, ſed Arabe vertente بذيل *proſanus*, ut eum ܥܚ legiſſe in ſuo Syriaco exemplo certum ſit. Aliud exemplum pete ex Job. XXXVI, 13.

Du-

Duplex Lomad in fine vocis concurrens, hoc modo jungitur, ﻟّﻠ

Literae ﻣ apices, in impreſſis rotundi, in manuſcriptis ſaepe acutiores eſſe ſolent.

Quae de appellatione literarum dici poſſent, ex grammatica Hebraica Arabicaque ut nota ſumo, haec modo pauca memorans.

Literarum ﺑ ﺟ ﺣ ﺩ apud Syros, plane ad praeceptum maſoretharum, quod ipſum ex Chaldaica lingua transtuliſſe magiſtri videntur, duplex, adſpirata et pura: quae in quibusdam Syrorum libris puncto diacritico diſtinguitur, nec vero nigro, ne cum aliis punctis confundatur, ſed plerumque, ut Amira monuit, rubro. Punctum infra literam poſitum ﺑ ﺟ ﺣ ﺩ adſpirationem, ſuperne poſitum ﺑ ﺟ ﺣ ﺩ puram, adpellationem notat. De Beth, Coph, Pe et Thau res expedita: ﺑ enim V conſonum, pro quo et in nominibus propriis exteris non raro ponitur, ut ﺑﻴﻜﻨﺘﺎ *Vitalianus* (chreſt. p. 66.) ﺑ *Ch*, ﺑ *F*, ﺗ Th Anglicum ſonat: at de ﻛ et ﻗ quomodo adſpirate pronuntientur, nihil adhucdum certi habeo dicere.

Gomal eſt G purum, non Arabicum, quod ubi in nominibus exoticis exprimere volunt Syri, atque a ſuo diſtinguere, punctum ipſi literae corpori medio inſerunt ﮒ.

ﻟ li-

ء literae ſonum non poſſum niſi viva voce docere: quod autem Amira habet, *Aa* eum exprimens, neutiquam erroris adcuſandum, licet rem non perficiat, nam et Arabem ſi quis عَبْد (Ain ſequente Patcha) appellantem audiat, duplex ſibi A percipere videtur, *Aabd*.

ق cum puncto diacritico ſuperno, et ك, licet utrumque K ſit, ſono tamen magnopere differunt, unde rara harum literarum aut permutatio aut confuſio: ك gutturale quid ſonare dicunt grammatici Syrorum indigenae: quos ut intelligas, tenta appellare nomina Germanica, *Kerl* et *Karl*, ſenties, in Kerl mediam partem linguae palati parti anteriori adplicari, in Karl, eam linguae partem, quae gutturi vicina eſt, palato intimo. Hinc fit, ut Arabes ſuum Fatha aliter efferant, literis ك et ق impoſitum, كَلْب *Kelb*, قَلْب *Kalb*. Suſpicor, id Syros quoque feciſſe, ſed certum rei auctorem non habeo, ac vix in lingua, propemodum mortua, habere poſſum. Ipſum literae nomen قُف (ſic enim ſcribendum, neutiquam قُفْ) ſitne *Kof* adpellandum, an *Koef*, dubito.

ه quantum novimus, non niſi verum eſt ה Hebraeorum: in nominum tamen Graecorum terminatione nonnunquam pro ς ponitur, ut Marc. V, 22. Luc. VIII, 41. ܝܐܣ Ἰάειρος.

§. III.

§. III.

Mutata literarum ﻝ, ﻡ, ﻥ, ﻭ, *et* ﻱ *adpellatio.*

Quarundam literarum adpellatio alicubi mutatur.

Olaph inter duas vocales medium legitur ut Jud. Exempla ſunto, quae, ſi velis in quatuor dispertiri leges grammaticas poſſis, ſed recordaturo moleſtas, ﺃُﺎِ *ojar*, *aër*, ﻣَﻠْﺆ *Melojo*, *plenitudo*, ﻗَﺎِﻡ *Kojem*, *ſtans* (participium mediae radicalis Vau) ﻋُﺎِﻝ *Ojel*, *ingrediens* (participium mediae radicalis geminatae, ab ﻋَﺎﻝَ) ﺷُﺎِﻝ *Schojel*, *mutuum ſumens*, (participium mediae radicalis Olaph).

Vau poſt O et U, quieſcit, vel, ut Latinus dixerit, vocale fit, ﻗُﻮْﻑ *Koph*, nomen literae, ﻳُﻮْﻡ *Jum*, *dies*: poſt A et E diphthongeſcit, ﻳَﻮْﻡ *Jaumo*, (dies) ﻟَﺎ *lau* (neutiquam) ﻟَﺄْﻭ *Leutho* (labor).

Jud initiale ubi ſubjectum ſibi vocalem I (ִ) habet, vocale fit, atque ut I adpellatur; vel quod idem eſt, nil aliud ſonat quam Olaph ſequente vocali I. יָלְדוּ *Iled* (*pepererunt*) יִקַר *Ikar* (gravis fuit.) Volunt aliqui Judaeorum grammatici, idem et in Hebraicis obtinere, יִפְקֹד יְשׂרָאֵל ſimilibusque, de quo jam non eſt, nunc ſententiam dicere, ſaepe tamen ita LXX nomina propria ſcribunt: ſed alius erit hoc argumentum tractandi locus, indicaſſe hic ſufficiat.

Jam cum Jud in his nominibus ut Olaph adpelletur, accidit quoque, ut aliqui aliquando hoc ipſum, quod ſolum auditu percipitur, Olaph praemitterent, ܐܝܫܪܝܐܝܠ (*Israel*) pro ܝܫܪܝܐܝܠ, ܐܝܗܘܕܐ (*Juda*) pro ܝܗܘܕܐ, utraque ſcriptione, cum et ſine Olaph, licita. In aliis adeo pene neceſſarium factum eſt Olaph prostheticum, ut ܐܝܘܡܐ (*dies*) ܐܝܩܪܐ (*honor*) ܐܝܕܐ (*manus*). Contra et ſunt alia, in quibus rariſſime, et prope per anomaliam et heterographiam (quid enim prohibet, ut orthodoxiam et heterodoxiam habemus, ita et heterographiae nomen fingere, dummodo graeco fonte cadat) ponitur, ut ܐܝܕܥ *novit*, pro ܝܕܥ T. I. operum Ephraemi p. 57.

Literas gutturales ܐ ܗ ܚ ܥ plane appellare non potuerunt Galilaei, Syriaca illi poſt reditum ab exſilio dialecto uſi, ejusque vitii rei jam a Thalmudicis aguntur. Vide Wetſtenii notas ad Matth. XXVI, 73. Galilaeae dialectus, in Sabiis ſeu Mendaeis reſidua, hoc confirmat, adeo non diſtinguens has literas ſono, ut non ſolum permutet crebro omnes cum omnibus, ſed et ex quaternis duas modo fecerit. Vide bibliothecam noſtram Orientalem T. XVII. n. 261. ubi Norbergium excerpſimus.

Reliquis Syriae dialectis ab hac infantia immunibus, praecipiunt tamen Syrorum grammatici, ʾ (*Ee*) primae radicalis, ſi ſequatur ſecunda radicalis He, ut

Olaph

Olaph adpellari, eique mollioris appellationis ſignum in nonnullis et manuſcriptis codicibus, et impreſſis, (Romani plerumque omittunt) *linea occultans* ſubjicitur: ܐܬܕܟܪ *recordatus eſt.* Valet hoc eo usque, ut hoc ܐ plane ut Olaph, de quo infra dicemus, nequeat ab initio vocis ſine vocali poni, inque media voce remittat vocalem ſuam ad praecedentem literam vocali deſtitutam. Quin in ipſa vera lingua Syriaca, quam a Galilaeae dialecto hic diſtinxerim, aliquando pro ejusmodi *Ee occultato*, *Olaph* ſcribitur: ſic ܟܥܘܬܐ et ܥܣܝܐ, *laſcivus.* Vide Caſtelli lexicon.

§. IV.

Valor numeralis literarum.

Valor XXII literarum, idem qui apud Hebraeos, paragrapho ſecundo jam indicatus eſt, usque ad 400 pertinens; quod ſi unitatum, decadum, centuriarum numeri componendi, major a dextra eſt, a ſiniſtra minor, ܬܠ ܐ 444. His numeris cum in libris hiſtoricis frequenter utantur Syri, neceſſe eſt, eos diſcere, ſecus atque in Hebraicis: ſed diſcet ſine dubio, et vel obiter, qui ſcripta hiſtorica leget.

Verum et ultra hunc, quem dixi numerum, literis ſuis ut Sifris uti poſſunt, ad numeros, et vero ingentes, breviter paucisque ductibus exprimendos. A 500 ad 900 non quidem, ut ſuſpicari poſſet ab Hebraicis li-

teris ad noſtras tranſiens, quinque ſuis finalibus, ſed his utuntur, puncto impoſito

Nun	ـن - - 500	Ee	ـڊ - - 700
Semkat	ـس - - 600	Fe	ـف - - 800
		Tſode	ـڞ - - 900.

Nempe omne punctum literae impoſitum, eam ad denariam potentiam evehit, ita ut vel ـب ſit 100, ـد 200, ـو 300, ـز 400.

Millia ſcripturi, literis ſubjiciunt lineam a ſiniſtra ad dextram obliquam, quae illas evehit ad totidem millium potentiam: myriadas, ſubſcribunt lineam horizontalem, quae eas evehit ad 10000: millia myriadum, duas ſubjiciunt lineas obliquas, quae evehunt literam ad potentiam 10000000.

ا	1000	ا	10000	ا	10000000
ب	2000	ب	20000	ب	20000000
ج	3000	ج	30000	ج	30000000
د	4000	د	40000	د	40000000
ه	5000	ه	50000	ه	50000000
و	6000	و	60000	و	60000000
ز	7000	ز	70000	ز	70000000

ب

ϡ	8000	ϡ	80000	ϡ	80000000
ϟ	9000	ϟ	90000	ϟ	90000000
		ρ	100000	ρ	100000000
		ϲ	200000	ϲ	200000000
		τ	300000	τ	300000000
		υ	400000	υ	400000000
		φ	500000	φ	500000000
		χ	600000	χ	600000000
		ψ	700000	ψ	700000000
		ω	800000	ω	800000000
		ϡ	900000	ϡ	900000000
		͵α	1000000	͵α	1000000000
		͵β	2000000	͵β	2000000000
		͵γ	3000000	͵γ	3000000000
		͵δ	4000000	͵δ	4000000000

Nume-

Numeros contra fractos ita ſcribunt, ut literae numerali imponant: literam obliquam a ſiniſtra ad dextram ductam, hoc modo ܕ ½ - - ܓ ⅓ &c. &c. ܙ $\frac{1}{400}$.

§. V.

Alphabeta Syrorum.

Hoc quod hucusque expoſui alphabetum, eſt noſtro tempore vulgare Syrorum occidentalium, ipſis ܟܬܒܐ ܣܦܪܝܐ i. e. *ſimplex*, et ܟܬܒܐ ܣܦܪܝܐ i. e. *ſcriptura*, dictum. Poſſis et Maroniticum vel Jacobiticum vocare, Maronitae enim et Jacobitae eo utuntur. Aſſemanus quidem, T. III. bibliothecae Orientalis P. II. p. 378. Maronitas ait et Jacobitas has figuras *excogitaſſe:* contra qui illis utuntur Syri nonnunquam eas ad Jacobum Edeſſae ſeculo ſeptimo epiſcopum, inventorem referunt. Vide noſtram bibliothecam Orientalem T. XI. p. 32. Neutrum crediderim, mirorque alterutrum ab Aſſemano memoriae proditum, lingua ubi jam alphabetum habet, novum non niſi a ſtultis, ac prope dixerim veſanis, excogitatur, et ſi quis talia deliret, ea ſtultitia plurimis non placet, nec plebiscito firmatur. At ſenſim et occulto aevo literarum figurae mutantur, fiuntque in his regionibus, et vero monaſteriis, in quibus olim officinae librariorum, aliae quam in illis, quod a monaſteriis deinde ad ſectas religioſas pertinuit.

Prae-

1	2	3	4	5	6
Simplex	Estrangelo	Nestorianum	Dupli-catum	Adleri-anum	Palmyrenum

7 Mendaeum			
Separata litera	Cum A vel O	Cum E vel I.	cum U

8.

9.

Matth: xxvii, 17.

10.

Filippus

Praeter hoc alphabetum Amira, quem, quod Syrus natalibus eſt, atque adeo Edenenſis, fidens ſequor, quousque praeivit, haec quatuor habet alphabeta, typis quoque fidis et elegantibus expreſſa,

2) *Eſtrangelo*, ܐܶܣ݁ܛ݁ܪ݁ܢ݁ܓ݁ܶܠ݁ܳܐ, quo maxime Syri Orientales, Neſtoriani fide, utuntur, et de quo copioſius egit Aſſemanus T. III. biblioth. Or. P. II. p. 378. Volunt, illud a Graeco στρογγύλος, rotundus, nomen accepiſſe, ob figurarum rotunditatem. Id vero meis oculis creditu difficile, videntur enim minime rotundae, ſed angulis potius acuminatae, et quadratae. Aſſemanus quidem, *rotunda*, inquit, *ſeu majuscula literarum forma in pervetuſtis codicibus conſpicitur*, ſed liceat mihi Thomae exemplo peccare, ac, donec videro, non credere. *Majusculum* quidem, et, *rotundum*, non ſunt eadem. Equidem ſuſpicor, ortum potius nomen ex ܟ݁ܬ݁ܒ݁ܳܐ *ſcriptura*, et *evangelio* in ܐ݁ܘ݁ܢ݁ܓ݁ܶܠ݁ܝ݁ܳܢ (Ar. انجيل) contracto, ut ſit, *ſcriptura evangelii*, i. e. ſcriptura chriſtiana, oppoſita Arabicae, qua Muhammedani, atque in rebus ſecularibus ſaepe et chriſtiani, utebantur. Caeterum non ſoli ea utuntur Neſtoriani, ſed et alii in titulis librorum: Widmanſtadii quidem editio Novi Teſtamenti titulos ſcriptura Eſtrangela habet.

3) Habent et Neſtoriani characteres minusculos ex Eſtrangelis ductos, quos Syri ſimpliciter, *Neſtorianos*, ܢ݁ܣ݁ܛ݁ܘ݁ܪ݁ܝ݁ܳܐ vocant.

4)

4) ܐ ܒ ܓ ܕ ܗ *duplicatum*, quo in titulis librorum uti Syri ſolent, ſimillimum Eſtrangelo ſeu potius Eſtrangelo ipſum, ſed plerumque duplicem ductum ejusdem literae habens, medio cavo, unde et ܟܬܝܒ̈ܐ i. e. *ſciſſi* caracteres dici ſolent. Sed his alphabetis, quorum figuras Amira expreſſit, alia accedunt, ipſi, et diu poſt eum Syrorum grammaticis, aut ignota, aut ſilentio praetermiſſa,

5) *Palmyrenum*, ex inſcriptionibus Palmyrenis erutum, quarum quidem prima eſt anni chriſtiani 49, recentiſſimae, ſeculi a nato Chriſto tertii.

In his inſcriptionibus, quarum fama dudum per Europam percrebuerat, legendis, male olim rem egerant eruditi, ipſeque adeo Relandus, nec ſua culpa, ſed quod male delineata exempla offerrentur: cum vero Robertus Wood, vir immortalis deque literis Orientalibus immenſium meritus, fidam dediſſet delineationem, ſtatim, ſua quisque ſponte, Barthelemy et Swinton, expedite et recte inſcriptiones Palmyrenas legerunt, alphabetumque nobis Palmyrenum dederunt, ſed multo perfectius Swinton. Vocales non habent, habent literas quasdam finales, numerales figuras, nec tamen literas, ſed potius ſifras. Vide *Ruins of Palmyra otherwiſe Tedmor, in the deſart. London* 1753. *Reflexions ſur l'Alphabet et ſur la langue, dont on ſe ſervoit autre-*

autrefois à Palmyre, par Barthelemy. à Paris 1754. -- et, *Swintons Explication of all the inſcriptions in the Palmyrene Language and Character hitherto publiſhed, in five letters, to the Rev. Thomas Birch*, quae Swintoni literae prodierunt in *transactionibus philoſophicis Londinenſibus* Vol. 48. Tom. 2. p. 690-756 (*).

6) *Mendaeum, ſeu Sabiorum:* vel, ut magis dicam proprie, Galilaeum. Hoc utuntur, *discipuli Joannis*, id eſt, ܬܠܡܝܕ ܝܘܚܢܐ ſeu, omiſſo Joannis nomine, (ut Chriſtiani omiſſo etiam Chriſti nomine μαθηταὶ vocantur), ܡܕܝܢܐ, alio etiam nomine dicti ܨܒܝ *Sabii*, id eſt, *baptiſtae*, *hemerobaptiſtae*, et ܢܨܪܝܐ *Naſſareni* vel contemtim ܢܨܝܐ *Naſſair* Naſſarenuli, Europaeisque, *chriſtiani ſancti Joannis*, de quibus vide bibliothecam noſtram orientalem ſub numeris, 245. 248. 261. 291. 300. Ortu ſine dubio Palaeſtinenſes ſunt, (undenam enim niſi ex Palaeſtina, Joannis discipuli, maxima illum ac prope divina religione colentes?) ipſi ſe Galilaeos dicunt, Muhammedis tempore ſub Sabiorum nomine incliti fuerunt, nunc in duas diſperſi colonias, quarum alteram Baſſorenſem, ad Tigridis oſtia dudum novimus, de altera in ditione Syriae Mercab dicta, Norbergius nuper retulit, cui quae objecta ſunt, ad ea in Tomo biblio-

(*) Vide et, quae de hoc libro retuli in *Göttingiſchen gelehrten Anzeigen*, 1756. p. 586-590.

bibliothecae Orientalis XX. num. 291. et 300 reſponſum. Fuerunt, qui hoc alphabetum *Nabataeum* vocarent, nullam aliam ob cauſſam, quam quod Baſſora primum ad nos allatum: verum nec lingua, quae his literis ſcribitur, Nabataea eſt, ſed plane Syro-Galilaea, nec Baſſora prima patria Johannem colentium, ſed, ut dixi Palaeſtina.

Habere dicitur vocales, eamque ob cauſſam la Crozio, in diſſertatione, quam Joannis Chamberlayne *orationi dominicae multilingui*, recuſae Amſtelodami 1715, ſubjecit, viſum omnium alphabetorum Orientalium antiquiſſimum. Argumentum invalidum, ſed et quae de vocalibus audierat la Crozius male intellexerat. Vocales ſeparatas nullas habet, ſed literarum figuris innexas, eſtque, fere ut Habeſſinorum, ſyllabarium potius quam alphabetum. Nempe quatuor habet literarum figuras, unam ſeparatam, alteram literae cum A, tertiam cum I, quartam cum U adpellandae, ut exemplo utar, B, Ba, Bi, Bu.

Mendaeae ſcriptionis ſpecimina dederunt, Thevenotus (*), Hydius (**), et Norbergius (***): ipſum alpha-

(*) *Relations de divers Voyages*, in fine ſectionis quae incipit, ἐκ τῆς κοσμᾶ τοπογραφίας.

(**) *in hiſtoria religionis Perſarum* p. 521. primae, 551 ſecundae editionis.

(***) In *commentatione de religione et lingua Sabaeorum*, (quae commentationibus Societatis regiae Scient. Goettingenſis per annum 1780. inſerta eſt) Tab. II.

alphabetum Thevenotus (*), quem Büttnerus (**) ſequutus eſt, quaternas literarum figuras habens, Kämpferus (***), et a fabro Baſſorenſi ſecta Mendaeo acceptum, Niebuhrius (****), ſed hi non niſi unicam cujusvis literae figuram habentes: denique perfectiſſimum, librorum Sabiorum multus lector, deſcriptor, interpres, Norbergius, *in commentationibus Societatis Regiae Goettingenſis ſcientiarum per annum* 1780, tabula prima aenea, commentationi de religione et lingua Sabaeorum adjecta.

Duae huic alphabeto figurae literarum perierunt, ut dici quodammodo poſſit non niſi viginti literas habere. Nempe cum Galilaei literas gutturales diſtinguere non poſſent, unam eandemque figuram obtinuerunt,

1) Olaph et Ee, ab Ain antiquo, mutuam ſumtam.

2) He et Cheth.

De quibus ſi plura ſcire lubeat, praeter ipſam Norbergii commentationem adibis bibliothecam noſtram orientalem T. XVII. p. 49-56. ubi et conjecturam noſtram de vocali, quae literae ſub finem additur, a Graecis vocalibus figuram mutuante, invenies.

7) Ignotum hucusque alphabetum Syriacum, quo codex Vaticanus XIX anno 1030 ſcriptus eſt, detexit,

(*) loco vixdum citato.

(**) In *Vergleichungs-Tafeln.*

(***) in amoenitatibus exoticis fasc. II. relat. XI. ad p. 441.

(****) In parte ſecunda itinerarii, tabula aenea 2. litera F.

mecumque communicavit Adlerus: de quo codice ex ejus literis primum in bibliotheca Orientali T. XIX. p. 127. retuli. Evangelicas lectiones Syriace verſas exhibet, ſed dialecto, quae eo usque ignota grammaticis fuerat: quam quia proxime ad Chaldaicam accedit, ego quidem Hieroſolymitanam eſſe, ſuſpicor. Bibliothecarius Vaticanus, Joſ. Simon. Aſſemani codici inſcripſerat, PALAESTINAE; quo jure, aut qua ductus ratione id feciſſet, interrogatus a me Adlerus ſe ſcire negabat, pleraque addebat Aſſemanum nulla cauſſa feciſſe. Ergo ne nomen temere inditum erroris aliquod contagium communicet, nec Palaeſtinenſe nec Hieroſolymitanum vocare auſim alphabetum, ſed nomen ei, ut botanici facere ſolent, ab inventore duco, Adlerianum. Literam ⟃, ubi F et P eſt, figura diſtinguit.

Addi curavi in tabula adjecta ſpecimina, et vero,

1) *ſimplicis*, 2) *eſtrangelo* 3) *Neſtoriani* 4) *duplicati.* Haec ex Amirae grammatica deſumta. Habebam et alia exempla, benevole mecum communicata, ſed Amirana jam delineata erant, noluique nimia copia pretium libri augere.

5) *Adleriani*, quod Adleri dono habeo, cui gratiam habebunt lectores.

6) *Palmyreni*, ex Barthelemy ſumti: Swintonianum enim, ob ipſas divitias locum in tabula aenea habere non poterat.

7)

7) *Mendaei*, quod mutuum ſumſi ex commentationibus ſocietatis ſcientiarum Goettingenſis, quamquam et ipſe aliud ejus exemplum Norbergii manu ſcriptum habebam. Sed concinere vidi.

8) *Sigillum patriarchae Antiocheni*, p. 4 memoratum.

9) *Specimen verſionis Syriacae, quam Adlerus detexit*, dialecto, ut puto, Hieroſolymitana. Sunt verſus notatu digniſſimi ob variam lectionem, quae Barabbam, *Jeſum Barabbam* vocat. Vide bibl. Or. T. XIX. p. 129. 130 et introductionem noſtram in Nov. Teſt. p. 299.

10) Nomen, *Philippus*, eodem alphabeto ſcriptum, in quo F et P figura diſtinguuntur.

Si licuerit, et aliam tabulam addam, compendia ſcriptionis, ſiphrasque Palmyreni alphabeti, ex Swintono, exemplumque librorum Mendaeorum habituram, forte et alia quaedam: ſed bibliopola interrogandus, ne nimis pretium grammaticae augeatur.

§. VI.

Diviſio literarum.

Literarum diviſionem, ſecundum organa oris, quae in illis efferendis comprimuntur, ſic inſtituo, ut Arabum grammatici, utque ipſe in Hebraica Arabicaque grammatica mihi praeivi, ut ſint,

1) gutturales ا ه ء ع
2) labiales ب م ف ط
3) palatinae ي ج ش ك
4) linguales ل ن ر د ت ث ذ ظ
5) dentalis unica س.

CAPUT SECUNDUM,
DE
VOCALIBUS.

§. VII.

Syri olim tres habebant vocales, nunc quinque, duplici figura, Graeca, et punctis expreſſas. Quod quomodo evenerit?

Ad ea tempora non regredimur, quibus Syri, ut alii Orientales, vocalium ſignis forte omnino caruerunt: Palmyrenae inſcriptiones nullas quidem habent, ſed inde non conſequitur, ut Syri eo tempore non habuerint, puncta enim vocalia, et alia non omnino neceſſaria, in nummis et inſcriptionibus omitti ſolent. Ergo hac tota ultimae antiquitatis quaeſtione abſtineamus, donec aliquid novae lucis inexſpectato adfulgeat.

Quo tempore Arabes a Syris literas ſumſerunt mutuas, quod factum eſt Muhammedis aetate, ſeculo ſeptimo

ptimo ineunte, aut paulo antea, tres modo vocales habuiſſe Syros neceſſe eſt; tot enim ab illis acceperunt Arabes, *Fatha*, *Kesre*, *Damma*, quas et Cuphica jam ſcriptio habuit (*): totidemque vocales, literis ipſis innexas Sabiorum ſeu Galilaeorum alphabetum habet.

Sufficiebant illae Syriaca ſcripturis, ſed nominibus propriis graecis, aut adpellativis exoticis, Syriaca civitate donatis, perſpicue ſcribendis ſufficere non videbantur: eratque tempus, quo ſummo ſtudio minutias etiam graeci ſermonis, omnes ſonos nominum propriorum Graecorum, (ſi vel ortu non graeca ſed orientalia eſſent) emphaſesque ut putabant Novi Teſtamenti graeci, exprimere Syri allaborabant, Monophyſitae maxime, eruditi quidem non raro, ſed ex monachorum fanaticorumque ſchola egreſſi, literarumque captatores. Teſtis Philoxeniana verſio N. T. ſeculo VI facta, et VII ineunte denuo correcta, de qua vide bibliothecam Orientalem T. XVI n. 254. Jam et incipiebant, vocales Graecas literis ſuis ſubſternere aut imponere, ſed

(*) Vide commentationem noſtram de Syrorum vocalibus ex Ephraemo, (octavam earum, quas in ſocietate Scientiarum Goettingenſi praelectas ab anno 1758 ad 1769 ſeorſim edidimus): et qui haec ex Cuphicarum literarum ſpeciminibus confirmavit, *Sebaldum Ravium*, *de eo quod Arabes ab Aramaeis acceperunt* P. II. §. 4. denique, qui Ravianum de vocalibus Cuphicis *εὕρημα* ita perfecit, ut de eo dubitari amplius nequeat, *Adlerum in deſcriptione codicum Cuficorum.*

ſed initio modice, et ubi valde opus putabant, quod deinde latius fluxit. Fuerunt etiam, qui tentarent, punctorum vocalium varietates ad ſeptenarium numerum evehere, ut poſſent graeca perfectius ſcribere, petiitque a Jacobo Edeſſeno Theophilus Paulus Antiochenus, ut id perficeret; ſed recte negavit vir ſapiens, novam comminiſci orthographiam, quae libros antiquos ea nondum uſos, lectu difficiles factura et quodammodo abrogatura erat (*). Senſim tamen factum eſt, ut quinque vocalium figurae, cum graecae, tum punctis expreſſae, invaleſcerent, quibus in hunc usque diem utuntur.

Graecis figuris primum uti coepiſſe Theophilum Edeſſenum, qui circa annum Chriſti 791 obierit, cum Homerum Syriace verteret, auctor eſt Aſſemanus (**): ſed ſuſpicor, id jam antea factum in verſione Philoxeniana, ſuperſtitioſa diligentia ſonos Graecos redditura; in eo certe ejus exemplo quod Oxonii editum eſt, Marci V, 4. invenio ܦܨܝܛ ܢܟܝܡܐ, aliaque ſimilia, T. XVI. bibliothecae Orientalis p. 145. 146. notata: nec tamen diſſimulandum, ab aliis codicibus ejusdem verſionis Romae adſervatis, Graecas vocales abeſſe. (***).

Cae-

(*) De Syrorum vocalibus §. 2. Aſſemani bibl. Or. T. I. p. 477. 478.

(**) T. I. bibliothecae Orientalis p. 64.

(***) Vide literas *Adleri* T. XVII. bibliothecae Orientalis pag. 126.

Caeterum Neſtoriani vocalium figuris cum Graecis, tum per puncta expreſſis, uti non ſolent, ſed earum loco punctis quibusdam diacriticis, de quibus infra dicemus, atque et paradigma verborum more Neſtoriano ſcriptum dabimus. Vide *Aſſemanum*, T. III. P. II. *bibliothecae Orientalis*, p. 378. n. 3. Occidentales contra Syri, Monophyſitae, Maronitae, etiam vocabulo Romanae eccleſiae orthodoxi, cum Graecis figuris tum Syriacis utuntur, paſſim et ſuperflue additis punctis diacriticis. In codicibus tamen manuſcriptis plerumque non omnes vocales ponunt, aliquando etiam non niſi illis vocibus, quae ambiguae lectori videri poſſunt, unicam vocalem aut duas adpingunt. Veriſimile, ex ejusmodi codicibus prodiiſſe verſionem Syriacam bibliorum in Polyglottis editam, Gabrielemque Sionitam pleraque puncta addidiſſe, feſtinanter quidem et ſaepe male, ut lector ea ſapiens ſequi non debeat. Vetere Teſtamento Syriaco ſi quis uti voluerit, hoc ſtatim ante omnia ſtatuat, punctorum vocalium nullam omnino eſſe auctoritatem: e. g. Job. XVIII, 17. ne putet Syrum tam fuiſſe vecordem, ut חוץ verteret ܒܪܝܬܐ *creaturam*, ſed efferat ܡܕܒܪܐ *deſertum*, ut et Arabs ex Syro اَلْبَرِّيَّةُ vertit. Sic, et gravius, non centum, non ſexcentis, ſed innumeris locis a turpi editore erratum, nec tam inſcitia, quam ſumma ſocordia.

§. VIII.

Vacalium figurae, nomina et valor.

Vocales مُكْتَنَفَا (*) اوحا *motus*, نُصْفَا *pulſantes* ſeu *ſoni*, هِمْصَا vel forte melius هِمْصَا *adjectae*, نُقْطَا *puncta*, grammaticis Syrorum, quibus nunc utimur, utunturque Syri occidentales, quinque ſunt, duplici, ut dixi, figura, Syriaca, quae punctis vocalem exprimit, et Graeca

Figura Syriaca	Figura Graeca	Nomen	Valor
◌ِ	◌ِ	*Pethocho*, فَتْحَا	A.
◌ֵ vel ◌ֶ	◌ֶ ◌ֵ	*Revotzo* رُبُصَا	E.
		depreſſio, i. e. *minus ſonora*	
◌ִ	◌ִ	*Chevotzo*, سِبُصَا	I.
		ſtridor (**)	
◌ُ	◌ُ	*Zekofo* زَقُفَا	O.
		elatio vocis, clamoroſa vocalis	
◌ٗ	◌ُ ◌ٗ	*Etzotzo* عُصُّوا	U.
		compreſſio oris, vel labiorum	

Ad

(*) *David Pauli filius*, ab Amira citatus, ﻣﺎﺭ ﺩﺍﻭﺩ ﺑﺮ ﺍﻣﺮﺍ ﻛﺘﺒﻪ ﻋﻠﻰ ﺍﻟﻨﻘﻂ ﻭﺍﻟﺨﻄﻮﻁ ﻭﻫﻮ ﺍﻭﻝ ﻣﻦ ﻭﺿﻊ ﻧﻘﻂ ﺍﻟﺤﺮﻭﻑ ﻭﺍﻟﻨﻘﻂ ﺍﻟﻌﺮﺑﻴﺔ ﻭﺍﻟﻔﺎﺭﺳﻴﺔ ﻭﺍﻟﺴﺮﻳﺎﻧﻴﺔ

(**) Poſſit eſſe, *compreſſio oris*, quod os minus patet in hac vocali efferenda, quam in A, Ae, E: ſed malim, *ſtridorem*, *tinnitum*, a حَبَضَ, *tinnivit*, *ſonum edidit nervus arcus*, unde et حَبْضٌ *vox imbecillior.*

Ad figuras quod attinet, Graecae quidem graecas vocales in Romanis editionibus magis referunt, quam in cisalpinis, ut ◌ٗ, quod in illis magis ad α, ſed acutos angulos habens, accedit, ◌ٗ in quo pro puncto noſtro exilem circellum habent, ut ſit ου: ◌ٖ plane ex Itacismo ſumtum, qui eo tempore jam viguit, quo Syri Graecorum ſe vocalibus indigere putabant. Quaedam ex his, ut ipſa jam tabula indicatum, libere ſub et ſupra literam ponuntur.

Figuram Zekopho et Etzozo ◌ُ, ◌ُـه, ex qua mihi Arabicum Damma ortum videtur, in Romanis editionibus ſaepe, raro in cisalpinis reperies. Zekopho per duplex punctum expreſſum, nonnunquam cum puncto diacritico Riſch coaleſcit, ◌ُ֗ *ignis*, (ut Cholem Hebr. cum puncto diacritico literae ו vel ש). Etzotzo vix unquam ſine matre lectionis Vau ſcribitur, ſolis exceptis vocibus ◌ُـلا, et ◌ُـهـلا, cui impoſitum facile a Petocho et Zekopho diſcernitur.

Petocho A clarum eſt, id certum, ſed mihi prope aeque certum, plane ut Arabicum Fatha, alicubi et A Anglicanum, noſtrum ae, eſſe, ut in ◌ٔ◌ٖـلـهـا *Angleterre.*

Zekopho Syris occidentalibus O eſt, ſed orientalibus, inque re ſacra Neſtorianis A, ◌ُ֗, *Nuro*, *Nura.* Vide Aſſemanum T. III. P. II. bibl. Or. p. 379 (*).

Sub Etzotzo etiam Ö et Ü latere, non dubito: nec mihi perſuadere poſſum, quod alii volunt, in ſolis ܘ̈ et ܐ̈ ut ü, in reliquis omnibus ut U Germanorum, ſeu OU Gallorum adpellari.

Sunt et alia quibus Syri vocales vocant nomina, a vocali initiali ducta, et memoriae ſervientia discentium, Petocho ܐܦܬܘܟܐ, Chevotzo ܐܟܒܘܨ, Chevotzo ܐܫܒܘܨ, Zekopho ܙܩܘܦ, Etzotzo ܐܬܙܘܬ. Hi luſus erant magiſtrorum alphabeti, quibus nos quidem non indigemus.

§. IX.

(*) De Neſtorianis notatu dignissimam Gregorii Barhebraei narrationem excerpſit Aſſemanus: *Paulo poſt*, inquit Barhebraeus, *obiit Narſes poſtquam in ſchola Neſibis annos quinquaginta manſiſſet. Idem viginti alios annos antea Edeſſae commoratus fuerat. In ejus locum Neſibi ſurrogatus fuerat Joſeph Huzita ejusdem discipulus, qui lectionem Edeſſenam in hanc Orientalem, quam Neſtoriani uſurpant immutavit. Caeterum toto tempore Narſetis ita legebant, ut nos Occidentales.* Hic quidem Aſſemanus Barhebraeum non recte intellectum manifeſti erroris arguit, certum enim eſſe, vel ex vocibus N. T. *Abba*, *Talitha*, *Haceldama*, tum ex nominibus Phoeniciis Graece ſcriptis, Zekopho jam olim A ſonuiſſe. Verum Barhebraeus non de dialecto vernacula loquitur, ſed de ea, qua in ſacris utebantur. Nempe ut nos in inferiore Saxonia ex cathedra ſacra inque re ſacra dialecto non vernacula ſed Misnica utimur, ſic et Orientales Syri in ſacris olim non ſua ſed occidentali uſi, ex celeberrima olim Perſarum academia, Edeſſa, translatitia, O pro A adpellabant, idque et Barhebraei tempore Jacobitae Orientis fecerunt, at Neſtoriani a Joſephi Huzitae tempore vernaculam dialectum in ſacris introduxerunt.

§. IX.

De inepto tentamine Gabrielis Heva, literas pro vocalibus ſubſtituendi.

Incredibilis atque indies creſcens clericorum Syrorum ignorantia, Syriaca praelegentium, quorum ipſi ne verbum quidem intelligunt, novo orthographiae invento occaſionem hoc noſtro ſeculo Romae dedit, quo tales, quos ex anagnoſtarum loco dejicere potius deceret, juvare conatus eſt *Gabriel Heva Maronita.* Talibus, talis ſuppetias laturus, quinque vocalium figuris, (quaſi ut latina lingua ita et Syriaca quinas natura haberet) ſubſtituere conatus literas ـ ـو ـي diverſimode ſcriptas: nempe pro A ponit curvam literae Olaph figuram, pro O rectam, pro I Jud, pro U Vau, pro E, Olaph cum puncto ſiniſtro, ـ̇ـ, (caeſuram vocat). Hoc modo in uſum indoctorum anagnoſtarum Romae 1737 edidit, *librum* (in Germania rarum) *Pſalmorum Davidis, idiomate Syro, ex typographia Petri Ferri.* Magna quidem, ut mihi videtur, ſtultitia, ſigna excogitare, ad quae recitent, qui linguam non intelligunt, arcendi potius a recitando; nec nova ſuis damnis careret orthographia, novas, ſi libris inveheretur, nebulas offuſura, ut fieri ſolet in magna orthographiae mutatione. Quisquamne imitatus ſit, indoctine anagnoſtae ejusmodi libris uti coeperint, ignoro. Libro praemiſſae ſunt,

cenſurae Romanae, teſtantes, nihil *contra fidem et bonos mores eſſe*: de fide fateor, de bonis moribus ſubdubitare coepi, matris enim turpitudo non revelanda, non propalandum publice, tam indoctos habere Romanam eccleſiam, et quae ei addicta eſt, Syriacam, anagnoſtas. Tota libri praefatio, non plauſu quidem, ſed tamen lectu digna.

§. X.

Corollarium de vocalium quantitate.

De vocalium quantitate parum certi dicere datur, cum nobis lingua Syriaca ſit mortua. Ne eos quidem, qui ea in ſacris utuntur, tuto ſequi poſſumus, plerisque enim non eſt nec fuit vernacula, cujusmodi anagnoſtae in quantitate parum fidei: illos autem pagos circa Edenam in monte Libano, in quibus diu fuit vernacula, conſulere non poſſumus. Nec quaeſtio magni momenti, ne in poëſi quidem Syrorum, in verſibus enim componendis ſyllabas numerant, non ponderant.

Id unum certum videtur, Zekopho ſemper longam vocalem: ac veriſimillimum Patach non niſi brevem eſſe.

Pater quidem meus p. 15 grammaticae ſic ſtatuit: longas eſſe, *Chevotzo*, *Zekopho*, et *Etzotzo cum fulcro Vau*, reliquas, ancipites, faſſus tamen, in mere Syriacis Pethocho ſemper corripi, quia non niſi pro Patach

aut

aut Chateph Patach Hebraico ponatur, ſed in ـَـْـا aliisque exoticis produci putabat, ubi ſyllabam ſimplicem facit. Has quidem leges, in quibus aliquid veri, non ex uſu linguae ſtatuit, ſed ex analogia maſorethicorum punctorum invenit, vocalem longam ſyllabe ſimplici, atque etiam tonicae, brevem compoſitae dantium. Ab his autem punctis argumentum ad Syriacae linguae vocales ducere non magis auſim, quam ad Arabicas.

Contra Amira ſic ſtatuit, Petocho ſemper breve, Zekopho ſemper longum, reliquas vocales, Revotzo, Chevotzo, Etzotzo, etiam ubi cum Vau ſcribitur, ancipites. Vide illum libr. VI. c. 1. et 2. ubi et copioſius leges ex quibus ancipites vel producendae ſint vel corripiendae, expoſuit, quas non excerpo. Huic quidem, utpote Edenenſi, quique grammaticam anno 1596 ſcripſit, quo in pagis Edenenſium vernacula eſſe nondum deſierat lingua, potior fides, quamquam nec ab omni errore immunis habendus, fieri enim potuit, ut et aliquando eccleſiaſticam anagnoſtarum adpellationem ſequeretur, non matrem. Unum certe in judicando errorem admiſit, quod ſyllaba ubi longa, et vocalem ſemper longam putat, *omnem ſyllabarum longitudinem ac brevitatem*, (ſunt ipſius verba) *a vocalium omnino longitudine ac brevitate dependere.* Atqui poteſt ſyllaba longa fieri, non vocali ſolum longa, ſed et poſitione.

Cae-

Caeterum aliqui grammaticorum, in ipſa Aſia natorum, et librariorum quantitatem vocalium figuris diſtinguunt, hunc in modum

longum		breve		
◌ָ	◌ַ	◌ָ	◌ַ	Revotzo
◌ֵ		◌ֶ		Chevotzo
◌ֵ	◌ַ	◌ֶ	◌ַ	Etzotzo

Denique aliqui, longas a brevibus nomine etiam diſtinguentes, ſeptem, aut ſex vocalium nomina fecerunt, quae ex Elia, et Davide Pauli filio excerpta invenies in Amirae grammatica p. 34. 35. ſed qui ipſe noluit his minutiis ſtudia impediri.

CAPUT TERTIUM,
DE
NOTIS DIACRITICIS.

§. XI.

De Schva et Dageſch forti, quorum figuram Syri nullam habent.

Antequam de ſignis diacriticis agamus, quae Syri habent, de duobus dicendum, quae ex analogia linguae Hebraicae exſpectaſſes, ſed quibus carent: *Schva* et *Dageſch forti.*

Schva

Schva figura tenus non habent, rem habent: id eſt, ubi Schva mobile Hebraei pingunt, ſemivocalem breviſſimam. *Ludovicus de Dieu* in praefatione ad apocalypſin Syriacam, *memini*, inquit, *a clariſſimo Viro D. Erpenio audire, ſe ex ore doctiſſimi cujusdam Maronitae habere, nullis praeceptis grammaticis, ac vix viva voce, doceri poſſe, quem ſonum Scheva habeat apud Syros.* Ergo ſonum habuit, ſed valde fluctuantem. Maronita, ex cujus ore haec didicit Erpenius, ſine dubio *Gabriel* fuit *Sionita.* Norbergius quoque, qui linguam Syriacam Conſtantinopoli a Maronita Germano Conti didicit, vocalem loco Schva ex ejus ore audivit, ut ܢܶܩܛܶܠ, *Nekatel*, ܢܶܩܛܽܘ *Nekum*, mihique narravit, *Nkatel*, *Nkum*, magiſtro ſuo magnopere displicuiſſe; idemque et p. 18. *commentationis de religione et lingua Sabaeorum*, auctor eſt, Galilaeos hic ea uti literarum figura, cui E adjectum. Vide biblioth. Or. T. XVII. p. 57. 58. Quin et teſte Amira p. 42. fuerunt, qui futurum Pael ܢܶܩܛܶܠ pro ܢܶܩܛܽܘ ſcribi juberent.

Dageſch etiam fortis figuram Syri nullam habent, ſtatuentibus grammaticis non paucis, quos inter et fuit pater meus, rem eos habere, geminationem literarum ex Hebraismi et Chaldaismi analogia, ut in Pael, atque Ethpaal, inque verbis primam radicalem Nun, aut mediam geminatam abjicientibus. Poſſit tamen et hoc, in

ſilentio aliorum grammaticorum Aſiaticorum, dubium videri, maxime, cum de Orientalis et Occidentalis Aramaeismi diverſitate haec quoque tradat Aſſemanus T. III. P. II. p. 379. bibl. Orientalis: *Orientales literas geminant, quibus Zekapha ſeu Petacha adpoſita eſt, ſi praecedant motae vocali A ſeu I, quas Petacham et Revaſſam nuncupant. Ita proferunt* ܐܠܳܗܳܐ *Allahu,* ܐܶܬܩܰܕܰܫ *Etkaddaſch,* ܩܰܕܺܝܫܳܐ *Kaddiſcha. Ubi occidentales* NULLIBI *literas geminant, ſed pronuntiant, Alobo, Etkadas, Kadiſcho.* Sunt quidem in his aliqua minus diſtincte et dilucide ſcripta, nec regulae ſatis cum exemplis concinit, poſſis forte et ſuſpicari, de geminatione eam loqui, quam Hebraismus et Chaldaismus biblicus non habet, ut in *Allahu:* verum diſerte tradit, NULLIBI occidentalem Syriasmum literas geminare, ne in ܐܶܬܦܰܥܰܠ quidem, licet ſit conjugationis Ethpaal. Ergo, donec aliud edoctus fuero, credo, Occidentales ita molliviſſe adpellationem, ut nullibi literas geminent. Iidem, ubi mediam radicalem ſervandae derivationis cauſſa bis ſcribunt, non videntur adpellando geminaſſe, lineolam quippe occultantem ei ſubjicientes, ܐ̣ܰܡ̣ *A-me,* ܡ̣ܰܛ̣ܶܠ̣ܺܝܢ *Ma-telin.*

In exoticis quidem, quorum litera geminanda, aliqui eam bis ſcribunt, (forte et hic lineola occultante notandam) ut ܝ̣ܰܘ̣ܰܢ̣ܢ̣ܳܐ *Joannes (Ivan)* chreſt. p. 85. ܦ̣ܺܝ̣ܠ̣ܺܝ̣ܦ̣ܳܘܣ *Philippus,* ܡ̣ܰܬ̣ܬ̣ܝ̣ܳܐ *Matthaeus,* ܬ̣ܰܕ̣ܕ̣ܰܝ̣ܳܐ *Thaddaeus,*

daeus, in verſione Philoxeniana (*). Videtur tamen mos eſſe paulo ſequioris Syriasmi, antiqua enim verſio ﻫﻴﻠﻴﻔﻮﺱ, ﻟﻮﺩ, ﻫﻮﺩ ſcribit: eoque ita recentiores abuſi ſunt, ut vel ubi Graeci duplicem literam non habent, eos habere putantes, geminam ſcribant, ut ﻫﻮﻣﻮﻟﻮﺱ *Synodus*, chreſt. p. 82.

§. XII.

Rucoch et Kuſchoi.

Ad eas pergimus notas quas Syri habent, quarum plerasque nullo tuo damno ignorabis, et tamen Syriaca expedite leges et intelliges. Ergo his nolim diſcentem fatigari, eorum tamen in gratiam qui adcuratius libros Syriacos tractaturi evolvent, aliqua de ſignis minus ſcitu neceſſariis excerpo. Satis quidem, ſi Ribui et lineam occultantem cognita habeat linguae Syriacae ſtudioſus.

Jam ſupra monuimus (§. 2.) punctum, rubrum plerumque, literis ﺣ ﺩ ﻫ ſuperne impoſitum, adſpirationem demere, purasque facere, ſubjectum adſpiratas eas facere, ﺑ ﺩ ﻫ. Hic modo nomina notamus: illud ﻗﻮﺷﻴﺎ *induratio*, dicitur, hoc ﺭﺨﻮ *emollitio*. Editiones quidem noſtrae nigro puncto loco rubri uti neceſſe habent.

Eadem fere lege ponitur, qua Dageſch lene et Raphe apud Hebraeos, maximeque Chaldaeos. Vide grammaticam Chaldaicam p. 14. 15.

(*) Bibl. Or. T. XVI. p. 129. 130.

§. XIII.

Puncta diacritica vocalium defectum supplentia.

Sunt praeter haec et alia puncta, defectum vocalium sarcientia, de quibus copiose et erudite egit vir doctissimus, suoque fato celeberrimus, *Joannes Laurentius Isenbiehl*, libello peculiari, cui titulus, *Beobachtungen von dem Gebrauch des Syrischen puncti diacritici bey den Verbis. Goettingae* 1773. Verisimile ei visum, (ut et nobis videtur) haec puncta vocalibus Syrorum antiquiora esse, inque academia Edessena, in qua et Persae linguae Syriacae operam dabant, inventa, ut voces iisdem literis scriptae, ܩ-ܛ-ܠ *Ketal*, et *Kotel*, similesque, earum beneficio distinguerentur. Hinc factum ut maxime illis, ac vere solis, Nestoriani utantur, ex schola Edessena egressi. Libri quidem, quibus vocales adjectae, opus his signis non habent, sed tamen vel in his non raro expressa cernas, Romanae quidem editiones optime, satis ea situ quoque et figura ab aliis punctis distinguentes, sed quod nobis easdem typographicas divitias non habentibus, imitari haud datum.

Multus illorum usus est in suffixo ܐ feminino (ܟܬܘ) a masculino (ܟܬܘ) distinguendo; feminino quippe punctum superponunt, ܟܬ̈ܘ, id est ܟܬ̈ܐ. Alias quoque voces, eorum ope distinguendas, pater meus et Amira, notaverant, ut ܥ̈ܐ, idem quod ܥ̈ܐ, contra ܥܐ, ܥ̇ܐ, ܥ̣ܐ, ܥ̱ܐ

ـهِـ *ipſa*, ـهُـ ـهَـ *illa*, ـهِ cum puncto inferno ـهِ *manus*, ـهِ cum ſuperno, ـهُ *quaenam?* ـهـدا, هِـدا *ſomnus*, ـهـدا, هُـدا *annus*, ـهـدا بِـعـدا *novus*, ـهـدا مَـعـدا *nova* (*) ـهـدا, كُـدا *ſervus*, ـهـدا كَـدا *opus*: ſuſpicarique incipio, cum in Catena ad Geneſ. XXXVI, 24 (**) ſub Ephraemi nomine legitur, *in utriusque foederis tabulis frequenter occurrere* بِـعـدا, *(aſini) pro quo indocti ſubſtituant* مَـعـدا, *nomen aſinis equisque commune*, Ephraemum, ſeu forte, quem annotatio magis ſapit, Jacobum Edeſſenum, utramque vocem non vocalibus diſtinxiſſe, ſed puncto diacritico بِـعـدا et مَـعـدا; quo ſumto pars eorum concidit, quae in commentatione de vocalibus Syrorum hujus loci fiducia ſcripſi.

Rarius quidem puncto diacritico in nominibus utuntur, frequentiſſime in verbis: ſed hoc verbis ſervo, poſt paradigma vocalibus inſtructum aliud ex Iſenbiehlio daturus puncto diacritico diſtinctum. Huic ſi quis adſveſcere cupiat, eodem utatur libro, quo uſus Iſenbiehlius vim puncti detexit, Pſalmis Syriacis ex Erpenii editione, Lugd. Batav. 1615. In chreſtomathia quidem, aliisque

(*) In aliis, quae habet Amira, vera antiqua vocalis figura eſſe videtur, ut cum voci ſubjectum I, ſuperpoſitum O ſignificat, جادا *juſtus*, (جادا) اصدا *victoria* (اصدا): certe dubitans modo indico, non onero grammaticam exemplis.

(**) Opera Ephraemi T. I. p. 184.

isque libris Syriacis, quos in uſum auditorum excudi aut feci, aut faciam, omittitur, quod typi noſtri ei ſemper et recte ponendo non ſuffecturi videntur.

Habent et Syri aliquas lineas diacriticas ejusdem generis, quae male aliis re diverſiſſimis nomine tenus adjunguntur, ut

1) ܘ̈ i. e. ܘ̈, particula exclamandi O, ad diſcrimen ab ܘ ܘ̈ *aut*. (Amira p. 40).

2) lineam voci ſubjectam imperativum modum a praeterito diſcernentem, quam vide in ipſo paradigmate.

§. XIV.

R i b u i.

In nominibus ſtatus emphatici, ac ſaepe in verbis, ſine vocalibus ſcriptis, ſingularis a plurali diſtingui nequit: e. g. ܡܠܟܐ legens, ignoras adhuc, ſitne *Malco*, *rex*, an, *Malche*, *reges*. Cui ambiguitati ut occurrerent, invenerunt ſignum pluralis numeri, *Ribui* (ܪܒܘܝ) dictum (*), duo puncta ſupra vocem horizontalia. Exempla ſunto, cum adjecto ſingulari, a quo diſtingitur pluralis.

Sing.	
ܡܠܟܐ	ܡܠ̈ܟܐ

(*) Vocantur etiam haec duo puncta, ut Amira monuit, ܣܡ̈ܟ̈ܐ *adpoſitiones*, ܢ̈ܩ̈ܛ̈ܐ *puncta*, ܛ̈ܦ̈ܐ *guttae*.

Sing.	Plur.
ܫܡܫܐ *miniſter*	ܫܡܫ̈ܐ *miniſtri* Joh. IV, 35.
ܡܛܬ *pervenit* (maſc.)	ܡܛ̈ܝܬ *pervenerunt* (fem.) Luc. XXIV, 1.
ܐܝܬܝ *attulit* (maſc.)	ܐܝ̈ܬܝ *attulerunt* (fem.)
ܗܒ *para* (imperat.)	ܗ̈ܒܘ *pararunt* (praeterit.)
ܐܬܪܥ *ruptus eſt* (maſc.)	ܐܬ̈ܪܥܝ *ruptae ſunt* (femin.) Matth. XXVII, 51.
ܐܬܟܣܝ *tectus eſt*	ܐܬ̈ܟܣܝ *tectae ſunt* Luc. XIX, 42.

Huc et vel maxime referendum, cum Vau vel Jud tertiae perſonae generis feminini omiſſo, e. g. ܡܛ̈ pro ܡܛ̈ܝ vel ܡܛ̈ܟ, verbum plurale ſingularem ſimulat, ut Hebr. VII, 13. ܕܐܬܐ ܡܢܗ̈ in bibliis Polyglottis pro ܕܐܬ̈ܐ Geneſ. VIII, 13. ܐܦ ܐܢܐ ܫ̈ܕܪ X, 18. ܐܬ̈ܐ ܗ̈ܘ ܕܐ. Nec ſolum in libris vocalium ſigna non habentibus, in quibus eo opus erat, Syri Ribui ponunt, ſed et in his, quibus vocales vel omnes adjectae ſunt, atque ita ei adſveverunt, ut vel optimae editiones, licet vocalibus additis, vix unquam omittant.

Ex literis ipſis ubi pluralis agnoſcitur, ne in libris quidem vocales non habentibus hoc ſigno opus, jubentque grammatici ea ut ſuperflua non adpingi, e. g. ܡܠܟ̈, licet id fieri ante ſuffixa velint, ut Pſ. XIX, 9. ܦ̈ܩܘܕ̈ܝ ܕܡܪܐ, quantumvis ex ſuffixo ـܗ adpareat,

reat, ܫܬܝܢ plurale esse, ibidemque v. 10. ܫܬ̈ܝ ܒ̈ܐ ܕ̈ܡ̈ܐ ܕ̈ܟ̈ܪ̈ܐ ܘ̈ܢ̈ܩ̈ܒ̈ܐ ܒ̈ܗ̈ (exempla cita, quae Amira dedit, et in quibus Polyglotta Londinensia consentiunt) quod tamen discrimen non omnes observant. In nominibus numeralibus, ipsa significatione pluralibus, dissidium grammaticorum, et librariorum, aliis hic plane Ribui supervacaneum non addentibus, ܫܢ̈ܐ, ܫܢ̈ܝ, (quod probabat Amira) aliis in solo feminino, et ante suffixa, ܫܢ̈ܬ, ܫܢ̈ܬ̈, et a ܫܢ̈ܐ, ܫܢ̈ܝ, (quod idem narrat) denique aliis ubique ponentibus, ut in bibliis Polyglottis Lond. Ezr. II, 28. ܫ̈ܢ̈ܐ ܘ̈ܡ̈ܐ ܬ̈ܪ̈ܝܢ *ducenti viginti et duo.* Sunt hae minutiae, non dignae in quibus elaboremus, sed scitu tamen necessariae, ne in illis aut conquirendis aut dijudicandis laboremus.

Sunt et hoc signo aut usi ad abusi, ad collectiva notanda et distinguenda, ut ܥ̈ܢ̈ܐ *grex ovium*, ab ܥ̈ܢ̈ܐ, *ovis*, ܥ̈ܕ̈ܐ *grex*, Matth. VIII, 30. 31. 32. Marc. V, 11. 13. Luc. VIII, 32. 33. (nempe, ut distinguas a ܬ̈ܘ̈ܪ̈ܐ *bos*, nec ܚ̈ܙ̈ܝܪ̈ܐ ܥ̈ܕ̈ܐ *bovem* male sanus intelligas *porcorum*) ܥ̈ܪ̈ܕ̈ܐ *asini* Genes. XXIV, 35. ܩ̈ܪ̈ܝ̈ܐ *pagi* Marc. V, 14. ܐ̈ܢ̈ܫ̈ܐ *hominum genus*, *homines*, *aliqui*, ut distinguas a ܐ̈ܢ̈ܫ̈ *homo*, *aliquis*. Vide biblia Polygl. Joh. IV, 12. 13. VI, 10. 14. X, 1. 2. 3. seqq. Sed multa in his orthographiae varietas, nec nostrum, de minutiis incertis sententiam dicere:

non

non decernimus quid fieri oportuerit, aut oporteat, ſed quid a quibusdam aut a multis factum ſit referimus.

Denique alterum ex duobus punctis, ſi ſupra literam Riſch poſita ſunt, cum ejus puncto coaleſcit, ne nimiis punctis oneretur et impediatur textus, ut ܐ̈ܠ̈ܗ̈ , ܩ̈ܕ̈ܫ̈ , ܒ̈ܪ̈ . Hoc quidem certum, atque ab ipſis Syrorum grammaticis, ut Amira, notatum. Contrahitur etiam cum Petocho, ut in Gutbiriana editione Matth. VII, 25. ܐ̈ܣ̈ܬ̈ܝ̈ *fundamenta ejus*, ſed Polyglotta figura Graeca vocalis concurſum punctorum vitant, ܐ̈ܣ̈ܬ̈ܝ̈.

§. XV.

Marhetono et Mehagjono.

Marhetono et Mehagjono, lineola ſuperna et inferna, nobis plane ſuperflua, non inviti careremus, nec frequens ejus in libris uſus: ut tamen, quid ſibi velint, intelligatur, ex capite VI. ſumendum, Syros, quibus plurium conſonantium, nulla intercedente vocali, pronuntiatio paulo difficilior, vocalem libere aliquando adſciſcere, ac prout lubuerit eloqui et ſcribere poſſe, ܩ̈ܕ̈ܫ̈ et ܩ̈ܕ̈ܫ̈ , ܒ̈ܪ̈ et ܒ̈ܪ̈ , ܬ̈ܫ̈ et ܬ̈ܫ̈ . Hujusmodi ergo voces, ubi volunt *audita vocali*, *tribus ſyllabis* appellari, dubiis literis lineam *Mehagjono* dictam ſubjiciunt, ut ܒ̈ܪ̈ (*Dechel-tho*) ܫ̈ܠ̈ܡ̈ *perfectus*, ܩ̈ܕ̈ܫ̈ *oriens*, ܩ̈ܕ̈ܫ̈

 fide-

fidelis, ܡܗܝܡܢܐ *cubile*, ܡܗܝܕܥܐ *ſeductor*, ܡܗܝܡܢܐ *bellator*, ܡܙܒܚܐ vel ܡܙܒܚܐ *victima*, ܡܫܟܪܢܐ *inebrians*. Nomen ܡܗܓܓܢܐ (*Mehagjono*), ex etymo ne doctiſſimis quidem grammaticorum intellectum, proprie eſt, *diſtincte in ſyllabas diſpeſci jubens*, *ab* ܗܓܓ, *connexuit literas in ſyllabas* (*prout tirones legere diſcunt*): *caeſuram vocum adpellando expreſſit*, unde Syris ܡܗܓܐ *ſyllaba*.

Contra, *ubi easdem voces raptim non audita vocali, ut biſyllaba adpellari volunt*, lineam *Marhetono*, (ܡܪܗܛܢܐ, *currere facientem*) ſupra eandem dubiam literam ponunt, ut ܒܬܟܐ, (*Dech-ltho*) ܙܕܩܐ (*Zed-kto*) *elemoſyna*, ܒܥܬܐ *annulus*, ܚܫܫܐ *pudor*, ܡܠܟܬܐ *regina*, ܢܬܦܣ *rapient*.

Mirum videri poſſit, utraque adpellatione vocum licita, et cum in communi ſermone plerumque aliqua audiatur vocalis breviſſima, licet nullam adſcribas, ſcriptores tam eſſe ſtolide ſolicitos, ut praecipere lectori velint, quo modo vocem efferre debeat, quam forte tacitus leget. Rogarunt aliquas quidem leges grammatici, ut, literas ܟܕܬ (addunt alii ܒ) ſemper linea Mehagjono adficiendas, quas retulit, ſed parum illis fidei habens, Amira p. 41. 42. Vero autem ſimillimum, quod idem prodidit, inventum utrumque ſignum ad menſuram poëmatum firmandam, atque deinde ex poëſi in proſaicam

cam orationem fluxiſſe. Fac in verſu ſeptem ſyllabarum ܐܣܝ pro duabus modo ſyllabis poſitum eſſe, una ſyllaba redundabit, ſi *De-bach-tho* efferas: jam cum Syri diu ante noſtrarum vocalium uſum non modo verſus conderent, ſed et conciones ſacras metricas haberent, quales plures Ephraemus reliquit, non mirum, addito ſigno monitum lectorem, *Deb-chtho*, an, *Debach-tho* ſcandere vocem dubiam debeat. Sic et nos *apoſtrophi notam* in carmine ponimus, quam alii et in ſcripta proſaica, elegantes ſic ſibi viſi, receperunt. Commemorat idem, Syrorum Poetas aliquando praeter legem ex ſola licentia Mehagjono, ſeu quod idem eſt, vocalem addere, ad verſus ſyllabas ſupplendas: e. g. ܒܬܘܠܬܐ, ܟܬܒܐ, quod alicubi in Ephraemi carminibus legitur, non niſi ſex ſyllabas habiturum erat, et tamen ſeptenis opus, ergo effertur Bel-o-dehed-mau-hab-thoch, ſcribitur ܒܬܘܠܬܐ ܟܬܒܐ.

Alius quoque uſus lineae ſupernae, ut compendia ſcriptionis notet, e. g. ܟ pro ܟܘܕܫܐ *gloria*, ܐ pro ܐܝܬ *eſt*. (Joh. VIII, 7. in Polygl. Angl. et Gutbierii N. T. Schafius enim habet ܐܝܬ.) Quae quidem compendia, eorumque ſigna, frequentia eccleſiaſticis ſcriptoribus, ut ܩ pro ܩܕܝܫܐ *ſancti*, i. e. *epiſcopi*. Imponi etiam literis ſolet, numeros ſignificantibus, ut p. 73. chreſtomathiae, ܐܬܬ ܫܢܐ, vel ܐܬܬ.

§. XVI.

Lineola occultans.

Lineola occultans, literis ſubjecta, tria ſignificat,

1) *literam plane non audiri*, ut ܒܬ *Bath*, filia: quod quibus legibus fiat, in capite de conſonantium accidentibus explicamus.

2) *Ee* (ܝ) *primae radicalis ante He mollius atque ut Olaph audiri*, ut ܝܕܥ *meminit.* ܝܕܥ *profuit*, ܝܕܥ *lascivus fuit.* Exempla non addo, ſatis enim multa ſub his radicibus in Caſtelli Schafiique lexico invenies.

3) *literam ſine vocali efferendam eſſe*, ſeu, ut Syri loquuntur, quieſcere. Ita poni jubent in imperativo Peal verbi ܪܗܛ, ܪܘܛ *curre*, inque imperativo Ethpeel, ܐܬܦܥܠ *Ethkatl*: e. g. ܐܬܝܗܒܘ *obedite* Col. III. 20. 22. ܐܬܨܒܪܘ *perſevcrate* Col. IV, 2. Satis hoc concinit analogiae linguae Arabicae; quae ipſa quoque imperativum corripit, ut قُلْ pro قول.

Voluerunt alii, e. g. Schafius in praefatione Novo Teſtamento Syriaco praemiſſa, idem lineam ſignificare mediae radicali imperativi Ethpaal, et Eſchthaphal ſubjectam, ut ܐܬܬܩܝܡܘ *ſtabilimini*, 2 Theſſ. II, 15. ܐܬܬܙܝܪܘ *armamini* 1 Petr. IV, 1. ܐܬܬܙܝܢ et ܐܬܬܙܝܕ *confortamini* 2 Tim. II, 1. Eph. VI, 10. ܐܬܬܒܚܘ *transformamini* Rom. XII, 2. Id verò, licet et in Polyglottis ita ſcriptum reperiatur, dubium viſum patri meo,

primo,

primo, quod in ultimo exemplo difficile ſit, nulla interjecta vocali *Eſch-thachlf* efferre, deinde quod Coloſſ. III, 18. إهْدَحْبِي Matth. IX, 27. إرْحَمْنَا cum vocali legatur, itemque aliis locis, quae ad paradigma notabo. Recte vero illum dubitaſſe video, namque et Germanus Conti Norbergio reſpondit, *hanc grammaticorum doctrinam Syros nunquam eſſe amplexuros* (*). Ergo veriſimile, quod et pater ſuſpicabatur, in his non niſi lineam diacriticam imperativi eſſe, ac male editores vocalem omiſiſſe, quod pro occultante haberent. Nempe quod imperativus Ethpeel, forte et alius, lineam occultantem haberet, ea ut ſignum diacriticum modi imperativi uſurpari coepit.

Lineolam occultantem, quam religioſe ponere ſolent Polyglotta Londinenſia, in editionibus Romanis ſaepe omitti videas, quod argumento eſt, et in codicibus manuſcriptis omitti, cum ea opus non eſſe videretur Syriacae linguae perito.

§. XVII.

Puncta diſtinctionis, interrogationis etc.

Signorum diſtinctionis non plane idem apud Syros uſus, ſed varius ſaepe, ut et apud nos. Optime poſita videas in Romanis editionibus, ut Aſſemani bibliotheca

(*) *de Sabaeorum lingua p.* 18.

theca Orientali, ſed vel in chreſtomathia mea, licet ſit ex Aſſemani bibliotheca expreſſa, magnopere mihi diſplicent, noſtris typographeis non ſatis ſufficientibus ſignorum diſtinctionis diſcrimini ab aliis punctis exprimendo. Ex Amirae, quem hic ſequi prope neceſſe eſt, praecepto (*), primo termini artis notandi, ܦܘܫܩܐ *promiſſio*, et ܦܘܪܥܢܘܬܐ *retributio*: illo nomine *protaſin*, hoc *apodoſin* Syri dicunt; quibus tamen nominibus et longius inque plura membra diviſum ſubjectum et praedicatum complectuntur. Jam quatuor ſunt Syris diſtinctionis ſigna primaria, (ſeu, ut illi vocant, radicalia, ܐܡܐ) ex quibus alii dein plura fecerunt:

1) *duo puncta noſtrum colon figura referentia* (:) ܬܪܝܢ i. e. *aequalia*, *aut* ܙܘܓ *compar*, dicta, ſi protaſis pluribus membris conſtet, ea diſtinguit, eſtque adeo noſtro commati et ſemicolo ſimillimum.

2) *duo puncta oblique a ſiniſtra ad dextram poſita, ita ut dexterum ſit infra lineam* (:) ܬܚܬܝܐ, *inferius, dictum*, protaſin finit et ab apodoſi dirimit. Habet ergo fere eandem vim, quam noſtrum colon.

Interdum ut ſignum interrogationis ponitur, Joh. XIX, 15. : ܐܨܠܒ ܢܡܠܟܟܘܢ *regem veſtrum crucifigam?*

3) *duo puncta oblique a dextra ad ſiniſtram poſita, ita ut dextrum punctum paulo ſupra lineam emineat*, ܟܘܟܐ

(*) libro VII. grammaticae.

ܡܠܬܐ *dictum* (:) apodoſin in ſua membra diſpeſcit, poteſtate fere idem quod noſtrum comma et ſemicolon.

Interdum etiam poſt longiorem interrogationem ponitur, ut Matth. XII, 10. ܘܫܐܠܘ ܠܗ ܐܡܪܝܢ ܠܡܐ ܫܪܝ ܠܡܥܒܕ ܫܒܬܐ ܐܢ ܙܒܢ ܕܢܫܬܟܚ ܠܗ ܐܫܡܐ.

4) Denique *punctum unum*, ܚܕ ܢܩܛܐ *dictum*, periodum finit: (quamquam, cum longioribus periodis non adſveti ſint Syri, in harum etiam aliquando medio ponitur, in duas diſpertiens, cujus rei exemplum ſtatim in initio chreſtomathiae noſtrae p. 1. 2. invenies.)

In his tamen regulis obſervandis multum vel in optimis editionibus diffidii: quin et alia ſunt ſigna diſtinctionis, quae uſurpant, ut

5) *punctum unicum*, pro minima diſtinctione poſitum, ac fere noſtro commati aequale. (Widmanſtadiana ſic editio, et Polyglotta Londinenſia.)

6) *quatuor puncta* (⁘) (::) pro maximo diſtinctionis ſigno, in fine periodi. Sic Erpeniana editio pſalmorum.

7) Tria puncta poſt ſignum dicti ante orationem longiorem: ut Matth. XIX, 28. ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܡܪ ܠܟܘܢ ... Ponunt et interrogative.

Sed

Sed non vacat, nec lectoribus aut jucundum fuerit, aut proficuum, plura legere: equidem mihi conſcius ſum, me nunquam ad ſigna interſtinctionis in Syriacis legendis attendiſſe, et tamen ea intellexiſſe, adeo ſunt facilia. Forte adhaeſiſſem, ſi vel oculos illis commodaſſem, ob male poſita interſtincta.

Alia quoque (nunc iterum Amiram excerpo) Syri ſigna habent, ut ille vocat, *adfectuum*, id eſt, *interrogativa*, *vocativa*, *exclamativa*, *laudis*, *gratiarum actionis*, *imperativi:* quibus linguam onerari potius quam ſcribi, quis eſt, qui non videt? nec tam hebetibus ſcribimus, ut talia adpingenda ſint. Ut tamen videant lectores, quousque proceſſerit ſtudium omnia ſignis notandi, quae non plane hebes ſua ſponte percepiſſet, atque ne ejusmodi ſuperflua puncta myſterium videantur, aut morentur codices manuſcriptos legentem, haec excerpere fas ſit.

Eſt punctum *adfectus*, ut cum Amira loquar, quod primae aut primis vocum literis imponitur, varia ſignificatione et nomine, ut

1) *interrogationis* (هفاكنا) أنضا *ubi?*
2) *vocandi*, (هنوفنا) كفلب ٥٦ *venite ad me.*
3) *admirationis* (هنطنا) pro quo et interdum duo puncta oblique ponuntur, أنضنا vel أنضنا, *quomodo!*

4) *lau-*

4) *laudationis* (ܡܫܒܚܢܐ) ܐܝܟ ܓܘܪܐ ܕܐܪܝܐ ܐܝܗܘܕܐ *catulus leonis Judas!*

5) *beatificationis* (ܡܒܪܟ ܗܘ ܓܒܪܐ) ܒܪܟ ܓܒܪܐ ܗܘ *beatum virum.*

6) *oſtenſionis, emphaſeos,* (ܡܫܬܡܫܢܐ) ܗܢܘ ܓܒܪܐ ܗܢ *hic vir, hic eſt.*

7) *imperativi* (ܡܦܩܢܐ) ܙܠ *abi,*

quae tamen, ut minus neceſſaria, ac verbum onerantia ſignis, non lectionem adjuvantia, vel in optimis editionibus omitti videas. Nec ea commemoro, ut adjumento ſint, ſed ne impedimento, lectore ad ignotum ſibi punctum adhaerente. Idem de plerisque ſignis diacriticis dictum eſto: non ea diſcenda, in grammatica tamen hoc fine tradenda, ut lector de illis anxius, quidque ſignificet anquirens, evolvere poſſit.

CAPUT IV.
DE
TONO.

§. XVIII.
Tonus eſt in penultima.

De tono nota eſt, et tralatitia grammaticorum lex, *eum eſſe in penultima, niſi ultima in conſonam mobilem deſinat,*

nat, *tunc enim ultimam tonum habere.* Hic quidem omnino dividenda ſententia: ergo

1) *regulariter tonus eſt in penultima*, ut ܡܲܠܟܐ *Málche*, ܛܘܪܐ *túro* (*mons*) ܡܲܠܟܘܬܐ *Malchúto*, ܡܠܟܘܬܐ. Hoc quidem dubio caret, eſtque et pronuntiationi Judaeorum in Polonia et Germania, qui ortu Galilaei dicuntur, conſentaneum.

Quam autem nos penultimam dicimus, ut *Mal* in ܡܲܠܟܬܐ *Málchto* (regina) ea ob breviſſimam vocalem inter tres conſonantes incerto prope loco intercedentem, *Malchetho*, *Malechtho*, poſſit antepenultima vocari, atque fit etiam ſcribendo nonnunquam antepenultima, ubi ܡܲܠܟܬܐ, ܡܠܟܬܐ cum linea Mehagjono (§. 15.) ſcribitur: verum id ſedem toni non mutat, manet in eadem ſyllaba, ſive penultimam illam vocare lubuerit, breviſſima non numerata, ſive antepenultimam.

In quibusdam, quorum U penultimum breve ſtatuit Amira, p. 462. 463. ut ܐܲܚܘܼܬܐ (*fraterculus*) dubito, ſintne non obſtante U brevi paroxytona, *achúno*, an vero proparoxytona, *áchuno:* nec ea lis, non magni momenti, niſi in Edenenſi regione decidi auditu poteſt.

§. XIX.

§. XIX.

niſi ultima in conſonam mobilem deſinat.

2) At excipiunt ab hac lege, tonumque in ultima habere ſtatuunt, *eas voces, quarum ultima ſyllaba in conſonam mobilem deſinit*, ut ܐܺܬܶܒ *Itheb*, ܪܳܥܶܐ *Rotach*, ܡܰܠܟܺܝ *Malchin*, ܡܰܠܟܳܐ *Malchai*, ܡܰܠܟܽܘܬ *Malchuth*, *itemque apocopata in U et I deſinentia*, ut ܡܰܠܟܽܘ *Malchu*, ܟܽܘܪܺܝ *Kori*: in his enim, quae origine tenus in *Uth* et *Ith* deſinebant, apocopen literae ܬ ſedem toni non mutare.

Veri his multum ſubeſſe credo, ſuſpicor tamen, non paucas ab exceptione faciendas exceptiones eſſe: fere ut noſtri Judaei, quibus Galilaea origo adſeritur, multa in conſonantem mobilem deſinentia, ipſumque רֵאשִׁית, faciunt paroxytona. Certe in Amirae Edenenſis grammatica p. 467. 469 legens, I in ܐܰܢܺܝ ܠܟܽܘܢ, ܟܶܣܺܝܠܟܽܘܢ, ܐܰܢܰܚܢܰܐ, produci, contra U, addita etiam brevitatis nota, corripi in ܩܛܰܠܬܽܘܢ *reſpondiſtis*, ܩܪܺܝܢܟܽܘܢ *lectio veſtra*, ܐܺܝܬܽܘܢ *eſtis*, ܐܰܢܬܽܘܢ *vos*, ܒܳܥܶܐ *comedet*, ܒܰܙܰܙ *diripiet*, vix aliter ea ex hominis Edenenſis mente efferre, quam ut paroxytona poſſum, *Evangelion*, *Baſilios*, *Anaithun*, *aththun*, *Nécul* &c. Sed lis exigui momenti, maxime cum ne in Syriaca quidem poëſi toni ratio haberi ſoleat, ſyllabaeque ut ſupra dixi, numerentur non ponderentur.

CAPUT V.
DE
CONSONANTIUM
MUTATIONIBUS ET ACCIDENTIBUS.

§. XX.

Literis quae accidant? - - Quieſcere, otiari, occultari, quomodo differant?

Quae literis accidunt, ea eodem ordine tractabo, quem in grammatica Hebraica ſequutus ſum: 1) *ſcribuntur ſed non adpellantur.* 2) *excidunt.* 3) *adduntur.* 4) *ſecum invicem permutantur.* 5) *transponuntur.*

Ergo primo literae ſcribi, ſed in loquendo et recitando non audiri, poſſunt. Id quidem fit triplici modo

1) ut conſonantes non audiantur, praecedente vocali, cujus ſonum induunt, quod ubi fit, *quieſcere*, dicuntur: forte non male diceres, *vocalescere*, vel, *vocales fieri*, ſed uſu receptum non eſt. Hic quidem, ut aliis verbis utar, *pro litera vocalis auditur.*

2) ut conſonante praecedente plane non audiantur, nullo quoque audito ſono vocali. Hoc, *otiari*, vocare coeperunt grammatici, nec nomen rei mutare velim, ſufficitque, definitionem addidiſſe, qua *otiari*, a, *quieſcere*, diſtingui poſſit.

Hoc

Hoc quidem utrumque ſine ſigno diacritico fit, ſed eſt

3) ubi litera ſcripta non adpellatur, inque ejus rei indicium a librariis adcuratius ſcribentibus ſignum aliquod additur, linea ſub litera poſita, quae *occultans* dicitur. Quod ubi fit, litera *occultari* dicitur. Haec quidem eo fine clarius expoſui, ne, quod alii grammatici admiſerunt, *quieſcere*, *otiari*, *occultari*, nulla addita definitione, res eaedem, et ſolo nomine divelli videantur.

§. XXI.

Literae ـو ا quieſcunt.

Literas quieſcentes non niſi tres numerant Syri, Olaph, Vau, et Jud. Fuerunt, qui et He adderent, nec negari poteſt, He ſcriptum ſaepe ſilere, ſed quia alio modo ſilet, lineamque occultantem ſignum ſilentii ſibi ſubjectam habet, de eo deinceps ſeorſim agere lubet. Certe in ſuffixis ut, ـهُ ـهِ ـهُـ, quieſcere non putandum eſt, ſed conferendum He Mappikato Chaldaeorum, הֻ הִ הָ.

ا Olaph.

Finale regulariter non quieſcit niſi in O et E, ـُو ـِي. In quatuor verbis ـُـا *impurus fuit*, ـُـا *ſolatus eſt*, ـُـا *foedavit*, ـُـا *condecoratus eſt*, eorumque

derivatis, non quieſcentibus ſed gutturalibus accenſendum, et par Hebraico He Mappicato habendum.

In medio vocis amat quieſcere in E et I, ﭐـــ, ﭐـــ, ﭐـــ *conſcientia*, ﭐـــ *daemon*, ﭐـــ *feſtum* maxime tamen in I, quae tanquam ſua et propria vocalis eſt, ut vel prima radicalis Jud, in I quieſcens, mutetur in Olaph, ﭐـــ pro ﭐـــ, inque peregrinis ut mater lectionis vocalis I ponatur, ﭐـــ *ζητήματα*, ﭐـــ *κιβωτὸς*, ﭐـــ Marc. V, 22. Luc. VIII, 41. *Ἰάειρος* (his punctis inſtruendum putem, ﭐـــ, Graeco A per Zekopho expreſſo). Eſt tamen et ubi in peregrinis pro *αι* ponitur, ut ﭐـــ pro *καιρός*. Editores et lexicographi ei hic Chevotzo ſubjecerunt, rectene? an per errorem? ſitne hic I, an ex Etacismo *Ae* adpellandum, in dubiis relinquo: id tamen video, in Philoxeniana verſione ſaepe pro *αι* Olaph ut matrem lectionis poni, ut pag. 129. 130. partis XVI. bibliothecae Orientalis, in nominibus *Ζεβεδαῖος*, *Βαρθολομαῖος*, *Μαθθαῖος*, *Ἀλφαῖος*, *Θαδδαῖος*. Denique, ut ex eodem ſpecimine verſionis Philoxenianae intelligitur, in ſequiore hoc Syriasmo perſaepe ut mater lectionis graeci A ponitur: ſed hoc in bono et antiquo Syriasmo rarius. Unum hic adjicio ex chreſtomathia exemplum, ſed vel ipſum recentius et monophyſiticum (nam et haereſes ſuam ſibi orthographiam vindicarunt) ﭐـــ *τάγμα*. In ſcriptis recentioribus

ut

ut mater lectionis pro omni E balante ponitur, (nempe quod Petocho etiam Ae effet) ـــ ـــ *πέζξη*, chreſt. p. 74. ـــ *Angleterre*, Abulfeda de rebus Richardi p. 1.

Verum haec lex late per omnem Syriasmum, ac quantum equidem memini, ſine exceptione regnat: *Aleph medianum vocalem habens, eam ad praecedentem literam vocali deſtitutam, remittit* (*), *et in ea, quaecunque fuerit, quieſcit:* ـــ pro ـــ ـــ ـــ pro ـــ ـــ ـــ (*defatigatus ſum*) ـــ pro ـــ, ـــ ـــ pro ـــ. Huc et referenda, quae cum Hebraicis comparo, ـــ *dolor* pro כְּאֵב, ـــ *fructus* neutiquam ex פְּרִי ſed ex פְּאֵר *ornatus capitis*, ـــ *ciſterna* pro בְּאֵר, ـــ *lupus*, ex זְאֵב, ـــ *ficus* ex תְּאֵנָה.

ו Vau.

Vau vocali deſtitutum plerumque quieſcit in U, ut ـــ finis, ـــ ſurge, quin et ut mater lectionis hujus vocalis ponitur. Sic ſatis conſtanter in futuro, ـــ. Eſt

(*) In Romanis quidem editionibus plerisque vocalis ſcribendo non remittitur, ſed literae Olaph imponitur: ſequutusque id in chreſtomathia ſum, cum quod ex Romana editione omnia expreſſa, tum quod optimorum codicum copia nulla bibliotheca Vaticanae comparanda. Ad rem vero nihil refert, nam vel ſic Aleph quieſcit, vocalisque ſtatim poſt praecedentem literam auditur, ـــ *Bur-cho.*

Caeterum ad illuſtrandam rariorem orthographiam Hebraicam hoc recte transtulit Pater meus in *luminibus* Syriacis §. 9. Vide et bibliothecam noſtram Orientalem T. III. p. 233.

Eſt et ubi ſecundum quorundam morem duo Vau in uno U quieſcunt, ut ٱوْوَعْدَا *promiſſio*, ٱوْوَحْكَا *indicatio*, ٱوْوَمْدَا *cunctatio*, quorum prius eſt fulcrum vocalis Etzotzo, poſterius prima rad. Jud vel Olaph in Vau mutata, ab ٱيْـ , ٱيْـ , ٱدْـ . Vau medianum, duas inter conſonantes conſtitutum, arceſſit ſibi vocalem U, in qua quieſcat: ٱوْعَدْـ pro ٱوْعَدْـ.

In exoticis ut index vocalis O, in qua quieſcit, ponitur, ut Act. X, 1. ٱوْقَيْسَرْيَا XVII, 18. ٱوْيَسُوعَا, ٱوْحَنَّوْنَا, ٱوْهَلِيمَا v. 17. ٱوْغَيْسَا Matth. XIX, 28. ٱوْنَوْعَ. Hic quidem et ex inſcriptionibus Palmyrenis addere auctoritatem licuerit, Σεπτιμιος, ٱوْسَبْعَا; ſed et libertatem Vau omittendi, earum auctoritate defendere, octava enim et nona defective habent, ٱمْكَا ٱوْنْكَا, ſeu ut Graeca quoque, ex Graeca inſcriptione, nomina addam, ΙΟΥΛΙΟϹ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΣΕΠΤΙΜΙΟϹ. Eandem terminationem Graeciae uſitatiſſimam aliis etiam exoticis addunt, quae eam in Graeco ſermone non habent: ut ٱوْدَنَا ἀρχαί.

Secundum editos libros in ejusmodi Graecis in A quoque et E quieſcit, ut ٱوْدَنَا ἀρχαὶ in nominativo, at in aliis caſibus ٱوْدَنَا Eph. III, 10. itemque ٱوْزَبْنَا Ἀθηναϛ, et ٱوْزَبْنَا Ἀθήναις (*): ſed ſuſpicor, male hic a recentioribus vocales adjectas, atque ejusmodi nomina

(*) Loca in Schaſii lex. invenies.

na graeca, quibus vel praepoſtere terminatio ΟΣ addita, indeclinabilia Syris fuiſſe, ut ſunt ſua ipſorum vocabula.

ـ Jud.

Jud non niſi in E et I quieſcit, ut ـيـ , ـيـه , ـيـهـ: de Jud initiali Chevotzo ſubſtratum habente, quod ipſum, ſi velis, quieſcere dixeris, vide pag. 9. hoc unum addens, ejusmodi ـيـ initiale, ſi praefixum accedat, vocalem illuc remittere, ut ـيـبـحـه cum Vau praefixo ـيـوـبـحـه (*).

Hinc fit ut in nominibus exteris ſcribendis perſaepe ut mater lectionis ponatur, Graecis I habentibus: exempla non adjicio, quia ex his, quae paulo ante ſub Vau poſui, repeti poſſunt. Sic quidem modeſte et ſapienter veteres Syri, ac maxime verſio antiqua, litera Jud utuntur, recentiores frequentius id faciunt, et maxime verſio Philoxeniana, alicubi adeo AI per Olaph Jud exprimens, ΚΑΙΣΑΡ قايصر. (Or. Biblioth. T. XVI. p. 138). Quin et ſequiorum ſeculorum orthographia E Europaeorum breviſſimum per Jud exprimit, ut ايـحـلـا *Angleterre.*

Jud in medio vocis, inter duas conſonantes conſtitutum, vocaleſcit, id eſt, vocalem ſibi I arceſſit, in qua quieſcat, ut ايـمـا pro اـمـا *meretrix*, ايـدـبـ &c.

§. 22.

(*) Transtulit ad Hebraica pater, in luminibus Syr. Vide et Or. Bibl. III. p. 233.

§. XXII.

ا ٥ *et* ـ *otiantur.*

Otiantur eaedem literae, i. e., plane non audiuntur:

ا *Olaph.*

Olaph pronominum اِيدْهُ et اِيـدْهـ, praeſentis formandi cauſſa participiis adjectorum, ut اِيدْهُ مْهُكِـ *Kotelithun* اِيدْهـ مْهُكِـ *Kotelothen*, ultimo etiam vocis praecedentis Nun non audito. Vide e. g. Matth. XI, 14. ٣ِصـ اِيدْهُ Luc. XXIV, 3. اِيدْهـ مْحُمُـ. Vide plura in capite VII. de verbis, ſub, *praeſente.*

٥ et ـ *Vau et Jud finale.*

1) in terminatione verborum, vocali nulla praecedente: ـدْهِكْـ (ſec. perſ. fem.) ـهِكْـ (tert. perſ. maſc.) ـكِهْـ (fem.) ـكْهُـ, ـهْكْـ (imperativus) ـكْهُـ٧ (fut. fem.): itemque in pronomine ſecundae perſ. ſing. feminino, ـيـدْهـ.

In verbis quidem hoc otioſum Vau et Jud a librariis ſaepe omitti, infra videbimus, ubi ad paradigma verborum perventum.

2) In ſuffixis, ـبْكْـ, ـبْكِيـ, ـبْكْبِـ, ـبْكْبِوِـ. Hoc tamen Jud ſequente ٥٥ pro verbo ſubſtantivo, aut ſuperflue poſito, ejusque He occultato, mobile fit, Joh. VI, 51. ٥٥ ـهْجِـ *pagriju*, Jeſ. XLV, 14. ٥٥ ـحْـ *bechju.*

3) In اِ٧كْـ *heri*, ـكْـ *tranquillitas*, ſimilibusque: a quo ـكْـ cum in ſtatu emphatico fiat اِكْـ, etiam alia

in

in ſolo ſtatu emphatico obvia nomina, ut ܥܘܠܐ *ejulatus*, ܒܟܝܐ *fletus*, ܠܠܝܐ *nox*, in ſtatu abſoluto ܥܘܠ, ܒܟܐ, ܠܠܐ concipienda videntur.

Patri meo veriſimile, mihi certum videtur, in his omnibus olim ante multa ſecula pro Vau et Jud vocalem U et I auditam fuiſſe, ſed hanc vocalem finalem ſenſim in deſvetudinem abiiſſe. Simile quid et Arabicae accidit linguae in vita communi: vide grammaticam Arabicam §. 36. 63. 65.

§. XXIII.

Occultantur literae.

Occultantur literae, ſubjecta illis lineola horizontali, quam occultantem dicunt (§. 16.):

1) in nominibus mediae radicalis geminatae, quoties utraque litera ſcribitur, ad derivationem nominis orthographia exprimendam, nec tamen adpellatur, prior ex illis, ut ܡܪܕܐ *fluctus*, ܡܢܢܐ *manna*, ܡܗܡܟܢܐ *obumbrantes*, ܡܨܕܕܐ *loquela*, ܥܪܡܐ *acervus*, Deut. XIII, 16. ܬܠܡܐ (ſi modo recte poſita a Gabriele Sionita puncta) Deut. XIV, 22. quae *Gale*, *Mano*, *Matelin*, *Mamelo*, *Thelo*, *Altho* efferenda; geminationem enim literarum non amare Syros occidentales, ſupra §. 11. p. 33. 34. ex Aſſemano monuimus.

2) Olaph initiale in ܐܚܪ (*chjon*) *cognatus*, ܐܚܘܬܐ *cognatio*, ܐܚܪܝ et ܐܚܢ *alius*, ܐܚܪܢܐ et ܐܚܪܬܐ *ultimus*, ܐܚܪܝܬܐ

ܐܢܘܢ et ܐܢܘܢܝܐ *poſtremo*, ܐܢܫ *homo*, ejusque derivatis pluribus, ܐܝܬ *arcanum* (*), aliisque: atque, quod maxime notandum in pronomine ܐܢܐ, quoties verbi ſubſtantivi loco ponitur, ut ܐܢܐ ܡܚܙܐ *video*, ܐܢܐ ܐܝܬ *ego ſum.*

3) Dolath ſine vocali ante Thau poſitum, ut ܚܕܬ *novus*, ܥܕܬ *eccleſia:* effer *Chato* pro *Chadto*, *Ito* pro *Idto*, fere ut pro *adtuli* dicimus *attuli.*

4) He, idque

a) in pronominibus ſeparatis ܗܘ et ܗܝ aut pro verbo ſubſtantivo, aut ſuperflue poſitis: quae vocalem ſuam ad praecedentem vocem, vocali propria in fine deſtitutam, remittunt (**), ut, ܗܘ ܠܝܛܘ *litu*, *maledictus ſit*, ܗܝ ܡܢܐ *quaenam eſt?* ܗܘ ܕܒܗ *in quo eſt*, ܗܘ ܓܫܡܝ *corpus meum eſt.*

Quod ſi praecedens vox in vocalem deſinat, ܗܘ et ܗܝ ita conjuncta ſuam vocalem abjiciunt, Vau et Jud cum vocali praecedentis vocis diphthongeſcentibus: ܗܘ ܩܫܐ *Keſcheu* (*durum eſt*) ܗܝ ܗܕܐ *Hodoi* (*haec eſt*): ita tamen ut O finale vocis praecedentis ante ܗܘ mutetur in A, ܗܘ ܐܢܐ *Enau*, *ego ſum*, pro ܗܘ ܐܢܐ ܓܫܡܐ - -

(*) quamquam hoc mallet Amira ſcribi, ut in libris antiquis ſe inveniſſe teſtatur, ܐܝܬ, idque Chaldaismo et Hebraismo convenientius.

(**) Remiſſio non ſemper ſcribendo fit, ſed et poſſis ſcribere, ܗܘ ܠܝܛܘ, ore autem et voce vel ſic vocalis remittenda, *litu.*

ـ ـ ـ

vocali vacua erat, remiſſa ad hanc vocali ſua occultatur: ut ܐܙܠ (*Ezath*) pro ܐܙܠ, ܐܙܠܝ *abibunt*, pro ܐܙܠܘ. At ubi *prodeſſe* ſignificat, ſine lineola occultante ad regulam paradigmatum flectitur.

7) Nun in pronominibus ſecundae perſonae, ܐܢܬ, ܐܢܬܝ, ܐܢܬܘ, ܐܢܬܝ, nominibusque non paucis, ܐܬܢ *emta*, ܡܕܝܢ *urbs*, ܐܬܪ ܢ *navis*, ܐܬܪ ܢ *inops*, ܐܬܪ ܢ *gigas*, ܐܬܪ ܢ *annus*, ܐܬܪ ܢ *latus*.

8) Riſch in ܒܪ *filia*.

§. XXIV.

Literae excidunt.

Literae etiam in ſcribendo excidunt, ſed earum duplex eſt ratio, Primo enim aliquae earum, quas quieſcere, otiari, occultari, diximus, cum non audiantur, in ſcribendo quoque omittuntur, cujus aliquid jam ſupra notatum: deinde, et aliis literis idem accidit. Ut vero quaerentibus ſubveniamus, non tam rei ordinem quam literarum ſequemur.

ا Olaph,

1) quod occultari ſolebat, aliquando et plane excidit: ut ſi ex ܒ ܐܢܫ unam vocem facias, ܒܢܫ, itemque ܟܠ ܐܢܫ pro ܟܠܫ, *unusquisque*, ܣܘܦ *finis*, pro ܐܣܘܦ, ܒܪܠܥܡ nomen celebris martyris, Barlaami, pro ܒܐܪܠܥܡ.

2) Olaph primae radicalis quibus locis in verbo flectendo excidat, aut certe excidere poſſit, paradigma doce-

docebit: hic ܡܠܟ pro ܡܠܟ ſufficiat.

3) Pro ܐܦ ܐ *etiamſi*, per craſin dici poteſt, ܐܦ.

ו Vau. י Jud.

Jud primae et Vau ſecundae radicalis eodem fere modo quo apud Hebraeos excidunt: regulis hic lectorem non fatigo, ſed ad paradigmata remitto. In nominibus exemplo eſto ܥܕܬܐ *conventus*, *eccleſia*, a ܥܕ.

נ Nun.

Nun primae radicalis vocali carens eodem modo excidit, quo apud Hebraeos, ſed id paradigma horum verborum regulis melius docebit. Idem et in nominibus fit, plane Hebraico more, ut ܫܚܡܬܐ *ſcaturigo*, pro ܫܢܚܡܬܐ.

Etiam tertia radicalis Nun, vocali deſtituta non otiari ſolum, ſed et excidere poteſt, ut ܓܦܬܐ *vitis*, pro ܓܦܢܬܐ, a ܓܦܢ: at in plurali, ܓܦܢܐ ſervatur, quia vocalem habet.

ר Riſch.

rariuscule, ut ܬܠܝܐ *lumbus* ex חַרְצָא.

In exoticis Syriaca civitate donatis, aliae quoque majore licentia literae excidunt, ut ܒܝܬܐ et ܒܝܬ *balneum*.

Litera bis ponenda.

Media radicalis geminata eodem modo, quo apud Chaldaeos excidit, Chaldaeis eam per Dageſch forte compenſantibus, non Syris. Sed haec uberius docebit paradigma. In nominibus idem fieri poteſt: ab ܥܡ

popu-

populus, a. r. ܥܡܡ, in ſingulari emphatico ܥܡܐ, in plurali ܥܡܡܐ dicitur, a ܥܸܢ *nidus*, radicis ܨ ܝ ܢ, etiam in plurali ܨ ܝ ܢ ܐ.

Duplex Thau nulla vocali interpoſita ubi concurrit in ſtatu emphatico femininorum ſingularis numeri, ut ܡ ܕ ܝ ܬ ܬ ܐ a ſtatu abſoluto ܡ ܕ ܝ ܬ (Hebr. חֲדָשָׁה) alterutrum abjicitur, ܡ ܕ ܝ ܬ ܐ.

In paſſivis duo quidem Thau concurrentia ſcribi ſolent, ut ܐ ܬ ܬ ܥ ܨ ܐ (Etthaphal) ܐ ܬ ܬ ܦ ܥ ܠ (Ethpeel mediae radicalis Vau) ܐ ܬ ܬ ܪ ܘ ܡ ܡ (a quadrilitero ܬ ܪ ܘ ܡ ܡ): at tertio accedente Thau, praeformativo futuri, unum illorum perire ſolet, ut

ܬ ܬ ܦ ܥ ܠ pro ܬ ܬ ܬ ܦ ܥ ܠ *conculcabitur* Matth. V, 13.
ܬ ܬ ܕ ܝ ܢ pro ܬ ܬ ܬ ܕ ܝ ܢ *judicabimini* Matth. VII, 1.
ܬ ܬ ܟ ܦ pro ܬ ܬ ܬ ܟ ܦ *efferas te* Rom. XI, 20.
ܬ ܬ ܡ ܟ ܟ pro ܬ ܬ ܬ ܡ ܟ ܟ *humiliaberis* Matth. XI, 23. Luc. X, 25.

Sic quidem grammatici praecipiunt, et editiones bonae habent; ſemperne lex obſervetur in codicibus, dicere non auſim. At ubi prima radicalis eſt Thau, vel in hoc concurſu ſervari, et triplex Thau ſcribi ſolet, obſcuritatis vitandae cauſſa, ut Pſ. XVIII, 26. ܬ ܬ ܬ ܙ ܕ LXII, 11. ܬ ܬ ܬ ܚ ܕ ܐ.

§. XXV.

Literae adduntur.

Adduntur et vocibus literae:

1) *Olaph*

1) *Olaph prostheticum* ab initio vocis, in quibusdam a litera ſchvata incipientibus: difficile enim Syris, duas in initio ſyllabae conſonantes efferre. ܐܚܕ pro ܚܕ *ſicut*, ܐܫܬ pro ܫܬ *bibit*, ܐܢܝ *nates*, ܐܫܟܚ *invenit*. Quin et ܐܫ *ſex* et ܐܫܝ *ſexaginta*, ut ex praefixorum ratione infra adparebit, *Eſchtho* et *Eſchthin* adpellata videntur: et aliquando cum Olaph ſcribuntur, ut ܐܝܘܡ ܫ̈ܬܐ *hexaemeron*. (Aſſem. bibl. Or. T. I. p. 46.)

Maxime autem hoc obtinet in nominibus exteris a ܐ vocali deſtituto incipientibus, ut ܐܣܛܕܝܘܢ *ſtadia*, ܐܣܛܘܐ *ſtoa*, *porticus*, ܐܣܛܘܝܟܝܐ στοιχεῖα, ܐܣܦܘܓܐ *ſpongia*. Plura ſi quis exempla cupiat, lexicon Syriacum ſub ܐܣ evolvat. Nec tamen haec lex ita valet, ut nunquam migrari poſſit: e. g. Graecum στρατηλάτης p. 60. chreſtomathiae noſtrae ſine Olaph invenies ܣܛܪܛܝܠܐܛ, et Stephani nomen p. 59. ܣܛܦܢܘܣ. Eſt et ex Syriaca verſione antiqua excerptu dignum, quod, cum in Judae Iſcharitis nomine varia lectio ſit, Ἰσκαριώτης, et Σκαριώτης, poſterius fere Latinis ſequentibus (Scariot) ac veriſimile videri poſſit, nomen *Scariotes*, more Syrorum addito Olaph prosthetico in *Iscariotes* mutatum fuiſſe, tamen antiquam verſionem Syriacam ſemper ſine Olaph ſcribere, ܣܟܪܝܘܬ. Ergo liberum certe fuit, literam addere, et, non addere.

2) *Olaph* mira erroris licentia intexitur vocibus in quibus aut nullum aut valde ambiguum locum habere poterat; ſed hoc ita late per totam obtinet linguam Syriacam, maxime codices manuſcriptos, ut ſubticeri in grammatica nequeat. Sic pro ܡܢܗܒ (a. r. ܗܗܒ) in chreſtomathia p. 99. invenies ܡܢܗܐܒ, pro ܟܘܗܠܐ *libra* ܟܘܗܐܠܐ p. 103. pro ܡܪܕܐ *tributum* ܡܪܕܐ Nehem. V, 4. alibique. Hujus quidem Olaph ratio ex lingua Chaldaica repetenda, quae Dageſch forte abjectum per Aleph compenſans (*), pro מַסַּב, מַסְּתָא, מַדְּתָא, ſcribere et efferre poteſt, מַסְאַב, מַסְאֲתָא, מַדְאֲתָא, quod Syri, licet Dageſch non habentes, ſcribendo tamen imitantur, Olaph vocalem ſuam ad praecedentem literam remittente. Frequentiſſime autem poſt Thau Aleph ſuperfluum invenitur, ut ܒܝܬܐ pro ܒܝܬ cujus moris originem infra §. 29. pandam; hic monuerim, ad graeca quoque nomina eum transferri, ut ܬܓܡܐ ex *τάγμα*. De ܐܠܦܐ pro ܐܠܦ ſimilibusque, ad paradigma verborum dicetur. Denique et nominibus mediae radicalis geminatae nonnunquam Olaph inſeritur, male ex participio Peal arreptum, ut ܫܝܥܐ *fama* p. 39. et 95 chreſtomathiae, pro ܫܝܥ.

3) *Olaph*, *Vau* et *Jud*, in nominibus Graecis, propriis maxime, frequenter ut matres lectionis poni, ſupra jam alia occaſione dictum, ubi de quieſcentibus agebamus.

4) He

(*) p. 17. grammaticae Chaldaicae.

4) He in nominibus ex Graeca lingua acceptis ab R incipientibus nonnunquam poſt hanc literam ſcribitur, pro ſpiritu aſpero. Ipſi id Romae nomini, licet Latino, accidit ܪܘܡܝ, forte quod ejus nomen primo ſub Antiocho Magno per Graecos ad Syros propalatum ſcribi coepit. Sic et Eph. I, 14. Ἀῤῥαβων, ܐܪܒܘܢ. Nec tamen id perpetuum: nomina Ῥεμφὰν Act. VII, 43. Ῥήγιον Act. XXVIII, 13. Ῥόδη et Ῥόδος Act. XII, 13. XXI, 1. in verſione antiqua (Philoxenianam enim Actorum nondum habemus) ſine He ſcribuntur.

Sequior Syriasmus in compoſitis etiam Graecis, derivationis exprimendae ſtudio, He pro ſpiritu aſpero ponit, ut ܣܘܢܗܕܣ et ܣܘܢܕܣ, *Synodus*, promiſcue, quia ortum ab, ὁδός. Quamquam hic ſequior Syriasmus litera He etiam ad alia abutitur, forte ut matre lectionis pro Ε et AI. Exempla adſcribo ex verſione Philoxeniana: ܦܛܪܘܣ *Petrus*, (ſed alibi, ܦܛܪܣ) ܙܒܕܝ Ζεβεδαῖος, ܐܢܕܪܐܘܣ Ἀνδρέαν, ܦܛܠܡܝ Πτολεμαῖος, ܡܬܝ Ματθαῖος, ܐܠܦܝ Ἀλφαῖος, ܬܕܝ Θαδδαῖος (Marc. III, 16-19.) ܐܘܢܓܠܝܘܢ εὐαγγέλιον Marc. I, 15. ܣܦܣܩܘܠܛܘܪܐ σπεκουλάτωρα VI, 27. ܓܢܣܪܬ Γενησαρέτ VI, 53. ܓܬܫܡܢܝ Γεθσημανῆ Marc. XIV, 32. (*). Leges quidem, ad quas ita ſcriptum, expediendas nondum ſuſcipio, cum verſio Philoxeniana ex uno modo codice prodierit, a quo alios,

(*) Vide bibliothecam Orientalem T. XVI. p. 129. 130. 138. 139.

Romanos, multis in rebus diſſidere, compertum habeo (*). Unum addo ex chreſtomathia exemplum p. 4. مُحِصْمِصْمِنَا Μοψουεστία.

5) *Nun*, plane ut apud Chaldaeos (**), aliquando ponitur, tanquam compenſatio Dageſch fortis aliarum dialectorum, ita tamen, ut lineolam occultantem ſibi ſubſtratam habeat. ﭐبَـبْـرَـا *heros*, vel *gigas*, ex גִּבֹּרָא, indeque ﭐبَـبْـرُـوْتَـا *fortitudo*, ﭐبَـرْـتَـا *femina*, ex אַתְּתָא Hebr. אִשָּׁה.

6) Nun etiam in Graecis duplicari videas, licet Syri duplices literas efferre nequeant, nec ſolum ubi graece duplex eſt, ut ﭐيُـوْحَـنَّـا Ἰωάννης (***) (pro quo veteres Syri orientali more يُـوْحَـنَـا ſcribebant) ſed et ubi Graeci nihil tale habent, ut سُـوْنُـهُـدُسْ Synodus, pro سُـوْنُـهُـدُسْ vel سُـوْنُـهُـدُسْ. Chreſtom. p. 82. Mira in graecis ſcribendis licentia, et literarum prodigalitas, a ſexto inde ſeculo.

§. XXVI.

Literae ejusdem organi permutantur.

Ut apud Hebraeos, ſic et apud Syros literae ejusdem organi nonnunquam permutantur. In gutturalibus id purae Syrorum dialecto perquam rarum, ſolet tamen nonnumque loco Ee ante He, Olaph poni (vide §. 3.

(*) Biblioth. Orientalis T. XVII. num. 266.

(**) Vide grammaticam Chaldaicam p. 15. 16.

(***) Chreſtom. p. 85. bibliothecae Or. T. XVI. p. 129.

§. 3. p. 10. 11.) ut ܐܲܣܝܳܢ *libidinoſus*, pro ܚܲܣܝܳܢ: quin et praeter hunc caſum ܐܲܪܬܳܐ *rete*, dicitur pro ܚܪܬܳܐ, a. r. ܚܪܬ *implicuit*. At in Galilaeorum dialecto gutturalis a gutturali adpellando diſtingui nequit, unde, ut ſupra diximus, ܐ et ܥ, ܗ et ܚ unam modo figuram habent, quae ipſae duae figurae ſumma ſecum invicem licentia permutantur. Linguae Galilaeae nulla ratio, nulla regula, quod jam illi a Rabbinis objectum, quibus ſi credimus, et quis non credat, libris Sabiorum plane ita ſcriptis? חמר *aſinus*, עמר *lana*, אימר *ovis*, ore Galilaei prolata diſtingui non poterant.

Beth nonnunquam, ob molliorem Syrorum adpellationem, permutatur cum Vau, ut ܘܓܝܗ *magnates*, pro גַּבְרִין (fere ut 1 Paral. III, 5. בת שוע pro בת שבע), aut more Arabum cum M, ܨܗܝ et ܐܨܗܝ *ſprevit*.

Linguae Syriacae, prorſus ut Chaldaicae haec eſt ratio, ut ſaepe tranſeat,

ז Hebraeorum in Dolath, זָהָב, ܕܗܒ *aurum*.

ץ Hebraeorum in Tet, צור, ܛܘܪ, *mons*.

שׁ Hebraeorum in Thau, שׁור, ܬܘܪ *bos*

quod quidem innumeris locis accidit, facitque dialecti utriusque diſcrimen, media quodammodo Arabia (*).

Lomad

(*) Ad rara referendum, ac pene ſingulare, quod in ܨܡ *punctum, vocale*, Daleth Hebraeorum in Zain mutatur.

Lomad videri poſſit in Nun mutari, in ﻣﻨﺠﻠﻴﺘﺎ *margaretha*, *gemma*, ex Chald. מַרְגְּלִיתָא, ſed ſuſpicor, male nomen ſcribi, corrigendumque eſſe, ﻣﻠﺠﻠﻴﺘﺎ, licet jam vetus error ſit, atque, ut in lingua mortua fieri ſolet, late vulgatus. Vide §. 2. p. 6. Huc et referri poſſe videtur ﺍﺳﺘﻮﻧﺎ *columna*, ex στύλος: ſed habet et Arabia, cui literae N et L non ſunt ſimiles, eſtque forte origine Perſicum, استون.

Thau characteriſticum conjugationis Ethpeel et Ethpaal, cum ſibilantibus transpoſitum, poſt Tſode (ﺹ) mutatur in Tet (ﻁ) poſt Zain (ﺯ) in Dolath (ﺩ) ﺍﺯﺩﻗﻒ *crucifixus eſt*, pro ﺍﺯﺩﻗﻒ, ﺍﺯﺩﻫﺪ pro ﺍﺯﺩﻫﺪ, ﺍﺯﺩﻣﻰ pro ﺍﺯﺩﻣﻰ, ﺍﺯﺩﻫﻖ pro ﺍﺯﺩﻫﻖ *crucifixus eſt*, ﺍﺯﺩﻫﺪ pro ﺍﺯﺩﻫﺪ, ﺍﺯﺩﻫﻆ pro ﺍﺯﺩﻫﻆ . - - De ﺍﺯﺩﻫﻬﻪ in Ethpeel pro ﺍﺯﺩﻫﻪ vide paradigma med. rad. quieſcentis.

Hae autem omnes literarum ejusdem organi permutationes multo ſunt frequentiores et liberiores, ubi Syri nomina propria exotica exprimunt: ſic Artageram (G quoque per ﻫ expreſſo, quod ab Arabibus nomen audiverunt) jam ﺍﺭﺗﻬﻤﻰ ſcribunt, jam ﺍﺭﺗﻬﻤﻰ, jam ﺍﺭﺗﻬﻤﻰ.

§. XXVII.

Mutationes literae R.

Riſch, quod ſuae claſſis ſolum eſt, aliquando permutatur cum Lomad, nempe quod aliqui pro R vel in omni-

omnibus linguis L efferunt: סַפִּיר Σάπφειρος Graecorum, Syris ܣܦܝܪ, et, ſi §. praecedente recte de nominis ſcriptione conjeci, *μαργαρίτης*, ܡܪܓܢܝܬܐ.

Volunt etiam R et N permutari, ut cum a ܒܪ *filius*, facimus pluralem ܒܢܝ. Mihi vero ortu diverſa nomina filii eſſe videntur: ܒܪ non ab Hebraico בן, ſed a בָּרָא, creavit, pluralis ܒܢܝ ab Hebraico בָּנִים. Alterum tamen quod adferunt permutationis exemplum, ܬܪܝܢ Hebraice שְׁנַיִם, Chaldaice תְּרֵין, et tamen inde תִּנְיָן *ſecundus*, Syriace ܬܢܝܢ inficiari nequeo, referens, licet ſolum deſtituatur, nec rationem mutationis reddere poſſim.

§. XXVIII.

Literae quieſcentes permutantur.

Frequentiſſima, ut in omnibus linguis Orientalibus, literarum quieſcentium ܐ ܘ ܝ permutatio: ſed hanc malim per paradigmata verborum quieſcentium, nominumque tertiae radicalis quieſcentis docere, quam hic regulis complecti, ne bis idem dicendum ſit.

He quidem ad literas quieſcentes Syrorum grammaticas non referre meminimus: ſed ſcitu opus, aliquoties pro media radicali Vau quieſcente Hebraeorum a Syris poni, ut ܪܗܛ *cucurrit* a רוּץ, ܚܦܪ *pudefactus eſt* a בּוֹשׁ. Quin et ipſis Syris ܬܡܗ et ܬܗ idem ſignificat, *admirari*, *obſtupeſcere*.

Gali-

Galilaei literas quoque gutturales cum quieſcentibus ـه permutant, plane ut Samaritani, ſeu potius multo Samaritanis frequentius: nempe omnes illis gutturales quieſcentes ſunt, quae in lingua eorum plane non audiuntur. Ipſum Sabiorum nomen exemplo eſſe poſſit, صبيين a צבע *baptizavit*, q. d. *baptiſtae*. Vide biblioth. Orient. T. XVII. p. 43.

§. XXIX.

Olaph et Thau permutantur.

Olaph multiplici cauſſa ſaepe in Thau mutatur, atque adeo viciſſim aliquando Thau in Olaph.

1) *Olaph terminatio femininorum*, (ut He Hebraicum) in ſtatu conſtructo, atque ante ſuffixa in Thau mutari, ut ܡܕܝܬܐ *urbs*, ܡܕܝܬ ܡܠܟܐ *urbs regis*, ܡܕܝܬܗ *urbs mea*, paradigmata docebunt.

2) *Olaph characteriſticum conjugationis Aphel*, ubi ex illa praepoſito ܐ fit Etthaphal, praecedenti Thau adcommodari, ac mutari in Thau, ܐܬܬܘܕܥ pro ܐܬܘܕܥ paradigma verborum docebit: nec mirum, *Et-au-ſaf* enim, niſi magna cura ſyllabas diſtinguas, feſtinatione linguae ſponte ſua fieri *Ettauſaf*, ad ſe adtendens intelliget. Eandem ob cauſſam

3) primam radicalem Olaph in conjugationibus Ethpeel et Ethpaal mutari in Thau, ut ܐܬܬܒܪ pro ܐܬܒܪ,

clauſus

clauſus eſt, ܐܶܬܰܟ pro ܐܰܬܟ *ingemuit*, paradigma docebit. Hinc autem

4) nonnunquam accidit, ut Syri ſua ipſi verba male a radice concipientes, nomina inde ducant, in quibus Thau loco primae radicalis Olaph eſt, ut ab ܐܶܬܟ, ܐܶܬܘܟܳܐ *gemitus*, nonnunquam radice incerta. Sic, ut exemplo utar, diſputari poſſit, ܐ̈ܝ̈ܓ̈ *mercator*, ſitne ad radicem ܐ̈ܝ̈ܓ̈ referendum, (quod equidem praetulerim) an, quod patri meo placuit, ad ܐ̈ܝ̈ܓ̈ *merces* et ܐ̈ܝ̈ܓ̈ *mercede conducere.*

Hinc et ſaepe accidit, ut ejusmodi nomina ſcribentes Syri, aut derivationem indicaturi, aut originis incerti, Olaph poſt Thau ſcribant, ܐ̈ܬ̈ܓ̈ *mercator*, (chreſtom. p. 17.) ܐ̈ܬ̈ܘ̈ܓ̈ *gemitus* (p. 27.) idque ad alia quoque a Thau incipientia transferant, ܐ̈ܬ̈ܒ̈ *orbis habitatus*, ܬ̈ܒ̈ܠ p. 17. Sed et contra, vocabulis a Thau incipientibus tam dubiis,

5) nonnunquam pro Thau, quod ſcribi debuiſſet, Olaph ſubſtituunt: idque adeo celebratiſſimo per omnem, non Syriam modo ſed et ad Chinam usque, Aſiam apoſtolo Syrorum *Thaddaeo*, (תַּדַּי) accidit, cujus nomen plerumque ܐ̈ܕ̈ *Adacus* ſcribunt, Arabibusque ita ſcriptum prodiderunt, ادي ab illis ſcribere diſcentibus. Illi tamen Thaddaeo, qui Matth. X, 3. Marc. III, 18. commemoratur, ab apoſtolo Syrorum diverſo

(hic enim ex LXX fuit) Thau ſuum reliquit vetus interpres, ـزّ.

6) Nomina ex Aphel formata cum ſaepe Thau praeformativum habeant, videri poſſit Olaph characteriſticum conjugationis, ut He Hebraici Hiphil in nominibus inde derivatis, in Thau tranſire: ـزّوْ *gratiarum actio*, ab ـوْا.

§. XXX.

Tſode et Ee permutantur.

Ut Chaldaeis ſic et Syris, obſcurum qua de cauſſa, Tſade Hebraeorum ſaepe tranſit in Ain: אֶרֶץ ארעא *terra*, בֵּיצָה ביעא *ovum*, צָרָה ܥܪܐ *aemula* 1 Sam. I, 6. צֶמֶר ܥܡܪ *lana*, צֵלָע Chald. עִלְעִין, primo Ain in Aleph mutato, ـلـع, *coſtae*, צָאן ܥܢܐ. מרץ et مرض *morboſus fuit*, ـعـ.

Semel obſervavi in nomine, quod proprium putabatur, Gomal pro Ain Hebraico poſitum, בעל טעם Ezr. IV, 8. ـعـ, quod ad Karſchunicam ſcriptionem §. 6. grammaticae Arabicae referendum videtur.

§. XXXI.

Literae transponuntur.

Ex lege grammatica, Thau characteriſticum conjugationum paſſivarum transponitur

1) cum prima radicali ſibilante, in Ethpeel et Ethpaal (non in Etthaphal) ut ـعـ *rejectus eſt*, ـعـ *immixus*

innixus est, ﬠﬠﬠﬠ *nuntiatum est*, ﬠﬠﬠﬠ *in altum sublatus est*, ﬠﬠﬠﬠ *inventus est*, ﬠﬠﬠﬠ *acceleratus est*: Transpositum Thau post ʒ mutari in ط, post ו in ז, jam supra monitum e. g. ﬠﬠﬠﬠ Hos. IV, 19. Cessat tamen transpositio, ubi Thau characteristicum geminatur, i. e. in Ethpeel verborum mediae radicalis Vau vel Jud, ut ﬠﬠﬠﬠ *positus est*, ﬠﬠﬠﬠ *irretitus est*, ﬠﬠﬠﬠ *contemtus est*.

2) cum Schin conjugationis Schafel, in formanda conjugatione Eschthafal, ut ﬠﬠﬠﬠ a ﬠﬠﬠﬠ. Vide paradigma.

Has regulas migrari non memini.

Ex licentia grammatica media radicalis Olaph in Ethpeel cum praecedente transponitur, ut ﬠﬠﬠﬠ a ﬠﬠﬠﬠ. Sed id melius ad paradigmata dicetur.

Denique singularia sunt ﬠﬠﬠﬠ *curre*, a ﬠﬠﬠﬠ, ﬠﬠﬠﬠ *gramen*, *herba recens*, pro Chald. ﬠﬠﬠﬠ ab Hebr. ﬠﬠﬠﬠ.

CAPUT VI.
DE
VOCALIUM ACCIDENTIBUS
ET
MUTATIONIBUS.

§. XXXII.
Vocales abjiciuntur.

Vocalibus accidit ut 1) abjiciantur, 2) adſumantur, 3) transponantur, 4) permutentur.

Primo igitur, *vocalis vocis ultima, ubi poſt eam in fine vocis ſyllaba integra accedit, abjicitur*: e. g. ملك in feminino ملكة, — — ملوك in plurali, ملوكي.

Multo haec expeditior lex abjiciendarum vocalium, quam eae, quas linguae Hebraicae punctorum inventores ſtatuerunt. Nunquam abjicitur vocalis penultimae ſyllabae, ſi haec ſimplex fuerit, (quod ſecus eſt apud Hebraeos), ſed ſola ultima vocalis; nec illa abjicitur, ubi litera modo voci additur, (ملكه, ملكك, ملكة) ſed ubi vera ſyllaba, ut ملكنا, ملكتم.

Nec tamen hoc ita intelligendum, ut ſemper abjicienda ſit, ſed ut abjici poſſit: quod quibus locis fiat paradigmata melius regulis docebunt, quibus nolim lectorem fatigare.

Cae-

Caeterum ſunt, vel in ultima vocum ſyllaba, quae abjici nequeunt

1) poſt quas ex analogia Hebraismi et Chaldaismi Dageſch forte poni debuiſſet, ut ܥܡܐ *populus* in ſtatu emph. ܥܡܐ, ܥܠ *ala*, in ſtat. emph. ܥܠܐ a. r. ܥܠ, ܥܠܐ a ܥܠ *latus* (*): occidentales enim Syri licet Dageſch forte non habeant, nec re, nec figura, in hoc tamen reliquas dialectos, maximeque Aramaeam orientalem, ſequuntur, ut vocalem non abjiciant, ante literam quae geminari debuiſſet.

2) I et O. A ܒܝܬ, ܒܝܬܐ, ܒܝܬܗ, ܒܝܬܟ, in plurali facimus, ܒܝܬܐ, ܒܝܬܝ, ܒܝܬܗ, ܒܝܬܟ &c. Pater meus et U in invariabilibus numeraverat, ſed ob magnam exceptionum multitudinem, in quibus ipſum eſt paradigma futuri Kal, malim omittere.

Caeterum noli ad abjectionem vocalium referre, ܡܠܟ in ſtatu emph. ܡܠܟܐ, ܡܠܟ in fem. ܡܠܟܬܐ, ܡܠܟܐ ſtat. emph. ܡܠܟܬܐ; hic enim vocalis non abjecta, ſed mutata eſt, aut ea quae initio fuerat, rediit: nec ܡܠܟ in ſt. emph. ܡܠܟܐ et ſimilia, in quibus non abjicitur, ſed transponitur.

§. XXXIII.

Vocales adſumuntur.

Tres literas, Olaph, Jud, et Ee cum lineola occultante, (ut Olaph adpellatum) Syri ab initio vocis

(*) Permutatur hic vocalis, id licet, non abjicitur.

ſine vocali efferre nequeunt, ideoque illis, vocalem non habentibus, dant

1) literis ܐ et ܗ, A vel E, ut ܐܰܕ, ܙܟܺܝܪ (*recordatus eſt*) ܐܶܕ (imperat.) Vide paradigma verborum primae rad. Olaph. Idem et fit in nominibus, ut ܐܶܒܶܠ *lugens*.

2) literae Jud, I, ut ܝܰܠܕ (vide paradigma prim. rad. Jud.) ܝܰܬܺܝܡ *orphanus*, ܝܺܗܒ *datus*, vel, ut nomen proprium, *Ibas*.

Cum conſonantes Syri non eadem oris volubilitate, qua nos Europaei, efferre valeant, in concurſu duarum conſonantium ſine vocali, vocalis aſſumetur, idque

1) neceſſaria lege, ſi *duae literae, vocali deſtitutae in initio ſyllabae concurrant*, id vero eſt, ab initio vocis, ut ܥܰܒܕܽܘ pro ܥܒܕܽܘ, poſt vocalem longam O, ܦܽܘܪܟܬܳܐ (Fo-rchtho) ܦܽܘܪܰܟܬܳܐ, ſi prior illarum ex uſu Hebraeorum Chaldaeorumque Dageſch forte habere debuiſſet, ܐܶܓܪܬܳܐ (Eg-grtho, ab אִגֶּרֶת) ܐܶܓܪܬܳܐ, denique ſi in medio vocis tres literae vocali deſtitutae concurrant, ܐܶܬܰܟܬܠܰܬ (*Eth-ktlath*) ܐܶܬܟܬܠܰܬ. Hoc ergo ubi acciderit, ſub priore duarum literarum ponitur

a) plerumque Petocho, ut in his, quae vix dum excerpſi, exemplis. Huc et refer ܝܰܬܺܝܡ a ſtatu abſoluto ܝܰܬܺܝܡ *orphanus*, nempe quod ܝܰܬܺܝܡ eſt pro ܝܰܬܺܝܡ, a quo ܝܰܬܺܝܡ dicendum fuiſſet.

b) per-

b) perſaepe Revotzo, ut ܡܶܠܟ a ܡܲܠ, ܚܶܣ a ܚܲܣ, ܡܶܟܟ a ܡܟܲܟ *conſilium*: quo et refer ܒܶܟ ab ܒܟ.

c) Chevotzo ante Jud, ut ܙܶܢ *ſcortum* pro ܙܲܢ, ܡܶܢܚ et ܡܶܢܚܶܡ Dan. I, 10. 16. a ܡܢܲܚ. Quod quidem ut ſupra monitum, latius etiam patet, ſemperque Jod inter duas conſonantes conſtitutum, vocalem I in qua quieſcat adſciſcit: ܓܶܒܲܬ pro ܓܲܒܲܬ (Gab-jtho) ܓܝܲܒܬܟ *fuga veſtra* Matth. XXIV, 20. pro ܓܝܲܪܘܟ (*Eruk-jchun*) ab ܓܝܲܪ ܡܶܬܲܢ a ܡܲܬܲܢ pro ܡܬܲܢ.

Excipitur tamen participium paſſivum verborum tertiae radicalis Olaph in Pael, Aphel, et Eſchtha-phal, in quo Petocho adſumitur, ut ܡܫܠܡܲܐ *perfecta* Jac. I, 16. ܡܫܬܒܩܲܐ *rejecta* Hebr. VI, 8. quo diſtinguuntur a participiis earundem conjugationum activis, ܡܫܠܡܶܐ, ܡܫܬܒܩܶܐ.

d) Etzotzo in ſtatu emphatico ſing. quorundam femininorum auctorum ab initio et fine, ut ܡܢܚܬܲܐ a ܢܚܬ pro ܡܢܚܬܲܐ *lapſus* (Map-pltho) ܬܘܕܗܪܲܐ *miraculum*, a ܬܕܗܪ, ܫܒܚܬܲܐ *laus*, a ܫܒܚ.

Praeterea etiam neceſſario vocalis aſſumitur pro Vau inter duas conſonantes conſtituto, et vero

a) Petocho ſi poſt Vau in initio ſyllabae poſitum in eadem ſyllaba duae ſequantur conſonantes, ut ܬܪܝܢܘܬܟ

ﻢﻜﺒﻠﻗ *gaudium veſtrum*, a ﺐﻠﻗ, pro ﻢﻜﺒﻠﻗ *Chad-vtchun.*

b) Etzotzo, ſi una modo conſonans in eadem ſequatur ſyllaba, ut ab eodem ﺐﻠﻗ in ſtatu emphatico, ﺎﺒﻠﻗ pro ﺎﺒﻠﻗ (*Chad-vtho*) ﺎﺒﻠﻗ *animal* Hebr. XII, 20. pro ﺎﺒﻠﻗ (*Chaj-vtho*) et ante ſuffixa, ﻲﺒﻠﻗ 1 Theſſ. II, 20. ﻪﺒﻠﻗ Matth. XIII, 44.

2) Licite aliquando, ubi prior literarum concurrentium ad praecedentem, poſterior ad ſequentem ſyllabam pertinet. Sic pro ﺢﺒﺫ *altare* licet ſcribere, ﺢﺒﺫ, ﺢﺒﺫﻩ et ﺢﺒﺫﻩ, ﻚﻠﻣ et ﻚﻠﻣ, ﻚﻠﻣ et ﻚﻠﻣ. Huc et paulo rariora referes ﺮﻬﺷ, ﺎﻧﻭﺩ pro ﺎﻧﻭﺩ Dan. XI, 36.

Si tamen poſterior concurrentium ita literarum ſit Olaph, neceſſe eſt, E vocalem adſumi, ut ﻢﻜﻟﺎﻋ pro ﻢﻜﻟﺎﻋ. Nempe, ut hoc aut repetam, aut addam.

Nulla literarum ﺎﻟ *inter duas conſonantes conſtituta, vocali carere poteſt, ſed adſciſcit ſibi, nullam aliam ſi ex analogia habet, Olaph vocalem E, Vau U, Jud I, in qua quieſcat.*

Alia, ut ﻢﻋﺭ *paſtores*, pro ﻢﻋﺭ, quod exſpectaſſes a ﻊﻋﺭ ſingulari, cum hic eorum nulla aut ratio reddi, aut lex ſtatui poſſit, ſervo adnotationibus ad paradigmata.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Vocales transponuntur.

Transponuntur etiam vocales, (nec id mirum, cum orientales loquentes audiens ſaepe ne certam quidem ſedem vocali aſſignare poſſit, jam ante, jam poſt literam, jam utrobique auditae):

a) In Imperativo plurali maſculino Peal, ante Suffixa: ut ܐܶܨܠܺܝܒܘܗܝ *crucifigite eum*, ab abſoluto ܨܠܺܝܒ *crucifigite*; et ad ejus imitationem, ܫܡܰܥܘܢܝ *audite me*, etſi ab abſoluto dicatur ܫܡܰܥ, non vero ܫܡܰܥܘ *audite*.

b) In Verbo ܐܙܰܠ *abiit*, quoties media rad. debuerat eſſe ſine vocali, toties ultima *Lomad* ad eam remittit vocalem ſuam, ipſa otians: ut ܐܶܙܠ pro ܐܙܰܠ *abii*; ܐܶܙܠܘ pro ܐܙܰܠ *abibunt*.

c) In Nominibus quibusdam formae ܩܘܼܕܫܳܐ *ſanctitas*, in incremento finali ſyllabico; v. g. in ſtatu emphatico ܩܘܼܕܫܳܐ pro ܩܘܼܕܫ; ܒܶܪܟܳܐ *genu*, et ܒܶܪܟܶܐ *genua*, ab abſoluto ſing. ܒܶܪܟ. Nec non in ſtatu emphatico Nominum quorundam femininorum formae ܚܰܝܳܐ et ܚܰܝܶܐ; ut, emphat. ܥܰܩܪܳܐ *gravida*, ܥܶܓܠܳܐ *vitula*, ab abſolutis ܚܰܝ, ܥܶܓܠ.

d) In ܡܰܛܠ et ܡܰܢܥ, poſt praefixum Lomad, ܠܡܰܢܥ, ܠܡܰܛܠ, niſi Beth et Dolath vocalem omittant. Vide plura in praefixis.

e) In Particulis quibusdam compoſitis: ut ܥܰܕܡܶܐ pro ܥܰܕ ܡܶܐ *hucusque*, ܥܰܕܡܳܐ pro ܥܰܕ ܡܳܐ *usque dum*; et

f) Generatim, quum ו et ◌ֻ vocalem ſuam, illud quamlibet, hoc vero *Chevotzo*, ad praecedentem literam vocali vacuam remittunt. Vide ſupra §. XXI. pag. 55 et 57.

§. XXXV.

Vocales permutantur.

Permutantur quoque vocales, plerumque ſatis certis legibus, idque primo, cum ex Hebraicis Chaldaicisque verbis fiunt Syriaca, deinde in ipſa lingua Syriaca.

Ad prius quod attinet, mutationes fere hae ſunt:

1) Pro Kamets Hebraeorum, magisque Chaldaeorum, Syri amant Zekopho, ut ܠܽܐ, ܡܰܠܟܽܐ, ܐܽܘܡ, quo et ◌ܶ Hebr. בְּהֵים referendum.

Suae gentis nomen, in quo cuique populo maxime fidendum, cum Syri ܐܽܘܡ et ܐܽܘܡܳܐ ſcribant, pro Hebraico אֲרָם et אֲרַמִּי, ſuſpicio oritur, male poſita eſſe puncta Hebraica pro אֲרָם et אֲרַמִּי. Ubi non Aramaeum, ſed ethnicum ſignificat, alia puncta editores ſubjecerunt, ܐܽܘܡܳܐ, recte? an ſecus? neſcio.

2) Pro Cholem Chaldaico diphthongum Au ponunt, ut ܝܽܘܡܳܐ, ܩܽܕܽܫ, מַלְכוּתְהוֹן ,ܡܰܠܟܽܘܬܶܗ.

3) Pro O et U Hebraico, (Cholem, Kometschatuph, Schurek, Kibbuts) Etzotzo amant, ܩܽܘܕܫ, ܐܶܬܩܛܰܠ, ܟܽܠ, ܟܽܘܠ, ܝܽܘܡ, ܪܽܘܚܳܐ.

4) Pro

4) Pro Chirek parvo Hebraeorum plerumque habent Revotzo, quam vocalis adpellationem LXX quoque et alii veteres in exprimendis nominibus propriis Hebraicis ſaepe ſequuntur.

5) Pro Tſere Hebraeorum Chaldaeorumque amant Chevotzo, עֲשָׂו ـــهٖـــ .

6) altera dialectus vocales ſimplices, diphthongos altera ſubſtituit, ut in eo, quod vix dum attuli, *Eſau*, *Iſu*, et ſtatu conſtructo pluralium maſculinorum מַלְכֵי ـــكُـــ .

In ipſa lingua Syriaca hae potiſſimum vocalium permutationes notandae,

1) Revotzo praeformativarum infinitivi et futuri Peal, in ſyllaba ſimplice fit Chevotzo, ut ـــاخِـــ , ـــاخِـــ , ـــالٖ , إِبِدَا (pro إِبْدَا). Evolve paradigmata verborum prim. rad. Olaph et Jud, ac ſecundae rad. Vau vel Jud. Videtur in his I paulo longius fuiſſe quam E, eo fere more, quo Angli E longius, ut *I ſee*, I adpellant, aut Graeci η, quod initio E longum erat, ut I longum dudum efferunt.

2) E creberrime, U aliquando ante gutturales et Riſch, ſyllabam finientes, in A tranſit, vide verba tertiae gutturalis. ـــزَ *miſit*, pro ـــزَ . Nec tamen haec lex perpetua: ـــحَـــ , ـــعَـــ (*aequalis*, Phil. II, 6.) إِبِدَا (*videbo* Rom. I, 11.) et hujusmodi innumera Syri habent.

3) *Ze-*

3) *Zekopho* terminationis femininae ʾ in ſtatu conſtructo mutari in Petocho, ـَـٰ, ـِـٰ, non mirum, eſt enim ex A ortum, atque a Syris Orientalibus ut A adpellatur.

Zekopho ſtatus emphatici ante ܐ *eſt*, in Petocho mutari, ut cum Vau diphthongeſcere poſſit, jam ſupra p. 60. monitum ܐ ـِـܘ pro ܐ ـِـܘ.

CAPUT VII.

DE

VERBO.

§. XXXVI.

De radice trilitera.

Ut nota ex grammatica Hebraica Arabicave ſumo, quae linguae Syriacae cum reliquis ſororiis plane ſunt communia: primitiva, (radices vocant) plerumque verba eſſe, licet et dentur verba derivativa, cum a nominibus (denominativa) tum ab aliis verbis, per errorem ad aliam radicem derivatis: eſſe autem primitiva trilitera, id eſt, tribus conſonantibus radicalibus conſtare, licet earum una aut duae excidere, atque etiam novae literae addi poſſint. Horum omnium hic compendium facio lectoribus.

§. XXXVII.

De quadriliteris.

Ut Arabes Hebraeique ita et Syri, habent quadrilitera, cum in verbis, tum in nominibus, i. e. quae prima fronte videntur quatuor aut quinque radicales habere: ſunt tamen illa, quantum eorum inveſtigari hactenus potuit, ſolis exoticis exceptis, orta ex triliteris, idque, iterum ut apud Hebraeos Arabesque, triplici modo.

1) geminatione unius vel duarum literarum radicalium: ut ܢܛܩ *concupivit*, in Ethpaal ܐܬܢܛܩ ab Hebr. יאב, ܐܬܪܡ *magnificavit* pro ܐܬܪ, a ܪ *magnus*, (rad. ܪܡܡ), ܐܬܛܦ *exſtinctus fuit*, *crepuit dum exſtingueretur ellychnium*, Jeſ. XLII, 3. Matth. XII, 20. ſive a Chald. טפא Ar. طَفَأَ *exſtingui*, ſive una cum his onomotopoëticum a ſono *Tüf*, *Tüf*.

Hoc quidem frequens admodum in verbis mediae radicalis geminatae, vel Vau quieſcentis, ܐܬܪܡ *exaltavit*, ܐܬܪܥ *exacerbavit*. ܐܬܫܟ *traxit* a ܫܟ. ܐܬܒܠܒܠ *confudit*, a בלל. Vide paradigmata. Huic vero quadriliterorum generi idem accidit, quod Hebraico בָּבֶל pro בלבל, Aramaeo ſine dubio nomini, ut una iterum litera priventur, maxime ubi nomina ex illis fiunt, e. g. ܓܓܠܐ *rota*, et ܓܓܘܠܓܠܬܐ *cranium* a גלל *volvit*, ܓܓܪܓܪܬܐ *guttur*, a ܓܪ *traxit*.

2) addita alia litera, e. g.
Vau in medio, ؛ *ruminavit*, a ؛ *traxit*. ؛ *exonerare fecit*, (ſi fides lexicis, a שִׁגֵּר *emiſit*.) ؛ *participem fecit*, *conjunxit*, a Chaldaico שִׁתַּף, ؛ *contorſit*, *convolvit*, *obſtrinxit ſe*, ab עכר Chald. *ligavit*. Convenit quodammodo cum conjugatione Hebraeorum Poël, quam in verbis mediae radicalis geminatae pro Piel ſubſtituunt, eſt tamen rarior Syris quadrilitera forma, atque exempla, quae alii habent, dubitans omitto.

Jud, in medio, ut ؛ *toleravit*, *patiens fuit*, a ؛ : ؛ *acceleravit* a ؛ *caluit*: aut in fine, ut ؛ *nudavit*, *publicavit*, ؛ *celebris factus*, vel, *infamia publica notatus fuit*, a ؛ *expandit*, ؛ *mutavit*, a ؛ ؛ *audax fuit*, *ferocivit*, *superbivit*, a ؛ ؛ *humiliavit* a ؛ ؛ *imminuta fuit* luna decreſcens, ex ؛ per Schaphel ؛. Huc et referre poſſis ؛ *in captivitatem abduxit*, niſi ad geminationem tertiae rad. Olaph, primo in Vau deinde in Jud mutatae, referas.

Semkat in initio vocis, ut ؛ *adverſarius*, ؛ *adverſatus eſt*, *occurrit*, a ؛, proprie, *e regione fuit*, *adverſus fuit*, ؛ *feſtinare fecit*, *urſit*, idem quod ؛, a ؛ : _ _ in medio vocis idem fieri exiſtimant, in ؛ et ؛, POST, ac derivatis; ſed unicum

unicum exemplum legi condendae non ſufficit, maxime cum poſſit eſſe a סתר *latuit*, cum praefixo ס, *in latibulo* alicujus, i. e. *poſt eum.*

Riſch, ut ڪُرْسِيّ *thronus*, a كَرَسَ, حَبَلَ et حَبَكَ *volvit*, حَبَكَ et حَبَنَ *nevit*, *implicuit*, اِحْتَبَكَ *torque donatus eſt*, ab حَبَلَ *ligavit*, حَبَلَ et حَبَكَ *contorſit.*

Thau initiale, quod verba facit, idem prope cum Aphel ſignificantia, ut ſuſpicari poſſis, pro Olaph characteriſtico conjugationis ſubſtitui, quod in Ethaphal in Thau tranſit. Sic et nomina ex Hiphil orta apud Hebraeos ת pro ה habent. اِسْتَمْهَلَ *moratus eſt*, idem quod, اَمْهَلَ a. r. امل, عَلَّمَ *diſcipulum fecit*, a למד *didicit.* Alias omitto literas, ut Olaph ab initio additum, in اِهْتَبَلَ *bibit*, quia mere prostheticum eſt (p. 65): He in صَدَّقَ *credidit*, quod credo ex Hiphil Hebraico, האמין, in verbo religionis manſiſſe: Mem, in مَسْكَنَ *pauperem fecit*, et مَسْكَنَ *ſuſtinuit*, quod duo exemplo, de quorum etymo non liquet, regulae condendae non ſufficiunt, Schin, quod ita frequens eſt, ut peculiarem verbis مَشَى conjugationem adſignare, quam ad quadrilitera referre, malim.

3) Ut Hebraei et Arabes, (de quibus vide grammaticam Arabicam p. 125. in nota, ſub n. 3.) ſic et Syri ex duobus triliteris ſimilibus ABC et ABD, componunt quadrilitera ABCD, iis literis, quas utra-

utraque radix habebat, non nisi semel positis. ܙܚܟ in passivo ܐܙܬܚܟ *turpe duxit, erubuit*, a ܙܚ unde ܙܚܘܬܐ *foeditas*, et ܙܟ *ignominia adfecit*. Est tamen haec quadriliterorum forma, quam apud reliquos orientales rarior: e. g. pro quinquelitero Hebraeorum composito, צִפַּרְדֵּעַ, Syri triliterum nomen habent ܐܓܪܒܐ *rana*.

4) ab exoticis nominibus, maxime graecis ducta, in quibus non raro literarum una excidit, ut ex quinqueliteris fiant quadrilitera; ut ܦܛܪܟ *patriarcham constituit*; ܩܬܠܟ *catholicum constituit*, ܩܬܥܣ *sede episcopali dejecit*, a, καθαίρεσις, de quo vide Sviceri thesaurum ecclesiasticum T. II. p. 1. 2.

Sunt et alia quadrilitera, quorum ratio etymologica reddi nequit, barbarae forte originis, a vicinis Asiae populis sumta: manifestum exemplum pono ܦܣܓܒܟ Dan. III, 21. sed forte plura sunt ejusmodi, de quibus nil suspicamur, frustraque in illis ad radicem Aramaeam revocandis laboramus, ut ܒܪܛܐ.

Quadrilitera universa ad conjugationes Pael, Ethpaal, Schafel et Eschthafal, flectenda.

§. XXXVIII.

Conjugationes.

Syris, prout volueris, quinque vel octo conjugationes sunt, illae frequentioris usus, et ab omnibus agni-

agnitae grammaticis, hae paulo rariores, ideoque a quibusdam praetermiſſae. Paſſivas omnes formant praemiſſa ſyllaba ܐܬ.

1) *Peal*, ܦܥܠ, Kal Hebraeorum.

2) *Ethpeel* ܐܬܦܥܠ paſſivum praecedentis: nonnunquam tamen et conjugationis Aphel, ut ܐܬܡܣܪ *traditus eſt*, ab ܐܡܣܪ, ܐܬܚܙܝ *oſtenſus eſt*, ܐܬܦܩܕ *commendatus, depoſitus eſt*, ab ܐܫܬܕܠ, ܐܬܪܘܡ *exaltatus eſt*, ab ܐܪܝܡ, ܐܬܝܗܒ *commodatus eſt*, ab ܐܝܗܒ *commodavit*.

Caeterum ſi prima radicalis ſibilans fuerit, cum Thau characteriſtico conjugationis transponitur, ut ܐܬܨܒܥ, ܐܬܨܠܚ, hocque poſt Zain in Dolath, poſt Tſode in Tet mutatur, ܐܬܩܛܠ *emtus eſt*, ܐܬܨܠܒ *crucifixus eſt*.

3) *Pael*, ܦܰܥܶܠ Hebraeorum Piel. Media radicalis ex analogia reliquarum linguarum Orientalium geminanda fuiſſet, *Kattel*, atque ſic et Orientales Syri pronuntiant: ſed occidentales, literis geminandis non adſveti, *Katel* dicunt.

Tranſitivam habet ſignificationem, aliquando etiam eandem quam Peal: quod enim alii grammatici, de intenſiva ſignificatione tradent, ejus diu quaerens, non niſi pauca, et perquam dubia exempla reperi, ܩܛܠ *occidit*, ܦܰܥܶܠ *vicit* q. d. *multorum caeſorum ſtragem edidit*, ܝܗܒ *donavit*, ut volunt, *ſemel*, ܝܗܰܒ *donavit ſaepe*.

4) *Ethpaal*, ܐܶܬܦܰܥܶܠ passivum conjugationis praecedentis. Prima radicalis sibilans si fuerit, eadem ut in Ethpeel transpositio et mutatio literae Thau: ܐܶܬܫܰܩܶܠ *sublatus est*, ܐܶܬܝܰܩܪ *glorificatus est*, ܐܶܬܙܰܕܩ *justificatus est*, ܐܶܬܚܰܙܝ *ignominia adfectus est*.

5) *Aphel*, ܐܰܦܥܶܠ, cum Hebraeorum Hiphil et forma et significatione idem, i. e. transitiva faciens.

Hae quidem conjugationes perquam frequenti usu celebratae, quas omnes grammatici agnoscunt: sed jam sequuntur, quas alii omiserunt.

6) *Etthafal*, ܐܶܬܬܰܦܥܶܠ passivum praecedentis. Hanc conjugationem non agnitam esse a grammaticis et lexicographis prioribus, *Masio*, *Wasero*, *Buxtorfio*, *Schindlero*, *Crinesio*, *Trostio*, monuerat jam pater meus. Recentiores addiderunt, nec male, ut puto, nam et rariores conjugationes in grammatica inveniat, necesse est, quaerens.

Est certe rarissima, multo illis rarior, quas deinde his senis addam: ac fere opus, ut exempli caussa verba quaedam adscribam, in Etthaphal occurrentia, ܐܶܬܬܰܘܣܰܦ, ܐܶܬܬܰܘܣܰܦ *additus est*, ܐܶܬܬܰܪܶܟ, ܐܶܬܬܰܪܶܟ *dejectus est*, (haec perquam frequenter, ut exempla adjicere non opus sit, ex Schafii lexico facile petenda) ܐܶܬܬܰܩܢ, ܐܶܬܬܰܩܢ *designatus est episcopus*, ܥܒܰܕ *fecit*, ܡܶܬܬܰܥܒܶܕ *energumenus*, nomen ex ܐܶܬܬܰܥܒܶܕ formatum, ܐܰܢܬܶܡܐ *anathema-*

te

te percuſſit, ܐܶܬܰܚ̣ܪ̣ܡ *anathemate percuſſus eſt* (frequens, frequentius quam vellem, eccleſiaſticis ſcriptoribus) ܐܶܬܰܚ̣ܙ *vidit*, ܐܶܬܰܚ̣ܙ̣ *comparebo*, Pſ. V, 4. ܢ̣ܬ̣ܰܚ̣ܫ̣ *obtenebrabitur*, in Philoxeniana verſione Marc. XIII, 24. ܨ̣ܰܚ̣ܦ̣ *in ſumtus erogatum*, a ܚ̣ܦ̣ Aſſ. Bibl. Or. T. III. P. II. p. 124. Operae pretium faceret, qui plura colligeret: haec tamen ſufficiunt, rarae conjugationi, quam ignorare nemo bene poteſt, in paradigma recipiendae.

7) *Schaphel*, ܫ̣ܰܦ̣ܥ̣ܶܝ̣, tranſitiva faciens, atque ejusdem fere cum Aphel ſignificationis, ut ܫ̣ܰܥ̣ܒ̣ *ſervire fecit*. Hanc ad quadrilitera referre ſolebant, nec plane obnitor, ita tamen crebro recurrit, multo quam Etthaphal frequentius, ut in ipſo paradigmate locus ei concedendus videatur. Primus id fecit Albertus Schultenſius, in grammatica Aramaea ad finem non perducta, quem ſequor.

Exempla adjicio, de quibus aut Caſtelli lexicon, aut, ſicubi prodire potuerit, noſtrum videndum: ܫ̣ܰܒ̣ܚ̣ indeque ܐܶܫ̣ܬ̣ܰܒ̣ܚ̣ *gloriatus eſt*, a ܒ̣ܚ̣, ܫ̣ܰܒ̣ܚ̣ *ſcintillavit* a ܒ̣ܰܙ̣ *fulminavit*, indeque, ܫ̣ܽܒ̣ܽܘܥ̣ *chalybs*, ܫ̣ܰܒ̣ܝ̣ *confeſſus eſt*, ab ܝ̣ܕ̣, ܫ̣ܰܒ̣ܘ̣ *notum fecit* ab ܒ̣ܘ̣ܥ̣, ܝ̣ܕ̣ unde ܫ̣ܰܒ̣ܝ̣ܐ *ſolitarius* ab ܐܚ̣ܕ̣, ܫ̣ܰܢ̣ܟ̣ *permutavit*, a ܢ̣ܟ̣, ܐܶܫ̣ܬ̣ܰܐ̣ܪ̣ *ſupereſſe fecit, ad diuturnos uſus ſervavit*, et ܐܶܫ̣ܬ̣ܰܗ̣ *decrevit luna*, q. d. poſterior luna fuit, ab ܐܚ̣ܪ̣: ܫ̣ܰܠ̣ܡ̣ *perfe-*

perfecit, ܐܰܟܫܶܕ *inflammavit*, ܐܰܫܟܶܚ *perfecit*, ܐܶܬܰܟܫܶܚ *ſuperbivit*, ܐܰܙܓܺ *lucratus eſt*, ab ܙܰܓ.

Ex his quidem, quae ſatis limpida, forte et aliorum, jam nominum, jam verborum, obſcurior etymologia expediri poterit: verum id omne ad lexicon remittendum, una excepta obſervatione, qua grammatica carere vix poteſt. In verbis, quorum una radicalis excidit, cum conjugatio Schaphel verbum triliterum ſimulet, a Schin incipiens, nova inde aliquando Syri ipſi trilitera fingunt: ܫܰܒܰܪ *niger fuit*, forte ortum ex ܐܰܫܒܰܪ Schaphel verbi ܒܪܰܪ, niger enim color, ut ita dicam, combuſtus; ܫܽܘܒܪܳܐ *blandiri*, quod hac ſignificatione ſola habet lingua Aramaea, non Pael ſed Schaphel, a ללל, Hebraeis Arabibusque amatorios oculorum conjectus ſignificante, ſed inde, ac ſi Schin radicale eſſet, ܫܽܘܒܪܳܐ *blandimentum:* ſeu, ut certiore utar exemplo, ab ܐܶܬܰܫܒܰܪ quod de luna decreſcente poni diximus, demto Vau radicali novum faciunt verbum quadriliterum ܐܶܬܰܫܒܰܪ eadem ſignificatione.

8) *Eſchthaphal* ܐܶܬܰܫܬܰܦܶܠ paſſivum praecedentis, ipſum quoque multo quam Etthaphal frequentius: transpoſito Thau characteriſtico paſſivi cum ſibilante initiali conjugationis. Vide §. 31.

Quae-

Quaelibet conjugatio habet 1) praeteritum, indeque ortum 2) infinitivum, 3) imperativum 4) futurum 5) participium, 6) praeſens periphraſticum. Sed de his jam ſeorſim agamus.

§. XXXIX.

Tempora.

Tempora Syri, ut reliqui Orientales, duo habent, *praeteritum*, et *futurum*, quae quidem magis apud eos propriam ſignificationem obtinent, minusque ἀοριστως ponuntur, quam apud Arabes et Hebraeos (*). Auxiliaris autem verbi pronominisve ope poſſunt et quinque tempora latinorum, atque adeo aliud ſextum exprimere, quin et aliquod habent praeſens ex verbo et pronomine auxiliari in unam vocem coaleſcens, ſed cui in tabula paradigmatis locum non dedimus, ne nimis illam oneraremus.

Prae-

(*) Vide omnino grammaticam Arabicam §. 37. Nil Hebraeis Arabibusque frequentius, quam, praeteritum futurumque eadem latitudine poni, qua Graeci ſuum ponunt aoriſtum. Hic vero lingua Syriaca jam paulo adſtrictior, nec quidem aliquas illis aoriſti reliquias negaverim, ſunt tamen rarae. Referre, ut exemplo utar, illuc poſſis ex Ephraemo Syro T. I. p. 41. إِنْ يَحْمِضْ هَكْدَا كُمْ هَكْدَا أَوْ حُبْ لَا هَكْدَا *ſi placueris*, ACCIPIES (praet. pro fut.) *mercedem, licet hucusque non acceperis.* Sed puto, puncta male poſita; certe omni temporis anomalia caremus, ſi prius ut praeſens هُكْدَا efferas, *ſi placueris accipis mercedem.* Sic et latinus loqueretur, ſalva grammatica.

Praeter illud praeteritum, quod in paradigmate habemus, auxiliari voce addita imperfectum quoque et plusquamperfectum faciunt:

1) imperfectum per participium adjecto verbo auxiliari ܗܘܐ, ut ܗܘܐ ܩܛܠ, *occidens fuit*, pro, *occidebat*, et sic porro, ܗܘܬ ܩܛܠܐ *occidebat femina*, ܗܘܘ ܩܛܠܝܢ *occidebant*, ܗܘܝܢ ܩܛܠܢ *occidebamus*.

2) plusquamperfectum, per praeteritum adjecto eodem verbo auxiliari ܗܘܐ, ut ܗܘܐ ܩܛܠ *occidit fuit*, i. e. *occiderat*.

Sic quidem grammatici praecipiunt: vere illi, sed videtur aliquid de universalitate praecepti demendum: saepe enim legere memini praeteritum cum ܗܘܐ, ubi nullus erat plusquamperfecto, locus, sed perfecto potius atque imperfecto, maxime in apocalypsi Syriaca, atque versione Philoxeniana.

Futurum quoque verbum auxiliare aliquando adsciscit, ejus significationem quodammodo mutans, Marc. III, 20. ܗܘܘ ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܢܟܠܘܢ *ita ut non possent* (conjunctive) Ephraemi Oper. T. I. p. 40. *quid damni* ܗܘܐ ܗܘܬ ܠܗ *futurum fuisset, si spicas*, (non quasvis, sed exquisitas) *bonas* ܗܘܐ ܛܒܐ *obtulisset*: ibidem, (de Caino sermo) *habebat et aves* ܗܘܐ ܕܢܦܩ *quas offerret*: p. 44. *petiit* ܗܘܐ ܕܢܐܙܠ *ut fugeret* pag. 53. *homines, videntes a Noacho arcam parari* ܗܘܘ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܗ ܕܥܒܕ ܗܘ ܐܢܘܢ *non persuadebantur, ut opera sua mala abnegarent*. Alia exempla invenies

nies in chreſtomathia pag. 46. lin. 4. pag. 49 linea penultima, – – p. 51. lin. 10.

§. XL.

Imperativus, infinitivus, participia.

Imperativum in omnibus conjugationibus, paſſivis etiam, habent Syri, in ſola tamen ſecunda perſona, nec vetando ſed modo imperando, uſitatum.

De infinitivo quae dicenda ſunt, paradigmati ſervo.

Participium non in Kal ſolum, ut apud Hebraeos, ſed et in Pael, Aphel, et Schaphel, duplex eſt, activum et paſſivum.

Peil, cum proprie paſſivum ſit, nonnunquam tamen et active uſurpatur, ut ܢܫܩ *tenens, ſuſtinens*, Hebr. I, 3. pro Graeco φέρων, ſaepe etiam, *habens*, κράτιστος i. e. *potens* Luc. I, 3. ܡܚܝܠ ܢܫܩ pro Graeco παντοκράτως: (vide Schafii lex. plura daturum et haec exemplis firmaturum) ܣܒܠ *portans*, Marc. VI, 55. Rom. XI, 18. ܒܨܝ *prehendens* chreſt. p. 36. Nempe et Arabes duplicem habent formam قتيل et قتول, activam et paſſivam, quam illi quidem plurali fracto diſtinguunt. Paulo alia ratio eorum, quae active cum verti poſſint, ſunt tamen origine paſſiva, aut adfectuum verba, quos ad paſſionem referunt Orientales, ut Rom. XIII, 4. ܐܚܕ ܟܗܕܐ *accinctus gladium*, (ut Virgilius dixit, *fidumque accingitur enſem*) pro, μάχαιραν φορεῖ, ܐܒܠ *lugens*, ܡܒܟܐ *por-*

portans, proprie *oneratus*, cum adcusativo tamen constructum, chrest. p. 79. ܡܫܡܫ̈ܐ ܠܚܫ̈ܝ̈ܐ *portantes aegrotos*, quae possis ut pater meus fecit, cum deponentibus latinorum comparare.

§. XLI.

Praesens periphrasticum.

Praesens tempus, quo linguae orientales carere quodammodo videntur, plus una ratione exprimere Syri possunt, atque ut ita dicam, pro uno multiplex habent. Namque

1) ut reliquae linguae Orientales, Hebraica et Arabica, participiis pro praesente utuntur: his tamen

2) plerumque jungunt pronomen personale, paulo contractius, cum lineola occultante sub prima consonante, quod illis verbi substantivi loco est, ut

Singularis

	Masc.	Fem.
1	ܩܛܠ ܐܢܐ	ܩܛܠ̈ ܐܢܐ
2	ܩܛܠ ܐܢ̈ܬ	ܩܛܠ̈ ܐܢ̈ܬ
3	ܩܛܠ ܗܘ̇	
vel	ܩܛܠ ܗ̇ܘ	

Pluralis

1	ܩܛܠ̈ܝ̈ ܐܢܚܢܢ	ܩܛܠ̈ܝ̈ ܐܢܚܢܢ
2	ܩܛܠ̈ܝ̈ ܐܢ̈ܬܘ̇	ܩܛܠ̈ܝ̈ ܐܢ̈ܬܝ̈

Ter-

Tertiam perſonam pluralis numeri omitto, quod in uſu non eſt, ſed ſimplex in ea participium praeſenti exprimendo ſufficit.

3) Haec autem pronomina auxiliaria in quibusdam perſonis cum participio non loquendo ſolum ſed et ſcribendo contrahuntur, verumque aliquod praeſens faciunt, ſed quo onerare paradigma noluimus.

Singularis

Fem.	Maſc.
ـــــــ	ـــــــ 2

Pluralis

	ـــــــ 1
ـــــــ	ـــــــ 2

4) Denique et voce ـــ ut verbo ſubſtantivo utuntur. Eſt illa, ut videtur, proprie non verbum nec particula, ſed nomen, Hebraico יֵשׁ idem, ـــ, ſed cum Olaph prosthetico, quod forte, *exſiſtentiam*, *eſſentiam*, aut ut lubet, verteris, ſed idem ſignificat, atque, *EST*. Hoc vero, ut nomen pluralis numeri, ـــ, cum ſuffixis componunt, *exſiſtentiae meae*, pro, *SUM*; *exſiſtentiae tuae*, pro, *ES* &c. hoc typo: -

Singularis

F.	C.	M.
	אֲנִי	*ſum*
אַתְּ	אַתָּה	*es*
הִיא	הוּא	*eſt*

Pluralis

	אֲנַחְנוּ	*ſumus*
אַתֶּן	אַתֶּם	*eſtis*
הֵן	הֵם	*ſunt*

Huic vero ipſi periphraſtico verbi ſubſtantivi praeſenti ubi jungunt verbum auxiliare הָיָה, ex eo novum faciunt imperfectum, ut הָיָה אֲנִי *erat.*

§. XLII.

Paradigma perfectum cum vocalibus ſcriptum.

Duplex jam paradigma ponimus, alterum verbi cum vocalibus, alterum cum punctis diacriticis ſcripti; eique quae de flexione ſcienda ſunt adnotamus: alterum ſola puncta diacritica habens §. 48.

Ad §.

PARADIGMA VERBI REGULARIS

Ethpaal.		Aphel.		Ettaphal.		Schaphel.	Eschthaphal.
M.	C.	M.	C.	M.	C.		

XLII.
CUM VOCALIBUS SCRIPTUM.

	Peal. F.	Peal. C.	Peal. M.	Ethpeel. F.	Ethpeel. C.	Ethpeel. M.	Pael. F.	Pael. C.	Pael. M.
PRAETERITUM. Singular. 3									
PRAETERITUM. Singular. 2									
PRAETERITUM. Singular. 1									
PRAETERITUM. Plural. 3									
PRAETERITUM. Plural. 2									
PRAETERITUM. Plural. 1									
INFINIT.									
IMPERAT. S.									
IMPERAT. P.									
FUTURUM. Singular. 1									
FUTURUM. Singular. 2									
FUTURUM. Singular. 3									
FUTURUM. Plural. 3									
FUTURUM. Plural. 2									
FUTURUM. Plural. 1									
PARTICIPIUM. Activum									
PARTICIPIUM. Passivum.									

§. XLIII.

§. XLIII.

Adnotationes ad paradigma de flexione: 1) *de praeterito.*

In praeterito Kal intranſitiva et ſemipaſſiva, ad quae et ex more Orientalium verba ſenſuum et adfectuum referuntur, loco A amant E, ut ܫܬܐ *ceſſavit*, ܙܬܐ *pudefactus eſt*, ܚܒܠ *concepit, gravida facta eſt*, ܕܒܩ *adhaeſit*, ܕܚܠ *timuit*, ܪܡܨ *dormivit*, ܥܡܪ *caligavit*, ܛܥܡ *guſtavit*, ܛܥܢ *portavit*, q. d. *oneratus fuit*, ܟܦܢ *eſurivit*, ܠܒܫ *induit* (q. d. indutus, tectus fuit veſte) ܢܚܬ *deſcendit*, ܢܦܩ *adhaeſit*, ܣܓܕ *provolutus in terram adoravit*, ܣܗܕ *teſtatus eſt* (proprie, praeſens fuit rei) ܣܠܩ *adſcendit*, ܥܛܦ *invaluit*, ܩܪܒ *propinquus fuit, adpropinquavit*, ܙܥܦ *iratus fuit*, ܪܗܛ *cucurrit*, ܪܚܡ *dilexit*, ܪܛܢ *murmuravit*, ܫܚܐ *inclinavit ſeſe*, ܫܟܒ *cubuit*, ܫܠܐ *ſiluit*: quo in numero et ſunt verba med. rad. Olaph, ܟܐܒ *doluit*, ܟܗܐ *aegre tulit*, ܫܐܒ *canuit*. Sunt tamen et alia verba, quae idem, incertum qua de cauſſa, faciunt. Horum paradigma eſto,

Sing.	Plur.
ܩܛܠ	ܩܛܠܘ
ܩܛܠܐ	ܩܛܠܢ
ܩܛܠ	ܩܛܠ 1. ܩܛܠܢ

De verbis primae rad. Jod, E ſub media radicali amantibus, infra dicetur.

Aliqua

Aliqua verba utramque vocalem admittunt, interdum manifesta significationis diversitate, aliquando eadem, ut ܝܪܬ et ܝܪܝܬ *hereditavit*, ܟܠܚ et ܟܠܝܚ *comedit*, *masticavit*, ܦܠܓ *divisus fuit*, (Joh. VII, 14.) et ܦܠܝܓ *divisit* (Rom. XII, 3.) ܡܠܟ et ܡܠܝܟ, ܡܠܐ et ܡܠܝܐ.

Reliqua, quae de flexione praeteriti terminationibusque dicentur, licet in exemplo conjugationis Peal ponantur, ad omnes tamen conjugationes pertinent.

Secunda persona sing. feminini scribendo quidem per Jud additum a masculino distinguitur, ܩܛܠܬ, verum in adpellando Jud non auditur, *Ketalth.*

Idem tenendum de Vau et Jud, quo masculinum a feminino, in tertia pers. pluralis, contra morem Hebraeorum, quibus ea generis communis est, distinguitur, ܩܛܠ, ܩܛܠܘ, ܩܛܠܝ, utrumque *Ketal.* Hinc fit, ut Jud femininum persaepe omittatur, scribaturque pluralis femininus ܩܛܠ: e. g. ܒܟܘ *pepererunt*, Genes. VI, 4. XXXI, 43. ܪܥܘ ܡܠܝܗܘܢ *placuerunt verba eorum*, XXXIV, 18. ܒܥܛܘ *deglutiverunt*, XLI, 7. Vide plura exempla Genes. XLIX, 26. Coh. II, 10. Marc. XIII, 28. chrestom. p. 50. Frequentissimum hoc Ephraemo, ut T. I. p. 50. lin. 15. p. 53. l. 15. ܟܠ ܒܥܘܠ p. 57. statim ab initio capitis IX, ܒܢܝ ܒܝܬܐ ܕܢܦܩܘ *familiae quae egressae sunt a Noacho*, p. 71. linea 6 et 7 a fine, p. 72. lin. 13. 15. &c. &c. Vide et Kypkii *recensionem codicis Syro-Arabi-*

Arabici (Regiom. 1746.) p. 4. – – Contra Vau maſculini excidentis, nonniſi rariſſima, nec aeque certa ſe, mihi quidem, exempla obtulerunt, quod enim pro ἐμοσχοποίησαν Act. VII, 41. legitur, ܥܒܕ ܠܗܘܢ ܥܓܠܐ poſſit ad varietatem lectionis trahi, vertique, *fecit illis* Aharon *vitulum.*

Contra utrique terminationi et Nun paragogicum additur, ܐܡܪܢ ܐܡܪܝܢ, maſculino rariſſime, ut ܐܡܪܢ *obtulerunt* chreſt. p. 75. ܐܟܠܢ ܥܒܕܢ *ſuſceperunt laborem*, et ܥܒܕܢ fecerunt, Aſſemani bibl. Or. T. I. p. 235. feminino frequentius, ut vel in paradigmate locum mereri videretur, ܐܙܠܢ *abierunt* Matth. XXVIII, 8. 11. ܐܙܠܝܢ *dixerunt*, XXV, 8. ܫܕܪܝܢ *miſerunt*, Joh. XI, 3. ܥܠܝܢ *ingreſſae ſunt*, Matth. XXV, 10. Marc. XVI, 5. ܥܒܕܝܢ Apoc. XXI, 3. Puto autem nonniſi breviſſime ejusmodi U et E adpellari, cum tono in penultima, *Ketálun*, *Kctálen.*

Pro ܐܡܪܢ in prima perſ. plur. et ܐܡܪܢܐ dici poteſt. Exempla reperies Luc. IX, 13. ܢܙܠܢ ܐܠܐ *niſi abierimus et emerimus*, 1 Theſ. II, 2. 2 Petr. I, 18.

§. XLIV.

De infinitivis.

Infinitivorum in lingua Syriaca facillima ratio: omnes omnium conjugationum Mem praeformativum habent, ſunt, ut in Hebraica grammatica copioſius doceo, non tam verba, quam nomina ſubſtantiva (nomina

mina actionis) verbalia, idque paradigma Syriacum inſpicienti manifeſtum. In conjugationibus omnibus, praeter Peal, terminationem habet nominis feminini in U definentis, id vero eſt, apocopati, ante ſuffixa redituro Thau quod abjectum erat. In ſolo Peal formam habet maſculinam, quamquam et hac in conjugatione aliquando femininam, ut ܡܶܦܫܰܩ *diſcedere*, Luc. IX, 33. ܡܰܕܥ *facere* Pſ. CIX, 16.

§. XLV.

De futuro.

Futurum imperativo praemittendum videtur, quod imperativi vocales ex futuro pendent.

Ergo in Peal media radicalis plerumque habet U, et vero plene cum Vau quieſcente ſcriptum, ܢܶܩܘܽܠ: ſed ea verba, quae in praeterito E ſub media radicali, hic in futuro A (Petocho) habent, ut ܢܶܦܰܠ &c. Eandem vocalem etiam amare verba tertiae radicalis gutturalis et Riſch, ubi ad anomala deventum, dicemus, ſed fas ſit, hic occupare. Denique ſunt et aliqua pauca, nulla certa lege definienda, quae E (Revotzo) habent, ut ܢܶܬܶ Luc. XXII, 36. ܢܶܫܬܶ Matth. IV, 6. ܢܶܬܰ (*ſedebit* a. r. ܝܰܬܰ) Matth. XXV, 31. ܐܶܩܛܶ *cades* et ܐܶܬܶ *dabo* Matth. IV, 5. (a. r. ܢܬܰ et ܝܗܒ) ܐܶܓܪ *trahamus* (a. r. ܓܪܪ) Joh. XII, 32. ܢܶܚܶܫ *fortiamur!* a ܚܫܫ Joh. XIX, 24. ܢܶܥܒܶ *faciet*,

ciet, innumeris locis, quorum indicem habes in *Schafii* lexico p. 401.

Praeformativas literas futurum habet, non ut apud Hebraeos, אית, ſed tres modo ל : nempe tertia perſona maſculina ſingularis pluralisque numeri, Nun praeformativum habet, ubi reliqui Orientales omnes Jud adſciſcunt. Suſpectum id videri poſſit, eſtque et mihi olim viſum, cum Jud et Nun ſint literae figura ſimillimae, quae a librariis centies centiesque permutantur. Idne et hic factum, et vero in lingua mortua, atque in ſacris uſitata? Idemne hic accidit, quod illi, qui valde defendebat, quod cantillare conſveverat, *mumpſimus corpus tuum*, nec ei credebat, qui *ſumpſimus* canere ſvadebat? Ita quidem dubitari poterat, dum ſolam haberemus linguam Syriacam his characteribus ſcriptam: ſed omne iam perit dubium, cum Sabii ſeu Galilaei, in quorum Alphabeto literae Jud et Nun nil habent commune, tertiam tamen perſonam ſing. et plur. maſculinam, ac pluralis femininam, a Nun praeformativo ordiantur. Vide bibliothecam Orientalem T. XV. p. 129. 130. (*).

Multa

(*) Alia tamen, Judaeae, ut credo, dialectus Aramaea, Jud praeformativum habet: nempe eſt fortaſſis ipſa Hieroſolymitanorum Chaldaica. Bibl. Or. T. XIX. num. 287.

Multa, fateor, inde ambiguitas, ܢܩܛܠ enim esse potest, *occidet*, et *occidemus*, sed hanc dirimunt puncta *Ribbui*, pluralem a singulari distinguentia.

Secundae personae sing. fem. ܬܩܛܠܝܢ surdum Jud in fine addi potest, ut ܬܬܟܢܫ *ne ingredere* Marc. IX, 25. ܬܦܨܝܢ *salvabis* 1 Cor. VII, 16. (ubi tamen in Polyglottis Jud omissum, sed expressum in aliis editionibus ipsaque Widmanstadiana). Suspicor, plane idem esse Jod paragogico Hebraeorum, id est, suffixum primae personae redundanter additum: *ne ingredere mihi porro in illum*, – – *salvabis mihi maritum.*

Frequentius tertiae personae sing. fem. ܢܩܛܠ Jud surdum additur, quod et in paradigmate posuimus, ut, ܬܥܒܪ *transibit* Matth. XXIV, 34. ܬܫܬܘܩ 1 Cor. VII, 10. 11. ܬܬܦܨܐ v. 13. ܬܬܫܟܒ *sanabitur* Marc. V, 23. ܬܐܨܝ *prodire facit* Hebr. VI, 8. Exempla tertiae personae sine Jud positae si desideres, habebis Marc. IV, 32. IX, 50. Matth. XXIV, 2. &c. In Futuro Pael praeformativae Nun et Thau sine vocali scribuntur, licet in illis aliqua vocalis breviſſima audiatur, quamquam et hanc Galilaei scribunt, atque aliqui ex Syrorum grammaticis scribi jusserunt. Vide pag. 33.

§. XLVI.

De imperativis.

Imperativus Peal in ſecunda radicali eandem ex regula vocalem habet, quam futurum, ut ܙܕܰ *time* Rom. XI, 20. ܪܡܶܫ *dormite* Marc. XIV, 41. ܟܽܠܘ *comedite* Luc. X, 8. ܣܰ *aſſume*, II, 13. ܐܶܙܒܶܢ *emite* Matth. XXV, 9. aut, ut et exempla ex anomalis eandem legem ſequentibus adjiciam, ܐܡܰ *dic*, Matth. IV, 3. ܝܶܠܦ *diſcite* XXIV, 32. ܣܰܒ *accipite* Matth. XXV, 28. ܝܰܬ *ſedete* Lev. VIII, 35. ܢܦܶܠ *cade* Matth. XXI, 21. ܥܒܶܕ *facite*, Matth. III, 8.

Rarius futurum ab infinitivo vocali diſcrepat, ut ab ܐܙܠ *abiit*, in futuro faciunt, ܢܶܐܙܶܠ *abibit*, in imperativo ܐܶܙܶܠ *abi*. Exempla dabit Schafii lex. p. 8. 9.

Media radicalis imperativi in Ethpeel ex praecepto grammaticorum vocali caret, habetque ejus loco ſubſtratam lineam occultantem: nempe imperativum abruptius ipſa natura duce efferre ſolemus, nec Arabes قُول, ſed قُلْ dicunt. Idem et obtinere dicitur in Ethpaal, ac ne hic quidem obnitor, mediam radicalem non geminantibus Syris. At in Etthaphal et Eſchthaphal ob cauſſas §. 16. p. 44. 45. dictas nolui vocalem omittere, cujus et poſiti exempla ibi adducta. Certius his de rebus judicare poſſet, ſi cui aditus ad codices adcuratos manuſcriptos punctis inſtructos, otiumque eos conſulendi.

lendi. Sed eſt minuta quaeſtio grammatica non magni uſus.

§. XLVII.

De participiis.

Participium Peal activum ܩܛܝܠ ſemper defective ſcribitur, contra Hebraeorum Arabumque morem; nempe quia Vau Syrorum in O non quieſcit, exceptis exoticis: contra Peil ſemper plene ܩܝܛܝܠ, quod eandem in literis Vau et Jud libertatem, quam Hebraei, Syri non habent.

Reliquarum conjugationum omnium participia ex praeteritis formari, Mem formativo praepoſito, nemo non videt.

Activum et paſſivum participium conjugationum Pael, Aphel, Schaphel, (ita et quadriliterorum) ſola vocali E activorum ſub media radicali, ac paſſivorum A, differre, paradigma docet: ſed hoc diſcrimen abjecta vocali, in ſtatu emphatico, plurali numero, et feminino perit, vocalibus certe non exprimitur, ſed punctis modo diacriticis. Viva voce ſi quis appellabat, in breviſſima vocali, quam Schva mobili Hebraeorum comparaveris, aliquid diſcriminis interceſſerit: ſed id parum ad nos, maxime poſtquam aut mortua eſt, aut vix ultimum halitum trahit lingua Syriaca.

§. XLVIII.

De Olaph characteriſtico Aphel.

Olaph characteriſticum, cum paſſivarum conjugationum ab ʾ incipientium, tum conjugationis Aphel, in infinitivo, futuro, participiisque, poſt literas praeformativas abjici, paradigma docet.

In Aphel tamen nonnunquam ſervatur in verbis anomalis quorum una radicalis periit, ut ܐܰܚܒܶܝ *ſalvabis*, fem. ܐܰܚܒܺܝ 1 Cor. VII, 16. ܐܰܚܰܒ݂ܥ *vivere ſinentes* Exod. I, 16. ܐܰܚܰܒ݂ܥ *ſalvare* Hebr. VII, 25. ܢܰܚ *habitabit* Act. II, 26. 2 Cor. XII, 9. ܐܰܚܰܒ݂ܗ *amare* Rom. XIII, 8. ܐܰܚ *protrahens* 2 Petr. III, 9.

Caeterum ܐܰܫ *invenit*, *potuit*, et ܐܰܫ *bibit*, non ſunt conjugationis Aphel, ſed Kal, cum Olaph prosthetico, ut ex vocali Chevotzo ei ſubjecta certum. Prius quidem in flexione infinitivi ſimulare videri poſſit Aphel, ܐܰܫ Geneſ. XIX, 11. inque participio, ܐܰܫ Matth. XIX, 26. verum et infinitivum Peal in U femininum deſinere poſſe, pag. 105. monitum, nec vocalis praeformativis ſubjecta eſt conjugationis Aphel, quae ܐܰܫ et ܐܰܫ popoſciſſet. Futurum ܢܰܫ plane et conjugationis Peal, et Petocho ob tertiam rad. gutturalem poſitum: Aphel eſſe debuiſſet, ܐܰܫ. In participio etiam paſſivo plane formatur ut Peal, ܫ, inque Ethpeel ܐܰܫ.

§. XLIX.

§. XLIX.

Paradigma notis diacriticis ſcriptum, ex Iſenbielio.

Futurum.

I. 

	Foemin.	Maſculin.	
Singularis			II.
			III.

I.

Pluralis		II.
		III.

Participium.

Foemin.	Maſculin.	
		Praeſens.
		Praeter.

Praeteritum

Foemin.	Maſcul.	
		III.
		II.

Singularis

Commun.

I. 

Pluralis

		III.
		II.
		I.

Infinitivus



&c.

Imperativus.

 Singul.

 Plural.

§. L.

§. L.

Anomala.

Quae ab hac paradigmatis lege deflectunt, ſunt, ut apud Hebraeos *gutturalia*, *quieſcentia*, *primae radicalis Nun et mediae radicalis geminatae.*

§. LI.

Gutturalia.

Earum, quae radicalem aliquam ex tribus gutturalem habent, tam paucae anomaliae, ut paradigmate non indigeant: cum enim Syri nec Dageſch forte habeant, nec Schva compoſitum, nec Patach genuba, nec infinitas vocalium mutationes, quas punctorum auctores linguae Hebraicae conſciverunt, ſequitur, ut verba primae et ſecundae gutturalis nullas, tertiae, paucas a paradigmate feceſſiones faciant. Olaph primae et ſecundae radicalis ſi paradigmate indiget aut anomaliarum enarratione, non ut gutturalis litera, ſed ut quieſcens, illis opus habet.

Ergo de ſolis dicendum verbis tertiae radicalis gutturalis ܐ, ܗ, ܚ, ad quorum typum et flectuntur,

1) verba tertiae radicalis Riſch

2) quatuor verba Pael et Ethpaal tertiae radicalis Olaph, ܨܠܐ *ſolatus eſt*, ܐܬܛܠܐ *contaminavit*, $\aleph\aleph\dot{\text{ו}}_3$ *foedavit*: forte et alia dubia. Vide pag. 53. 54.

Haec

Haec ergo, quae dixi verba

1) in futuro et imperativo Peal plerumque eam formam ſequuntur, quae Petocho ſubſternit mediae radicali.

2) reliquis etiam in conjugationibus participioque Peal activo, E frequentiſſime mutant in A, ut ﻋُﺒْﺪ *ſerviens*, *colens*, ﺭُﺒْﺪ *rependens*, ﺃُﻣْﺮ *dicens*. In Pael et Aphel hoc conſtanter fit, ﺷَﻠَّﺢ *miſit*, ﺃَﺭْﺸَﻊ *impie egit*.

(*) Exempla dabit Schafii lexicon. Ad dubia referendum ﺗﺰﻳﻦ, ſecundum Caſtellum cujus Ethpaal Jeſ. II, 12. ﺗﺘﺰﻳﻦ ſcribitur; vereor ut recte, cum Exod. XV, 1. ut Olaph quieſcentis flectatur, ﺗﺘﺰﻥ: ergo in Jeſaiae loco Ethpeel potius eſſe videtur, his punctis ſubjiciendis ﺗﺘﺰﻳﻦ (*Ethegee*). Habent alii in his verbis, Caſtellum ſequuti, ﺗﺘﺰﻳﻦ *orna-tus*, *decoratus fuit*: videtur vero ex eorum numero delendum, cum et ſine exemplo a Caſtello poſitum ſit, et ipſe paſſiva habeat Olaph in Jud mutantia, ﺗﺘﺰﻥ et ﺗﺰﻥ, quod et nomina ex verbo orta faciunt.

§. LII. VERBUM QUIESCENS

Eſchthaphal.	Schaphel.	Ettaphal.	Aphel.	Ethpaal.
אֶתְהַפְעַל	הַשְׁפְעֵל n. 9.	אֶתְתַּפְעַל	אַפְעֵל n. 9.	אֶתְפְּעַל אֶתְכְּתַב אֶתְכְּתַב אֶתְכְּתַב אֶתְכְּתַב vel אֶתְקְטַל אֶתְקְטַל n. 6. 7.
מִתְהַפְעֲכָה	מַתְפְּעֲכָה	מִתְתַּפְעֲכָה	מַפְעֲכָה	מִתְפְּעֲכָה l. מִתְקְטַלְתָּא
אֶתְהַפְעַל	הַשְׁפְעֵל	אֶתְתַּפְעַל	אַפְעֵל	אֶתְכְּתַב l. אֶתְקְטַל
אֶתְהַפְעַל	הַשְׁפְעֵל הַשְׁפְעֵל	אֶתְתַּפְעַל	אַפְעֵל	אֶתְפְּעַל אֶתְכְּתַב אֶתְכְּתַב vel אֶתְקְטַל אֶתְקְטַל אֶתְקְטַל
	מַשְׁפְעֵל		מַפְעֵל	
מִתְהַפְעַל	מַשְׁפְעֵל	מִתְתַּפְעַל	מַפְעַל	מִתְפְּעַל אֶתְכְּתַב vel מִתְקְטַל מִתְקְטַל

I. rad. *Olaph*, ܐܟܠ *comedit.*

Peal.	Ethpeel.	Pael.
ܐܟܠ ܐܟܘ	ܐܬܐܟܠ ܐܬܐܟܘ	ܐܟܠ ܐܟܘ
ܐܟܘ ܐܟܘܗ	ܐܬܐܟܘ ܐܬܐܟܘܗ	
n. 1. ܐܟܘ	n. 5. ܐܬܐܟܘ	
	vel	
ܐܟܘܗ ܐܟܘ ܐܟܘܗ	ܐܬܐܟܐ ܐܬܐܟܐ	
ܐܟܘܗ ܐܟܘܗ	ܐܬܐܟܐ ܐܬܐܟܐ	
ܐܟܘ ܐܟܘܗ		
ܐܟܐ ܐܟܐ		
ܐܟܐ ܐܟܐ		
ܐܟܐ ܐܟܐ

§. LII.

Verba primae radicalis Olaph quiescentis.

Numeris distinguo, quae ad paradigma notanda sunt, ut ipsos indicis loco addere paradigmati possim.

1) Olaph initiale vocali destitutum eam adsciscere, ex §. 33. notum: in praeterito quidem Peal Revotzo ܐܕܰ , in imperativo et participio Peil Petocho, ܐܶܕܰ . ܐܶܕܶ .

2) In infinitivo et futuro Peal, duplicem formam habet:

1) ܡܶܐܕܰ inque futuro ܢܶܐܕܶ , ܢܶܐܕܰ

2) ܡܶܐܟ , inque futuro, ܢܶܐܟ , ܢܶܐܟ . Priore modo flectuntur, ܐܶܝ *conduxit*, ܐܶܒ *cepit*, ܐܶܟ *comedit*, ܐܶܠ *ejulavit*, ܐܶܒ *coarctavit*, ܐܶܙ *ligavit*, ܐܶܠ *occurrit*, ܐܶܫ *effudit*: posteriore modo, ܐܶܒ *periit*, ܐܶܐ *abiit*, ܐܶܠ *didicit*, ܐܶܣ *fastidivit*, ܐܶܡ *dixit*, ܐܶܪ *protendit*. Ast ab ܐܰܬ venit in infinitivo dicitur, ܡܶܐܬ , sed in futuro ܐܶܬ .

3) Concursum duorum Olaph in prima persona futuri non ferunt Syri, nec licet ܐܶܐܡ ܐܶܐܕ aut in Pael ܐܶܐܕ scribere, sed ܐܶܕ , ܐܶܡ , ܐܶܕ . At in reliquis personis Aleph vel scribi vel omitti posse, inque Peal plerumque scribi, paradigma docet.

4) Imperativus Peal verbi ܐܶܡ est, ܐܶܡ ܐܶܟ ܐܶܫ ܐܶܪ ob tertiam radicalem Risch. Ab ܐܐ *abiit*, et ܐܬ *venit*, dicitur, abjecto Olaph

ܐ

ﺍﻟﺍ ﺍﻛﺐ ﺍﻛﻪ ﺍﻛﻴﻢ
ﺍﻟﺍ ﺍﻟﻚ ﺍﻟﻮ ﺍﻟﻴﻢ

5) In Ethpeel Olaph quieſcit, remiſſa vocali ad praecedentem ſchvatam, ﺍﻟﺍﺣﻼ pro ﺍﻟﺍﺣﻼ. Vide paradigma. Sic et efferendum puto, quod p. 113. male punctatum a Gabriele Sionita in Polyglottis ejusque ſequace, Caſtello, ſuſpicatus ſum, ﻫﻼ ﺻﻼ *exaltatum* Jeſ. II, 12.

At verbum ﺍﺗﻢ Olaph praecedenti Thau conformat, ﺍﺗﺘﻢ Matth. XXV, 10. Apoc. XXI, 25.

Denique et alia verba utroque modo flecti poſſunt, ut ﺍﺣﻼ.

6) Eodem modo duplex eſt forma conjugationis Ethpaal, altera ﺍﻟﺍﺣﻼ Olaph quieſcente, et vocalem ad praecedens Thau remittente, altera illo in Thau mutato, ut ﺍﺗﺘﺠﺮ a r. ﺍﺟﺮ, ﺍﺗﺘﺠﺮ *negotiatus eſt*, ut volunt, ab ﺍﺗﺮ.

7) Hinc fit, ut nomina non pauca loco primae radicalis Olaph habeant Thau, ﺍﺗﻨﺎ *gemitus*, ſcribanturque ſervandae originis cauſſae cum Olaph quieſcente, ﺍﻨﺎ, denique et in aliis, cum nominibus tum verbis, incertum ſit, utrum ad primam radicalem Olaph an Thau referenda ſint. Sic, ut exemplo utar, ﺍﺗﺘﺠﺮ *mercaturam exercuit*, ﺍﺗﺮ vel ﺍﺗﺮ *mercator* ﺍﺗﺠﺎﺭ ﺍﺗﺠﺎﺭﺍ *mercatura*, ad radicem ﺍﺗﺮ referre ſolent, ſed vereor, ut recte, certe dubito. ﺍﺗﺮ, ad

quod vocabulum referunt, *mercedem* ſignificat, quam operario damus, non *merçem*, quam mercator emit venditque; Arabibusque mercaturae et verbum et nomina per Thau ſcribuntur, تجر. Conſectaria hoc ex fonte derivata jam occupavimus §. 29.

8) In infinitivo, futuro et participiis Pael, duplex flexio, Olaph jam vocalem rejiciente ad praecedentem literam, et quieſcente, jam prorſus excidente. Hujus quidem exempla ſatis multa cupido dabit Schaafii lexicon ſub لكح; unum futuri adſcribo يلكح Matth. V, 19.

9) In Aphel et Schaphel, harumque conjugationum paſſivis, Olaph mutari in Vau diphthongeſcens ſolet, e. g. هوعمن *moram injecit*, ab اعمن.

Verbum tamen اتا, *venit*, primam radicalem in Jud mutat, اوتب, *adduxit*, هوتاه, اوتا, اوتا, هوتا. Idem facit اجا in هوجا *credidit*, quo in verbo et Hebraizans forma, Aphel per He loco Aleph ſcribens, notanda, cum religione Judaica et Chriſtiana in verbo religionis Syriasmo invecta.

10) In his ergo conjugationibus itemque in infinitivo et futuro Peal cum verba primae radicalis Olaph et Jud ſint ſimillima, inde evenit, ut nonnunquam permutentur, altera radicali in alteram tranſeunte. Sic لكح et يلكح plane idem, *didicit*.

11)

11) יָצָא *abiit*, praeter eas, quas hucusque memoravimus anomalias, alia quoque ratione anomalon eſt, tertia radicali occultata, et ad praecedentem remittente vocalem, quoties haec vocalem non habebat, ut אָצְאָה *abiit*, fem. אָצְאָה *abii*, אֲצָאֲכֶם *abibis*, ſicque in plurali futuri, יֵאָצֵאכֶם, יֵאָצֵאכֶן, יֵאָצֵא, יֵאָצֵאכֶם, יֵאָצֵאכֶן, inque participio, יֹצְאִים, יֹצְאִים, יֹצֵא. Exempla Schafii lexicon dabit, chartae ergo avarus ſum. – – Verum haec anomalia nihil ad יָצָא *profuit*, quod ad legem reliquorum verborum primae rad. Olaph flectitur.

12) Verba ab ע incipientia, ideoque Ain occultantia, (vide §. 3. et 16. n. 2.) in qnibusdam paradigma noſtrum ſequuntur, nempe hactenus, ut ſub Ain vocalem adſciſcant, eamque remittant ad praecedentem ſchvatam: non vero in omiſſione aut permutatione literae Ain, (excepto ſolo Galilaismo, qui id quoque audet).

§. LIII.

§. LIII. VERBUM QUIESCENS

Eſchthaphal.	Schaphel.		Aphel.	Ethpaal.
אֶתְקַיַּם	5. שְׁקַיֵּם	הֲקִים	5. אַקִים	אֶתְקַיַּם אֶתְקַיָּם
אִתְקְטַלְתָּא	אִשְׁתְּקַטְלָא	אִשְׁתְּקַטְלָא	אִשְׁתְּקַטְלָא	אִתְקְטַלְתָּא
אֶתְקַיַּם	שְׁקַיֵּם	הֲקִים	אַקִים	אֶתְקַיַּם
אֶתְקַיַּם	אֶשְׁתְּקַיַּם שְׁתְּקַיַּם	אֶשְׁתְּקַיַּם שְׁתְּקַיַּם	אֶשְׁתְּקַיַּם שְׁתְּקַיַּם	אֶתְקַיַּם שְׁתְּקַיַּם שְׁתְּקַיָּם
	שְׁתְּקַיַּם		שְׁתְּקַיַּם	
אִתְקְטַלְנָא	אִשְׁתְּקַטְלָנָא	אִשְׁתְּקַטְלָנָא	אִשְׁתְּקַטְלָנָא	אִתְקְטַלְנָא

1. rad. *Jud*, ܝܕ *peperit.*

Peal.	Ethpeel.	Pael.
1. 2. ܝܕ ܝܕܬ	ܐܬܝܕ ܐܬܝܕܬ	ܝܕ ܝܕܬ
3. ܝܕܐ	ܐܬܝܕܐ	ܝܕܐ
2. 3. ܝܕܬ ܝܕܬܒ	ܐܬܝܕܬ	ܝܕܬ ܝܕܬܒ
3. ܝܕ ܝܕܝ ܝܕܝܗ	ܐܬܝܕ ܐܬܝܕܝ ܐܬܝܕܝܗ	ܐܝܕ ܝܕ ܝܕܝܗ
ܝܕ		ܝܕ
ܝ. ܝܕܘ	ܐܬܝܕܘ ܐܬܝܕܝ	ܝܕܘ

§. LIII.

Verba primae radicalis Jud quieſcentis.

1) Verba primae radicalis Jud in praeterito Peal frequentius aliis, atque etiam ubi nulla ſignificationis ratio id poſcit, ſub media radicali E habent, ut ܫܬܐ *exaruit*, ܐܡܐ *niger fuit*, ܝܠܕ *peperit*, ܝܠܦ *didicit* (eodem verbo per Olaph ſcripto ܐܠܦ A habente) ܢܣܐ *ſuxit*,

ـــــ *ſolicitus fuit*, *diligentiam adhibuit*, ـــــ *arſit*, ـــــ *magnus fuit*, ـــــ *ſedit*: quin et in his Petocho habentibus, ـــــ *novit*, ـــــ *dedit*, ـــــ *gravis fuit*, ـــــ *lucratus eſt*, A pro E poſitum ob tertiam radicalem gutturalem vel Reſch videtur.

2) Jud, ubi prima radicalis vocali vacua eſt, vocalem I adſciſcere, ut ـــــ pro ـــــ, ex §. 33. ſumimus: at ubi in paradigmate regulari prima vocalem habet, ut ـــــ, flexio praeteriti plane regularis eſt, ـــــ ـــــ &c. Unum verbum ـــــ vocali I opus non habet, quod He occultatur, ſuamque primae radicali vocalem remittit, ſic flectendum:

ـــــ ـــــ ـــــ ـــــ

ـــــ ـــــ ـــــ

ـــــ ـــــ

3) Mediam radicalem in futuro et imperativo Petocho amare, ex illis quae de Revotzo in praeterito Kal diximus, conſequens eſt.

Forma infinitivi et futuri verbis primae radicalis Olaph ſimillima, Jud, ut quieſcere in Chevotzo poſſit, in Olaph mutato, aut poſt praeformativam primae perſonae literam Olaph excidente.

At alia ratio verborum ـــــ et ـــــ, quae ad typum verborum primae radicalis Nun flectuntur: infin. ـــــ et ـــــ, imperat. ـــــ, ـــــ, fut. ـــــ, ـــــ.

Suſpi-

Suſpicari forte poſſis, ea cum Hebraicis, Arabicisque formae אֵלַךְ et أَيِـلُ conferenda eſſe: nec tamen ita ſe res habet, haec enim Jod excidens non per Dageſch compenſant, quod Chaldaei faciunt, (vide grammaticam Chald. §. 15.) et Syriasmus occidentalis factum ſupponit, praeformativis literis brevem vocalem E, non I, ſubjiciens.

ܢܬܩ in imperativo ad eundem modum habet, ܬܩ: infinitivum et futurum ex ſynonymo ܝܗܒ mutuatur, ܡܶܗܒ *dare*, ܐܶܗܒ *dabo*.

4) Pael et Ethpaal plane regulariter flectuntur: vix enim anomaliis accenſendum, quod in illis ܩܒ *convocavit*, ܐܶܬܩܒ *convocatus eſt*, *convenit*, dicitur. Verbum יעד Hebraei habent, non Syri, ergo nec Jud in Vau mutant, ſed cum Arabibus aliquando hoc uno in verbo Vau radicale habere illis liceat.

5) In Aphel, et Schaphel, harumque conjugationum paſſivis, Jud in Vau mutatur, ut ܐܰܘܕܥ *notum fecit*, ܐܰܘܕܺܝ *celebravit*.

In duobus tamen verbis ܐܶܠ *ejulavit*, et ܐܶܢܨ *ſuxit*, Jud manet. Marc. V, 38. Jac. V, 1. Matth. XXIV, 19. Marc. XIII, 17. Luc. XI, 27. XXI, 23. XXIII, 29.

§. LIV.

Verba mediae radicalis Olaph quieſcentis.

Horum omnis in Peal, Ethpeel, atque Aphel anomalia, ex illa, quam §. 21. p. 55. ſanximus lege pendet, *Olaph vocalem remittere ad praecedentem vocali deſtitutam.* Ad hanc legem habes

in Peal, in praeterito ܛܳܒ *bonus fuit*, ܝܰܠ *feſſus fuit*, ܟܰܕ ܚܳܕ *taeduit*, Hebr. III, 10. 17. ܫܳܚ *ſenuit*, ܫܳܐ *petiit*, – – imperat. ܣܰܐ *calceos indue* Act. XII, 8. plur. ܣܳܐܕ Eph. VI, 15. – – fut. ܢܶܫܳܐ, *petet*, ܟܕ ܢܶܟܳܐ *taedebit*. – – Hoc tamen, *Thiman*, cum ob auditum ſub praeformativis Chevotzo conſonet verbis primae radicalis Olaph, forte primo ab ignaris aut oſcitantibus librariis ܐܰܡܢ ſcribi coepit, ſed erroribus orthographicis parata venia, ubi invaleſcunt, ergo ſic et reperias ſcriptum Luc. XVIII, 1. Act. IX, 38. Eph. III, 13. (a primo verſionis auctore? id quidem non dixerim, ſed tamen in bonis exemplis editionibusque) denique et alii, in dubio, utroque loco Aleph ſcripſerunt, et vel id in conſvetudinem abiit, ܐܰܡܠ Gal. VI, 9. Non quid fieri oportuerit, ſed quid factum ſit, ac fieri ſenſim licuerit, trado.

In Ethpeel, ܐܶܫܬܰܐ *deprecatus eſt*, Act. XX, 27. vel paulo alia forma, vocalem addente, quae adpellando auditur, ܐܶܬܰܚܰܡ Matth. XXVI, 8. ܐܶܬܰܚܰܡ Luc. XI, 53. (Nem-

(Nempe haec ſcriptio per Mehagjono §. 15.) Sic et Exod. XV, 1. ſcribendum arbitror, ﬠ֫ـ֫ـ֫ـ

In Pael atque Ethpaal Olaph plerumque mutatur in Jud, ܐܰܬܺܝܕ *paravit*, Luc. II, 31. ܐܶܬܬܰܩܕ *paratus eſt*, Matth. XX, 23. ܫܰܒ *polluit*, ܐܶܫܬܰܒ *pollutus eſt*. Servant tamen alia Olaph, ut ܐܶܬܪܡ *exaltatus eſt* Exod. XV, 1. ܐܶܫܬܐ *inquiſitum eſt* Act. XXV, 26. A ll3 Caſtellus utrumque habet, ܐܶܬܥܒܕ et ܐܶܬܥܒܰܕ *foedatus fuit*.

§. LV.

Verba mediae radicalis Vau et Jod quieſcentis.

1) In conjugationibus Peal, Ethpeel, Aphel et Eſchthaphal, non ad noſtrum paradigma flectuntur, ſed Vau mobile ſervant,

a) quae tertiam radicalem Olaph et Jod habent, ܥܳܐ *doluit*, ܥܳܐ *fuit*, ܥܳܐ *tumuit*, ܚܳܦ *aduſſit*, ܚܦ *pudefactus eſt*, *timuit*, chreſt. p. 107. ܟܳܦ et ܟܦ *comitatus eſt*, ܨܳܒ *deſideravit*, ܩܳ3 *ſtatuit*, *erexit lapidem*, ܪܳܐ *irriguus fuit*, ܫܳܐ *aequalis*, *dignus fuit*, ܬܳܐ *poenituit*. — — Habet quidem Gutbierius Luc. I, 32. ܢܶܗܘܶܐ *erit*, nec prorſus damnaverim, in Polyglottis tamen ܢܶܗܘܶܐ reperitur.

b) aliqua, quae ad certam legem revocari nequeunt, ut ܨܒܶܐ *cupiit*, Matth. XI, 18. ܐܶܥܒܶܕ *injuſte egit*, Apoc. XXII, 11. ܨܦ 2 Sam. XXII, 30. in fut. ܢܶܨܦ *inſiliam*, ܪܳܐ *exſultavit*, Act. II, 26. Philipp. II, 17. Apoc. XIX, 7. ܪܦ *exſilivit* Act. III, 8. ܬܳܐ *ſtupuit*, Geneſ.

Geneſ. XXVII, 33. Jud. III, 26. Marc. IX, 15. 2 Theſſ. II, 2. unde et nomen ܫܘܡܡܐ *ſtupor*, Luc. XXI, 25. ܫܡ *ſtupuit*, Jeſ. VII, 4. XLII, 17. Sunt et alia, quae utroque modo flectuntur, ſed ſignificatione diverſa, ut ܫܐ *pugno cepit*, ܫ in Aphel ܐܫܝ *declinavit a via*, ܕܝ *intuitus eſt* Marc. X, 27. ܕܥ *canduit, albuit*, Levit. XIII, 4. Matth. XVII, 2. Marc. IX, 3. unde et nomen ܕܥ *albus*: ܐܣܥ *odoratus eſt* 1 Cor. XII, 17. (a ܣܥ concipiendum) ܐܣܐ *refocillavit*, 1 Tim. V, 10. (*) ܡܣ *liquefactus eſt*, 2 Petr. III, 12. inque Aphel ܐܗܕ *audax fuit*, 2 Cor. X, 3. at ܐܚܕ *germinavit*, Matth. XIII, 5.

2) Verba mediae radicalis Vau et Jud quieſcentis vix ita certis legibus ac ſignificatione ut apud Arabes diſtincta; ſunt tamen aliqua, quae in Kal ut mediae radicalis Jud flectuntur, in reliquis enim conjugationibus omnia indiſcreta. Horum paradigma ponimus, in praeterito ܡܝܬ *mortuus eſt*,

Praet.

Plur.		Sing.	
ܡܝܬܢ	ܡܝܬܘ	ܡܝܬ	ܡܝܬ
ܡܝܬܬܢ	ܡܝܬܬܘ	ܡܝܬܬ	ܡܝܬ
ܡܝܬ		ܡܝܬ	

Exem-

(*) Dubiis annumeraverim ܐܡ, Jeſ. LX, 5. ubi biblia Polygl. ܘܬܬܪܚܒ ܠܒܟ *dilatabitur cor tu-* habent ܘܬܬܡܠܐ ego mallem ܘܬܬܡܠܐ

Exempla abunde dabit Schafii lexicon. Idem tamen verbum in futuro ut mediae radicalis Vau flectitur, ut ibi alio paradigmate, ﻋﺒﻖ, opus videatur, ﻋﺒﻖ *odoratus eſt.*

Imperat.

F. M. F. M.

Futurum.

Plur. Sing.



3) In paradigmate noſtro infinitivi et futuri Kal praeformativae literae vocalem non habet, ſolo Olaph excepto, quod vocali deſtitui ſine vitio grammaticali nequit. In quo quidem et plerosque grammaticos, biblia polyglotta, Romanasque Aſſemanorum editiones ſequutus ſum.

Quod ſi vero in codicibus manuſcriptis, ﻋﺒﻖ, ﻋﺒﻖ et ſimilia, invenias, aut in Gutbiriana N. T. editione Marc. X, 19. ﻋﺒﻖ, polyglottis ﻋﺒﻖ habentibus, noli id vitii grammaticalis adcuſare. Vocalis certe aliqua auditur, (§. XI.) Mendaei eam ſcribunt, quin et fuerunt, teſte Amira, ex Syrorum grammaticis, qui ﻋﺒﻖ, ﻋﺒﻖ, ﻋﺒﻖ &c. ſcribi juberent. In Chaldaica lingua

lingua eadem libertas: vide grammaticam Chaldaicam p. 94.

Imperativus verbi ܫܒܩ, *parcere*, ubi ſignificat, *abſit*, Zekopho habet, ܒܘܫ, Matth. XVI, 22. Act. X, 14. XI, 8. Rom. III, 4. 6. 31. VI, 2. 15. VII, 7. 13. IX, 14. XI, 1. 2. &c. &c. at ubi proprio ſenſu ponitur, *parce*, cum Vau ſcribitur, ut chreſtom. p. 33. ܫܒܘܩ ܠܐ ܫܚܨܘܬܟ *parce ſenectae tuae.*

4) De adpellatione literae Olaph in participio Peal, quod nempe ut Jud efferatur, in quod et in feminis ac pluralibus mutatur, memineris dictorum §. 3. E hic quoque ante gutturalem et Reſch in A mutari, ut ܥܒܕ *moechans*, Matth. XIX, 9. ܪܓܙ *commotus*, Matth. II, 5. ܚܙܐ *intuens*, Act. XXVII, 12. vix dictu opus.

Caeterum ea, quorum num. 1. mentio facta eſt, verba Vau mobile habentia, hic quoque Vau ſervant, ut ܘܠ Phil. II, 17. ܘܦ chreſt. p. 107.

5) Thau characteriſticum conjugationis Ethpeel, ut apud Chaldaeos, per totam conjugationem geminatur, niſi quod Chaldaei Dageſch forti utuntur, Syri ipſam literam Thau bis ſcribunt. De cauſſa nihil certi habeo: ſuſpicor, cum quinque conſonantibus conjugationis Ethpeel adſveviſſent aliis in verbis, hic vero una minus haberent, rhytmum tanquam et menſuram aliquam ſyllabarum ſequutos Thau geminaſſe. Cum hoc

autem geminato Thau prima radicalis ſibilans non transponitur: e. g. ܐܬܬܪܥ *commotus eſt*, Matth. II, 3.

In futuro tamen poſt Thau formativum ſecundae perſonae unum modo Thau characteriſticum conjugationis ſcribi ſolet, ut ܬܬܪܡܣ *conculcabitur*, Matth. V, 13. (Vide §. 24. p. 64.)

6) Etthaphal ergo horum verborum plane cum Ethpeel concinit, de cujus uno verbo ܐܬܬܥܝܫ *perſvaſus eſt*, *obedivit*, ab ܐܥܝܫ *perſvaſit*, notandum, plerumque poſterius ejus Thau in Tet mutari, ܐܬܬܥܛܝܫ e. g. Act. XVIII, 20.

7) Conjugationem Schaphel totam omiſi, nullum ejus certum exemplum in verbis med. rad. Vau et Jud quieſcentis inveniens.

8) In Pael et Ethpaal, Vau ſervant, ſuntque regularia, ܐܬܦܣ *confugit* Act. XIV, 6. ܬܪܥ *turbavit*, ܐܬܬܪܥ *turbatus eſt*, Galat. V, 7. Joh. XIV, 27. ܨܚ *ſobrius fuit*, 1 Theſſ. V, 6. ܙܘܕ *viatico inſtruxit* Act. XXVIII, 10. ܙܘܓ *copulavit* Matth. XIX, 6. ܐܬܙܘܓ *copulatus eſt* 1 Tim. V, 14. ܓܘܫ *polluit* Geneſ. XLIX, 4. ܐܬܓܘܫ *pollutus eſt* Joh. XVIII, 28. ܟܦܢ *arguit* 1 Tim. V, 20. ܐܬܟܦܢ *correptus eſt*, Eph. V, 13. ܛܪܝ *excruciavit* Ezech. XXVII, 24. ܟܘܪ *impedivit* 1 Theſſ. II, 18. ܪܘܚ *dilatavit* 1 Cor. VI, 13.

Contra pleraque in Jud mutant, ut ܡܣܣ *liquefecit*, ܡܨܦ *proſpexit*, ܕܝܢ *damnavit*, ܩܝܡ *ſtabilivit*, ܪܝܡ *exaltavit*.

Aliqua

Aliqua utrumque faciunt, ſed diverſo ſignificatu, خَفَى *excoecavit*, اِنْخَفَى *excoecatus eſt*, خَفَا *excitavit*.

Denique et quadrilitera vice harum conjugationem frequenter funguntur, ut اَخْزَلَ *commovit*, اِنْزَخْزَلَ *commotus eſt*, a זעל, - נְעַנְעַע *exaltavit*, اِنْزَعْنَعَ, a נעע.

9) Verbum عَمَا vixit, mediam radicalem mobilem habens, ſingulari tamen ipſique ſoli propria anomalia Jud ejicit ubi prima radicalis vocalem non habet, praeceſſitque praeformativa, ut infinit. مَعْمَا pro مَعْمَا Ezech. XVIII, 21. 22. atque adeo inſerto Olaph مَعْلَمَا (forte melius مَعْلَمَا) Geneſ. VI, 20. fut. اِعْمَا pro اِعْمَا Pſ. CXVIII, 16. يَعْمَا Joh. VI, 57. Olaph etiam inſerto, forte primum per errorem librariorum, quod verbo primae rad. Olaph conſonaret, يَعْلَمُ Joh. V, 34. يَعْلَمُ Jeſ. XXVI, 19. In Aphel praet. اَعْمَا Matth. XXVII, 42. infinit. مَعْمَاهَ ibid. cum Olaph erronee inſerti مَعْلَمَاهَ Hebr. VII, 25. fut. اَعْمَا Joh. XII, 47. يَعْمَا et fem. تَعْمَا 1 Cor. VII, 16. imperat. اَعْمَا Luc. XXIII, 37. part. مَعْمَا vel مَعْلَمَا.

Quin et nulla praecedente praeformativa tamen nonnunquam, remiſſa vocali ad praecedentem ſchvatam excidit, ut in imperativo Peal عَمَا pro عَمَا Dan. II, 4. inque participio fem. عَمَا pro عَمَا 1 Tim. II, 15.

In plurali participii Peal reperies عَمَالَا mutato Olaph in Jud Matth. XV, 27. 1 Cor. XV, 2.

Ad §. LV. VERBVM QUIESCENS

Ettaphal.	Aphel.	Ethpaal.
ܐܬܬܦܥܠ ܐܬܬܦܥ	ܐܦܥܠ ܐܦܥ	8. ܐܬܦܥܠ ܐܬܦܥ
ܐܬܬܦܥܠܘ ܐܬܬܦܥܘ	ܐܦܥܠܘ ܐܦܥ	
6. ܐܬܬܦܥܠ	9. ܐ ܦ ܥ ܠ	
ܦܥܘܠ	ܦܥܘ	ܦ ܥ ܘ ܠ
ܐܬܬܦܥ ܐܬܬܦܥ	ܐ ܦ ܥ ܐ ܦ ܥ	ܐ ܬ ܦ ܥ ܐ ܬ ܦ ܥ
ܐܬܬܦܥ ܐܬܬܦܥ	ܐ ܦ ܥ ܐ	ܐ ܬ ܦ ܥ
	ܦܥ ܦܥ	
ܐ ܬ ܬ ܦ ܥ ܐ	ܐ ܬ ܦ ܥ	
ܐ ܬ ܬ ܦ ܥ ܐ ܬ ܦ ܥ	ܐ ܬ ܦ ܥ ܐ ܬ ܦ ܥ	
ܐ ܬ ܬ ܦ ܥ ܐ ܬ ܦ ܥ ܐ	ܐ ܬ ܦ ܥ ܐ ܬ ܦ ܥ ܐ

med. rad. *Vau* et *Jud* quiesc. (n. 1. 2.)

Peal.	Ethpeel.	Pael.
2.		8.
	5.	
2. 9.		
3.		
2. 3. 9.		
9.		

§. LVI.

Verba tertiae radicalis Olaph quieſcentis.

1) Ad hoc paradigma flectuntur verba tertiae radicalis, Olaph quieſcentis, non ea, quae Olaph gutturale habere §. 51. diximus.

2) Complectuntur autem Syri ſub tertia radicali Olaph quieſcente tria verborum genera quae Arabes, et duo, quae Hebraei diſtinguunt: Arabica tertiae radicalis Eliph mobilis, Vau et Jud; Hebraica tertiae rad. א et ה quieſcentis. Lingua ergo Syriaca hac parte minus diſtincta; unde fit, ut ſub eadem radice diverſae plane ſignificationes aliquando concurrant.

3) In plurali praet. Peal, tertiae perſonae ـــــ et ـــــ eſſe pro ـــــ ـــــ vel nemine monente quisque videt: id tamen notandum, poſſe quoque Olaph ſervari, licet id fiat rarius, ut in Philoxeniana verſione Marc. XI, 4. (et vero, quod magis etiam a ſolito recedit, ſi modo ſana eſt lectio, in Aphel) ـــــ *ſolverunt eum.*

Aliqua verba, Olaph in Jud mutantia, flectuntur ut praeterita reliquarum conjugationum, hoc typo

	Plur.		Sing.	
1.	ـــــ	ـــــ	ـــــ	ـــــ
	ـــــ	ـــــ	ـــــ	ـــــ
1.	ـــــ	ـــــ	ـــــ	

Sunt

Sunt autem ea maxime, quae, ſi perfecta fuiſſent, in media radicali E habitura erant, ut בֵּעֵת *gaviſus eſt*, יָגֵעַ *laboravit*, קָיֵץ *crevit*, בָּאֵשׁ *putidus factus eſt*, שָׁכֵר *inebriatus eſt*, שָׁבֵת *ceſſavit*, *quievit*, שָׁתֵה *bibit*, pro שְׁתֵה. Exempla dabit Schafii lex. Utramque formam habet *jurandi* verbum, נִשְׁבַּע (ſic plerumque,) et שָׁבַע, unde Gen. XXI, 31. eſt נִשְׁבְּעוּ *jurarunt*, forte, quod jurandi verba Orientalibus aliquando paſſiva ſunt, ut נשבע.

Verbum שְׁתֵה, quod in his poſuimus, non eſt conjugationis Aphel, ut ex vocali ſub Olaph intelligitur, ſed Peal cum Olaph prosthetico: flexionis haec exempla habe, שְׁתֵה *bibit* Hebr. VI, 7. שְׁתֵי *bibi*, Matth. XXVI, 42. שְׁתֵינוּ *bibimus* in Polyglottis, Luc. XIII, 26. at in editione Gutbieriana שְׁתֵנוּ, ſicque ſecundum utramque editionem Act. X, 41. (ac ſi eſſet ab שָׁתָה) שְׁתֵיהוּ *biberunt*, maſc. Marc. XIV, 23. In futuro, infinitivo et participio Olaph prostheticum, quo non amplius opus, prima radicali vocalem habente, abjicit.

Haec ipſa verba in ſingulari maſculino imperativi ſolent, ut in reliquis conjugationibus, Petocho habere, ut שְׁבַע *jura*, Geneſ. XXI, 23. XLVII, 31. שְׁתֵה *bibe*, Geneſ. XXIV, 14. 16.

4) In imperativis reliquarum conjugationum, feminino pluralis numeri pater meus Zekopho dederat, שְׁבֶעְנָה &c.: nec id damno, magna enim eſſe videtur

tur vocalium libertas, malui tamen Romanas editiones sequutus mediae radicali Chevotzo dare. Vide p. 27. chrestomathiae nostrae, ex Romana editione descriptae, ܐܙܕܥܪ p. 29. ܐܙܕܟܝ.

Media radicalis in singulari masc. plerumque, ut est in paradigmate, Petocho habet, e. g. Ps. XCIV, 1. Apoc. III, 3. 19. a ܦܬܚ tamen et formatur ܐܬܦ *convertere*, Luc. IX, 38. XXII, 32. abjectoque Jud ܐܬܦ Ps. VI, 5. LXXX, 15. CXIX, 132. (ut Hebraei in verbis tert. rad. ה imperativum apocopatum habent.)

Feminini sing. exemplum habe, ܐܬܦ Ps. CXVI, 7. pluralis masculini, ܐܬܦܘ Act. III, 19. Zach. I, 4. (sed et ܐܬܦܘ Ps. XLVI, 11.) ܐܬܟܘ Eph. V, 18. plur. feminini etiam ܐܬܟܝ scribitur in Polyglottis Cant. V, 8.

5) Loco Pael et Ethpaal his verbis usitata quadrilitera formae ܦܥܠܠ, (fere ut Hebraei dicunt השתחוה) e. g. ܡܫܬܚܘܐ chrestom. p. 104.

6) Verba quadriliterae formae ܦܥܠܠ, i. e. in ܐ adscitium desinentia, eodem typo flectuntur ut Pael atque Ethpaal.

7) In compositione participiorum cum pronomine personali ad faciendum praesens Olaph in Jud quiescens transire videas, ut p. 34. chrestomathiae ܡܬܬܝܐܢ pro ܡܬܬܝܐ ܐܢ a ܬܝܐ *jactanter incedere, superbire.*

8) Du-

8) Dupliciter anomala, ut ﬠﬦﬢ a r. ﬠﬢ, aut ﬠﬡ, ﬠﬣ, ﬠﬤ primae vel ſecundae radicalis Olaph anomalias addentia, hic non tracto, ſed ad eorum verborum paradigmata ablego.

§. LVII.

Verba primae radicalis Nun.

Verborum primae radicalis Nun, nulla alia anomalia, quam quod in infinitivo, imperativo ac futuro Kal, totaque conjugatione Aphel, (Schaphel primae radicalis Nun me legere non memini) Nun abjiciunt: quam et legem, ut ſupra diximus, ſequuntur verba primae radicalis Jud, ﬠﬥﬦ et ﬠﬢ. Ergo paradigmate omnium conjugationum non opus, ſed earum modo, quae Nun abjiciunt. A radice ﬠﬦ *egreſſus eſt*, dices in Peal, in

infinitivo

ﬠﬦﬥ

imperativo

ﬠﬦﬥ ﬠﬦﬥﬢ ﬠﬦﬥﬢﬢ

futuro

Plur.		Sing.	
ﬠﬦﬥﬢ		ﬠﬦﬥﬡ	
ﬠﬦﬥﬢﬤ	ﬠﬦﬥﬢﬣ	ﬠﬦﬥﬢﬢ	ﬠﬦﬥﬢﬡ
ﬠﬦﬥﬢﬢ	ﬠﬦﬥﬢﬣﬢ	ﬠﬦﬥﬢﬡ	ﬠﬦﬥﬢﬡﬢ

Ad §. LVI. VERBUM QUIESCENS

Ethpaal.	Aphel.	Etthaphal.	Schaphel	Eſchthaphal.
				
				
				
				
				
				
				
				

ult. rad. *Olaph*, ʾ *manifestavit.* (1. 2.) pag. 137.

Pael.	Ethpeel.	Peal.
5. 6.		n. 3.
1.	1.	1.
		3
4.	4.	3.
		3.

Mediam radicalem hic quoque loco Etzotzo alias vocales adſciſcere poſſe, ex §. 45. 46. notum: ut Petocho ܢܛܘܪ *ſerva* Matth. XIX, 17. ܢܣܒ *accipite* XXV, 28. ܢܩܦ *adhaere* Act. VIII, 29. ܢܣܒ *accipiet* VIII, 17. ܢܛܪ *ſervabit* Act. XVI, 23. ܢܩܦ *adhaerebit* Matth. XIX, 5. – – – et Revotzo, ܢܩܠ *cade*, Matth. XXI, 21. ܢܩܛܘ *excutite*, X, 14. ܢܦܠ *cadet*, V, 29. ܢܬܠ *dabit* XX, 28. ܢܓܪ *trahàm* Joh. XII, 32. ܢܓܪ ܠܝ *trahe me* Cant. I, 4.

In Aphel haec ſuffecerint, praeteritum ܐܩܦ, infinitivus ܗܩܦܘܬ, imperativus ܐܩܦ, futurum ܢܩܦ, participia ܡܩܦ et ܡܬܩܦ.

Ab hac tamen lege excipiuntur, atque Nun ſervant

1) verba mediae rad. geminatae, ut ܢܓܪ pro ܢܓܪ *averſatus eſt.*

2) mediae rad. quieſcentis, ut ܢܝܚ *quievit*, ܢܥ *agitatus fuit.*

3) verba mediae rad. He, ut ܢܗܪ *luxit*, unde ܢܗܪܐ Matth. V, 16. ܐܬܗܪ *accendit* Act. XVI, 29. ܡܗܪܛܢܐ Jeſ. XVI, 7. a ܗܪܛ.

Notanda hic et verba ܣܠܩ et ܣܩ aſcendit, quorum alterum alterius vicem explet ubi hoc in deſvetudinem abiit. Nempe ܣܠܩ, *aſcendit*, verbum ſolis Syris, Chaldaeis, Samaritanis uſitatum, ſed in ſolo praeterito et participio Peal; reliqua autem tempora conjugationesque ſumit ex ܣܩ, (Hebraice נסק

Pſ.

Pſ. CXXXIX, 8.) Chaldaeis uſitato, unde Syri faciunt, imperativum, Peal, ܗܒ, infinitivum ܡܗܒ, futurum ܢܗܒ, totamque conjugationem Aphel, ܐܗܒ, ܡܗܒܐ &c.

Tertiae radicales Nun et Thau nullam Syris faciunt anomaliam, vel ubi maxime exſpectaſſes, nec, ut apud Hebraeos, ante aliud Nun et Thau excidunt. Vide Galat. II, 16. ܗܡܢ *credidimus*, ܢܣܒܢ *ſuſtinuimus*, 1 Theſſ. III, 1. ܫܒܩ *deſcendiſtis* 1 Cor. XI, 17. ܐܬܒܫ *pudefacta es*, Jerem. II, 36. Ne tamen quid diſſimulem, ingenue fateor, ex bibliis polyglottis exempla ſumta eſſe, in quibus forte emendatio editoris acceſſit, non ex codicibus manuſcriptis, quos non habeo.

§. LVIII.

Verba mediae radicalis geminatae.

1) Verba mediae radicalis geminatae, eam, ut paradigma docet, in praeterito, infinitivo, imperativo, futuro Peal, inque conjugationibus Aphel, Etthaphal, Schaphel et Eſchthaphal, abjiciunt, ita quidem, ut Syri Orientales, Chaldaei, modo id fieri poſſit, in prima radicali per Dageſch forte compenſent, אַדֵּק pro אַדִּיק, id autem ubi nequit fieri, in tertia, ut דַּקּוּ pro דִּקּוּ. Vix monitu opus, ubi nec prima nec tertia radicalis geminationem admittit, illa in initio hac

in fine vocis posita, ut דק, mediam radicalem sine compensatione elidi.

Syri quidem occidentales geminationis signo, ac forte, ut §. 11. diximus, re ipsa carent: hoc tamen uno demto verba ad typum Chaldaeorum flectunt, ita ut e. g. vocales ante literam, quae Chaldaeis Dagesch habet, abjici nequeat.

Excipiuntur verba secundae et tertiae radicalis Olaph, nempe quod Olaph in illis legem quiescentium sequitur, ut ܐܶܠ *eminuit*, ܐܳܠ *decorus fuit*, ܐܽܠ *increpuit*, ܐܺܠ *laboravit*, ܐܲܠ unde est in passivo ܐܶܬܰܥ *ornatus fuit* (*).

2) Imperativum et futurum Peal in his quoque verbis pro Etzotzo habere posse Revotzo, quibusque id legibus fiat, ex §. 45. 46. sumimus: exempla modo utriusque flexionis adjicientes: ܥܽܠ *intrate*, Matth. VII, 13. ܦܰܪ *frange* Levit. VI, 21. in fut. ܬܥܽܠ *ingredieris* Matth. VIII, 8. ܢܒܰܙ *spoliabit* Marc. III. 27. ܢܙܰܦ *adsperget* Levit. IV, 6. 17. 18. ܐܪܚܶܡ *miserebor* Rom. IX, 15. (mirum, cum sit verbum adfectus.) Exempla Petocho sunto, ܩܢܶܐ *aemulare*, plur. ܩܢܽܘ Apoc. III, 19. 1 Cor. XIV, 1. ܬܩܢܶܐ *aemulaberis* Ps. XXXVII, 1. ܬܬܰܝܰܒ *concupiscis* Rom. VII, 7. ܢܬܰܪ *patietur* Matth. XVI, 21.

Futuri

(*) ܥ, tertia rad. gutturali, quod pater meus posuerat, omitto, quia in conjugationibus, de quibus jam loquimur, non occurrit. Vide et §. 51.

Futuri praeformativas literas vocalem habere, analogiae Chaldaismi consentaneum est, ex quo primae radicali Dagesch forte imprimendum. Reperitur tamen Matth. XVIII, 33. יִרְחַם abjecta vocali, quod mendosum alii putant, pater meus malebat ad inusitatum רחם referre: equidem erroribus editorum accensuerim, quamquam simile quid et in Chaldaicis libris obtinere, manuscriptis etiam, vocalemque pro lubitu poni et omitti, ex grammatica Chald. p. 54. disces.

In participio Aphel media radicalis aliquando redit, sed occultata, ut מַחֲכִים *obumbrantes* Hebr. IX, 5.

3) In participio activo Peal loco mediae radicalis assumitur Olaph, ut נָדֵאף *patiens* 1 Petr. II, 23. נָדֵאב *miserans* Rom. IX, 15. נָדֵאר *abscindens* Luc. V, 36. נָדֵאב *concupiscens* Galat. V, 17. quod vero accedente terminatione, (status emphatici, itemque feminina et pluralis numeri) perit, ut נְדִיבִים *eminentes* Exod. XXVI, 24. נְדֵבָה *concupiscens* (fem.) Jac. IV, 5. נְדֵבִים *patientes* 1 Petr. IV, 19. Est tamen ubi et ante terminationem servatur in נָדֵאב *ingressus est*, regulariter, נָדֵבוּ Joh. XIX, 41. נְדֵבִים Matth. X, 12. נְדֵבוּ XII, 45. raro in aliis, ut נָדֵבִים Hebr. XI, 16. Hinc fit, ut Olaph quiescens nominibus mediae rad. geminatae nonnunquam inseratur, forte primo errore librariorum. Vide §. 25.

Parti-

Participium Peil omni anomalia vacat. Vide exempla Matth. XII, 10. ܬܝܼܒܼܪܳܐ *fractus*, ܡܚܝܼܠܶܐ *vulnerati* Act. XIX, 16. ܙܳܥܶܐ *cupidus* Phil. I, 23. ܬܝܼܢܳܝܳܐ *duplicatus* 1 Tim. V, 17.

4) In Ethpeel nulla anomalia, media enim radicalis abjici non ſolet. Vide exempla Dan. II, 35. Matth. XXII, 44. Rom. XI, 30. Hebr. IX, 13. Formae quidem Chaldaeis permiſſae אִתְּקַל pro אִתְקַלַּל, nullum in Syriasmo exemplum enotavi.

5) Pael et Ethpaal prorſus regulariter flectuntur, niſi quod hic quadrilitera, (ut apud Hebraeos, Chaldaeosque) paulo uſitatiora, ܓܪܪ *traxit* Act. VIII, 3. ܐܬܪܓܙ *exacerbavit* Num. XX, 24. ܐܬܪܓܙ Act. XVII, 16.

6) Conjugatio Schaphel his in verbis rarior, retulerim tamen eo ܫܘܕܰܪ *denigravit*, de quo p. 92. dixi. Singularis forma quadrilitera, ܫܰܠܝܼܛ *pellexit*, cujus paſſivi participium occurrit verſu 8. epiſtolae Judae, ܡܫܰܠܛܝܼܢ.

Ad

Ad §. 58. VERBUM med. rad. geminatum ז׳ה *adſperſit.*

Peal.	Ethpeel.	Pael.	Ethpaal	Aphel.	Ettaph.	Schaph.	Eſchthaph.
זֶה זֹהֵל זֹהֵל זֹהֲלָה זֹהֲלָה זֹהֶה זֹהֲלוּ זֹהֲלוּ זֹהֲלָן זֹהֶה 1. זֹהֲלָה	הִזְדַּהֵל הִזְדַּהֲלָה הִזְדַּהֲלָה הִזְדַּהֲלָה 4. הִזְדַּהֲלָה	זֹהֵל 5.	הִזְדַּהֵל 5.	אִזְהֵל אִזְדַּהֵל	הִזְדַּהֵל	הַזְהֵל 6.	הִתְזַדַּהֵל
מְזַהֲלָה	מִזְדַּהֲלָה	מְזַהֲלָה	מִזְדַּהֲלָה	מְזַהֲלָה	מִזְדַּהֲלָה		
2. זַהֵל זַהֲלָה זַהֲלָה זַהֲלָה הִזְדַּהֵל הִזְדַּהֲלָה זַהֲלוּ זַהֲלָן זַהֶה 2. זַהֲלָה	הִזְדַּהֵל הִזְדַּהֲלָה	זַהֵל זַהֲלָה זַהֲלָה זַהֲלָה זַהֲלוּ זַהֲלָן	הִזְדַּהֵל	אִזְהֵל	הִזְדַּהֵל		
3. אַזְהֵל זַהֲלָה זַהֲלָה זַהֲלָה		זַהֲלָה		מְזַהֲלָה 2.			
זַהֲלָה זַהֲלָה זַהֲלָה זַהֲלָה	מִזְדַּהֲלָה מִזְדַּהֲלָה	מְזַהֲלָה	מִזְדַּהֲלָה	מְזַהֲלָה	מִזְדַּהֲלָה		

CAPUT VIII.

DE

NOMINE.

§. LIX.

Nominum diviſio in vernacula et exotica, Syriaca civitate donata.

Antequam ad formas, genus et flexionem nominum accedamus, ante omnia ſciendum, non pauca Syros ex linguis barbaris, plura ex graeca, accepiſſe, Syriacaque civitate donaſſe.

Ad barbaram originem retulerim pleraque, quae ſola ex Orientalibus lingua Aramaea, interdum adeo ſola Syriaca occidentalis habet, quorumque etymologia ex linguis Orientalibus expediri nequit, ut صَنَمَا *idolum*. Hujus quidem generis non pauca, nec id mirum, cum diu Perſarum imperio ſubfuerint, cumque vicinis gentibus barbaris, Armenis, aliisque commercia exercuerint Syri. Sed haec quidem nomina prorſus ut Syriaca flectuntur, eadem generis diſtinguendi ratio, quin ita formam Syriacam induerunt, ut a Syriacis non dignoſcas, niſi hoc ipſo, quod etymon latet, nec ea reliquus habet Oriens.

Ab

Ab Alexandri Magni inde tempore Syria, quae Graecis ſubfuit, inque cujus majoribus urbibus, aulis maxime, graece loquebantur, Graeca vocabula recepit, initio pauca, decurſu ſeculorum plura, maxime poſtquam ſub Conſtantinopolitanis imperatoribus fuit Syria, eidemque et eccleſia graecas voces invexit. Quod diſcrimen temporum et ad rem criticam, atque ubi de aetate librorum quaeritur, notandum. Pauca caſte et modeſte graeca vocabula habet verſio antiqua N. T. ſeculo, ſine dubio, primo facta, pauca veteris teſtamenti verſio, eam, ut videtur, brevi inſequuta; ſed jam innumera, quae ſeculo ſexto condi coepit, verſio N. T. Philoxeniana, et quorum inde ab hoc ſeculo ad decimum tertium atque adeo decimum quintum ſcripta habemus.

Horum vero ex Graecia peregrinorum vocabulorum alia eſt, quam barbarorum, ratio. Aliquando Syriacis ſe nominum formis adcommodant, nec tamen ſemper, ſed alia patriam manifeſte fatentur. Alias etiam generis et flexionis leges de illis infra notabimus, in grammaticis aliis omiſſas, ſed ſcitu neceſſarias.

Latina, quae multo pauciora in linguam Syriacam immigrarunt, barbarorum plerumque more Syriacam formam plane ſequuntur, ut ܩܣܛܘܕܝܐ *cuſtodes*, ܩܣܛܘܢܐ *quaeſtionarius*, *carnifex*: raro terminationis latinae tenacia ſunt.

§. LX.

Forma nominum.

De forma nominum, id vero eſt, ratione eorum ad verba ex quibus orta ſunt, haec notanda:

1) Ut reliqui orientales ita et Syri ſua domeſtica (de barbaris enim Graecisque hic plane non loquor) a verbis formare ſolent: idque eo quoque pertinet, ut ſecundum conjugationes diſpertiri nomina poſſis. Sic conjugationis Peal ſunt, ܒܪ *puer*, ܡܠܟ *rex*, ܟܬܒ *ſcriptum*, - - Ethpeel, ܐܬܝܠܦ *obediens*, - - Pael, ܡܓܕܦ *blasphemator*, (ex participio activo) ܓܘܕܦܐ *blasphemia*, ܡܓܕܝܦ (ex participio paſſivo) *perfectus*: - - ex Ethpaal ܐܬܬܒܝܐ ἡ οἰκουμένη: - - ex Aphel ܐܬܕܟܪܬܐ *commoneſactio* - - ex Ettha-phal ܐܬܬܚܫܒܬܐ *perſvaſio*: - - ex Schaphel ܐܫܬܘܕܝ *promiſſio*, - - ex Eſchthaphal ܐܫܬܗܝܬ *mora*, *cunctatio*. Haec et ſuae conjugationis vim et ſignificationem ſequi ſolent: ex Pael autem derivata ſaepe muneris, habitus, vitae generis ſunt, ut ܕܝܢܐ *judex*, ܓܢܢܐ *hortulanus*, ܟܕܒ et ܟܕܘܒ *mendax*, eamque prae ſe ferunt ſignificationem frequentativum, quam in verbis non auſi ſumus huic conjugationi adferere.

2) A participiis non ſolum ſed et ab aliis nominibus nomina nova formari, quorum jam aliqua obiter exempla poſuimus. Sic a participio ܡܪܚܡ fit ܡܪܚܡܢܘܬܐ *miſeri-*

miſericors, indeque novum nomen, ܡܪܚܡܢܘܬܐ, *miſericordia* a ܡܪܚܡ, ܡܬܚܒܠ *corruptibilis*, et ܡܬܚܒܠܘܬܐ *corruptibilitas*, a ܡܫܡܥ *obediens*, ܡܫܡܥܬܐ *obedientia* quae ipſae forma perquam frequentes.

3) Ex nominibus, quae ab aliis ſunt nominibus ducta, maxime ſunt notatu digna diminutiva, triplici modo formari ſolita,

a) adjecta terminatione ـܐ, ut ܒܪܬܐ in ſt. emph. ܒܪܬܐ *βιβλαρίδιον* Apoc. X, 2. 8. 9. 10. inque feminino ܒܪܬܝܢܐ Marc. III, 9. in verſione Philoxeniana. Apud Caſtellum reperies, ܒܪܢܐ *filiolus*, ܒܪܙܝܢܐ *filiola*, ܐܢܬܬܐ *mulierecula*, ܛܠܝܐ *puellus*, ܒܪܘܢܐ *viculus*. Nec in ſimplicibus modo ſed et compoſitis occurrunt, ut ܒܪܢܫܐ *homuncio*, ܡܐܟܣܢܐ ܒܪܢܐ *adcuſator parvulus*, contemtim ita dictus, (Svevica Germaniae dialecto, ein Anklägerlein). Poteſt et ſignum diminutionis geminari, ut ܒܪܒܪܐ *filiolus*, ܐܢܬܬܒܬܐ *mulierecula*, (vide Caſtelli lexicon) raro tamen id fieri, et plerumque jocando, auctor eſt Amira.

b) adjecta terminatione ـܬܐ, e. g. in verſione Philoxeniana, Marc. V, 4. ܛܠܝܬܐ *pupilla*, i. e. ut Bar Ali vocabulum in lexico interpretatur ܛܠܝܐ, *puellula*, VIII, 7. ܓܕܝܬܐ *ἐριφίδια*. Sic Caſtellus dabit,

bit, ܟܬܝܢܐ *catellus*, in feminino ܟܬܝܢܬܐ, ܐܡܪܐ *agnellus* fem. ܐܡܪܬܐ.

Utriusque formae plura exempla ſi quis cupiat, inveniet in Amirae grammatica p. 143-146. quae non exſcribo, et quod multa ſunt, et quod ſine auctoritate poſita.

c) Amira auctor eſt, aliqua diminutiva formarii inſerto ܘ, et geminata tertia radicali, ut ܟܘܠܝܐ *collectiuncula*, a ܟܠܐ.

Antiquior Syriasmus perquam raro diminutivis uſus videtur: Philoxeniana verſio ubi illa ponit, antiqua Peſchito forma nominis ordinaria utitur, ac ne quidem in verſione Syriaca priſci foederis diminutiva me lege-re memini. Pater meus, Polyglottorum diligentiſſimus collator, qui manu ſua grammaticae adnotaverat formam diminutivam, et cui exempla ex Caſtelli lexico excerpta debeo, ex verſione Vet. Teſt. nullum diminutivum adnotavit. Ergo et diminutivorum uſus aetatis eſt linguae Syriacae, atque ad librorum aetates diſcernendas critico non inutilis.

Caeterum nulla harum formarum diminutivorum Arabiae ſimilis. Primae et tertiae forte aliqua, ſed incerta, veſtigia in lingua Hebraica reperias, cui nomina propria, diminutivam apud multas gentes formam habentia, ſaepe in ן deſinunt, ac nomina colorum,

minus

minus intenſum colorem deſignantia, duas radicales geminant, ut אַדְמְדָם ab אָדֹם: diminutivorum autem in ـــو definentium nullum in Hebraismo aut Arabismo exemplum. Eſtne ergo peregrina? Id quidem patrem meum ſuſpicatum video, ـــو et ـــو ad Graecam terminationem ον latinamque *us* referentem.

§. LXI.

Nomina compoſita.

Habent Syri et nomina ex duobus compoſita, nec propria ſolum, ut Hebraei, ſed et adpellativa: ut ܐܟܠ ܩܪܨܐ *comedens fruſtum* (carnem ſocii) i. e. *adcuſator*, ܒܢܬ ܩܠܐ *filiae vocum*, i. e. *oracula*, Act. XII. 22. ܒܪ ܐܢܫ *filius hominis*, i. e. *homo*, (hoc quidem eo usque crebrescens, ut *hominis* nomen ſimplex obſoleverit, atque ubi vel de Adamo ſermo eſt, patrem non habente, ܒܪ ܐܢܫ vocetur, 1 Cor. XV, 45.) ܒܥܠ ܚܡܬܐ *dominus furoris*, (*habens furorem*), i. e. *inimicus*, ܒܥܠ ܕܝܢ *habens litem*, i. e. *adverſarius*, Luc. XII, 58. ܫܢܐ ܕܦܝܠ *os elephanti*, i. e. *ebur* Apoc. XVIII, 12. ܣܡܟܬܐ ܕܐܝܕܐ *impoſitio manus* (χειροθεσία) 1 Timoth. IV, 14. ܬܟܠܬܐ *color caeruleus* Exod. XXV, 5. a ܬܟܠ *color*, et alio nomine ـــو, ܬܘܕܝܬܐ *gratiarum actio* Apoc. VII, 12. a ܝܕ, proprie, *accepit ut gratiam*, i. e. *gratiam habuit*, ܒܟܘܪܐ *primitiae proventuum*

Exod.

Exod. XXIII, 19. ܣܘܟܠܐ *ſuſceptio oneris*, i. e. *diligentia*, ܐܫܬܐ *fundamentum* ab Hebraico שׁוּת ponere, et ܐܫܐ *murus*. De nominibus numeralibus cum denario conjunctis, quae huc quoque referenda, infra agemus, deque aliis, quae licet compoſita ſint, diviſim tamen ſcribuntur, in ſyntaxi. Compoſitorum abſtracta in hunc modum formantur, a ܐܝܩܘܢܐ *oeconomus*, ܐܝܩܘܢܝܐ *oeconomia*, a ܐܝܪܟ ܟܗܢܐ *ſummus ſacerdos*, ܐܝܪܟ ܟܗܢܘܬܐ et ܐܝܪܟ ܟܗܢܘܬܐ (1 Macc. VII, 21.) *ſummum ſacerdotium*, ܒܪܟܘܬܐ *inimicitia:* et ܒܪܟܐ *inimica*, (Mich. VII, 8.) jam utroque nomine, jam ſolo poſteriore, terminationem adſciſcente.

§. LXII.

Motio nominum.

Ad formam nominum referenda motio, id vero eſt, ratio, qua ex maſculinis fiunt feminina. Id quidem apud Syros fit adjecta terminatione ܐ, ut ܫܦܝܪ *pulcher*, ܫܦܝܪܐ *pulcra*, ܟܠ fem. ܟܠܐ.

Sunt aliqua, quae ante terminationem O Jud quoque adjiciunt (ܘ) ut ܙܥܘܪ *parvus*, ܙܥܘܪܐ *parva* Epheſ. III, 8. ܡܫܡܥܬܢܝ *obediens*, quod et in ſtatu emphatico maſculini ſine Jud ܡܫܡܥܬܢܐ ſcribitur, fem. ܡܫܡܥܬܢܬܐ Jac. III, 17. Quo et referenda feminina ſtatus emphatici ܡܫܡܫܢܬܐ *miniſtra*, a ܡܫܡܫܢܝ Rom. XVI, 1. ܡܫܡܫܢܬܐ

ܚܝܐ *vivificans*, a ܚܝܐ 1 Cor. XV, 45. ܥܬܝܕܐ *potens*, a ܥܬܝܕ Hebr. V, 7. ܐܪܥܐ *terra habitata* Apoc. III, 10. XX, 2. a ܐܪܥ *habitabilis* — — ܬܢܝܬܐ *ſecunda*, a ܬܢܝ Apoc. VI, 3. ܫܡܝܐ plur. ܫܡܝܐ *caeleſtia*, a ܫܡܝ. Suſpicor haec a maſculinis in Jud ſilens deſinentibus concipienda eſſe ܚܝܐ, ܐܪܥܐ &c. Vide quae infra in paradigmate maſculinorum adferentur, ܐ in ſtatu emphatico habentia, ut ܥܠܡܐ, ܫܡܐ, quorum eadem eſt, quae noſtrorum femininorum ratio.

Caeterum non ſola Syris moventur adjectiva, quibus utrumque genus neceſſarium, ſed et aliquando ſubſtantiva, jam caſu utramque terminationem habentia, jam conſilio, atque ad fortiorem ſignificationem ab alia tanquam diminutiva diſtinguendam: ſic ܝܡܐ, maſculinum, eſt *mare*, quale *mediterraneum*, *Erythraeum*, *Oceanus*, ſed inde femininum ܝܡܬܐ, ܝܡܐ, *lacus*.

§. LXIII.

De nominibus ſubſtantivis, maxime, propriis. Adjectiva gradu carent.

Diviſionem nominum in ſubſtantiva et adjectiva, illorumque in adpellativa et propria, ex grammatica cujuscunque linguae, quam pueri didicimus, ſumo.

De ſolis nominibus propriis monendum, Syros, linguae Graecae ab Alexandri M. tempore valde adſvetos, nomina propria domeſtica, atque origine orientalia duplici modo ſcribere et poſſe et ſolere. Sui eum ſunt, ipſique aut literas aut librum ſcribunt, orthographiam ſequuntur orientalem, iisdemque nomen literis exprimunt, quas etymon Hebraicum, Arabicum, Aramaeum poſcit: at ubi graeca Syriace vertunt, nonnunquam graecam orthographiam ſequuti, aliis plane literis graecos ſonos exprimunt. Illuſtri exemplo ſit, frequens in Arabia, pluriumque et celebrium regum nomen, *Arethas:* quod cum Arabice حَارِثٌ ſit (חוֹרֵשׁ Hebraice, q. d. *arator*, ut nobis, *Bauer* et *Georgius*, nomina ſunt) in hiſtoria perſecutionis Nagranenſis, (chreſtom. num. 5.) ܚܪܝܬ ſcribitur; at interpreti Novi Teſtamenti ubi Aretas nominandus erat, ܐܪܝܛܐ eſt, 2 Cor. XI, 32. (*). Quod uno in exemplo poſitum late patet, eſtque hiſtoriam ex Syrorum monumentis hauſturo, ſcitu maxime neceſſarium.

Haec quidem ad graecos ſonos adcommodata ſcribendi ratio, rariſſime et modeſte in antiqua verſione bibliorum, primi ſeculi opere, uſurpatur: at multo frequentius in Philoxeniana, ſeculi illa ſexti, cujus exempla dedimus in bibl. Orientali T. XVI. p. 127-136.

Sunt

(*) Vide biblioth. Or. T. VII. p. 157. 158.

Sunt et aliqua nomina propria Syris uſitata, quae ſenſim orientalem formam exuerunt, induerunt graecam. Sic *Joannes*, ubi de baptiſta aut evangeliſta ſermo, ܝܘܚܢܢ eſt, nec modo antiquae verſioni ſed et plerumque Philoxenianae; at in chreſtomathia p. 85. aliquis, epiſcopus Adorbiganae ordinatus, nomen Joannis ſuſcipiens, Graeca illud forma ſumit, ܝܘܚܢܢ, ſed paulo poſt alius, epiſcopus Carduae creatus, ܝܘܚܢܢ vocatur, p. 86.

Aliquid ejusmodi et in adpellativo nomine Ἀρραβὼν, origine Phoenicio, ſed Graeca civitate donato, obſervo. Antiquus interpres Eph. I, 14. olim, pro more Orientali ܥܪܒܘܢ ſcripſiſſe videtur, ex Peſchita enim facta verſio Arabica, quam Erpenius edidit, عربون habet; at nunc vel in Peſchita legitur, ܐܪܒܘܢܐ, quod aut librariorum recentiorum, aut ex Philoxeniana verſione translatum eſſe ſuſpicor.

Adjectiva gradus comparationis non habent, quorum defectum circumſcriptione ſupplent Syri: ſed de ea in Syntaxi agemus. Hac ergo egeſtate Hebraicae linguae ſimilior Aramaea, quam Arabicae, gradum certe unum habenti.

§. LXIV.

Casus non habent, nisi aliquando in Graecis.

Casum Syri non habent, ne in barbaris quidem in Syriasmum susceptis: quae autem de circumscriptione casus, praepositionibusque huic usui adhibitis dicenda, syntaxi servamus.

Sola graeca nonnunquam in Philoxeniana versione, literarum ac syllabarum tenaci, casum graecum servant, ut Apoc. XV, 7. ܦܝܐܠܐܣ *φιάλας*, XVI, 2. ܦܝܐܠܝ *φιάλην*. Plura exempla vide in bibliotheca Orientali T. XVI. p. 129. 130. Sic fere Germanorum alii dicunt, *dem Evangelium glauben*, plerique, casu latino retento, *dem Evangelio glauben*, *an Christum glauben*.

§. LXV.

Genus masculinum et femininum agnoscitur, 1) ex terminatione.

Genus, ut reliquo Orienti, ita et Syris non nisi duplex, masculinum et femininum, dignoscendum, primo ex terminatione, deinde ex significatione.

Ad terminationem quod attinet, ut in reliquis linguis Orientis ita et hic sola notanda feminina: masculinorum enim nulla est propria terminatio, sed omnia, quae non in femininam terminationem desinunt, sunt masculina.

Femi-

Feminina ergo sunt, quae in statu absoluto singularis numeri in ـا , ـه , ـې , ـت (*O, U, I, Oth*) *desinunt* ut ـا ـې *epistola*, ـه ـکـتـ *regnum*, ـې ـنـب *creatura*, ـه ـنـب *portio*. Facilis quidem notatu lex grammatica, atque re eadem, quae apud Hebraeos: terminatio enim ـا respondet Hebraeorum ה ; terminatio U et I est apocopata pro Uth et Ith, Thau in statu constructo redituro ـه ـکـتـ , ـه ـنـب , ergo in U, I et Oth desinentia respondent nominibus Hebraeorum in ת desinentibus.

Hanc quidem legem teneri velim, ac tironibus vel sufficerit initio, *desinentia in O, U et I sunt feminina*: rara enim quae in Oth desinunt. At cum multa nomina in statu absoluto obsoleverint, inque lexicis soleant in emphatico poni, ne quis errori locus, etiam hanc status emphatici legem addo: *feminina sunt*, quorum status emphaticus in ـܐ servile desinit, ut ـا ـې ـܐ , ـه ـکـتـ ـܐ , ـې ـنـب ـܐ , ـه ـنـب ـܐ . *Servile* dixi, Thau enim si radicale sit nihil ad genus, nec feminina facit: sic ـه ـمـ ـܐ *mors* et similia, masculina sunt, est enim a radice מות .

Reliqua omnia ex lege sunt masculina, ut ـه ـسـفـ *liber*, in statu emphatico ـه ـسـفـ ـܐ , ubi cave, statum emphaticum masculinorum, cum absoluto femininorum confundens, pro feminino habeas, atque scito, terminationem status emphatici masculini eandem esse ac femininorum absoluti.

Sunt

Sunt tamen quae ab hac lege excipiuntur, atque ſub maſculina terminatione feminina aut certe communia ſunt (*), quae quidem, ut in lexicis fieri ſolet, in ſtatu emphatico pono: ܟܐܦܐ *navis*, ܐܘܪܚܐ *via*, ܐܬܐ *ſignum* (cum Thau radicali) ܐܬ, emph. ܐܪܥܐ *terra*, ܐܒܪܐ *hydria*, ܒܝܪܐ *puteus*, ܟܪܣܐ *venter*, ܥܡܐ *grex* Marc. V, 11. 13. ܓܡܪܐ *prunae* Pſ. XVIII, 9. ܥܕܢܐ *tempus* Rom. I, 13. ܐܘܪܐ *uter*, ܣܝܦܐ *gladius*, c. (mirum, quo conſenſu in gladii nominibus fere omnibus, multa enim habent, Orientales omnes femininum genus ament) ܫܓܝܬܐ *error*, *deceptio*, (ſed puto ܫܓܝܬܐ adpellandum) ܡܫܐ *onus*, Matth. XXIII, 4. ܟܟܪܐ *talentum* ܐܒܢܐ *lapis*, ܒܛܢܐ *uterus*, Luc. XI, 27. ܠܫܢܐ *lingua*, c. ܢܦܫܐ *anima*, ܢܘܪܐ *ignis*, (in cujus nominibus orientales linguae feminina amant) ܣܗܪܐ *luna*, c. ܥܠܨܐ *rami* Rom. XI, 17. 19. ܣܟܝܢܐ *gladius* (nomen barbarum et origine Perſicum) ܥܢܢܐ *nubes* Exod. XXIV, 15. 16. ܡܛܠܐ *lectus* Marc. II, 4. ܪܘܚܐ *ventus*, et, *ſpiritus*, ܕܚܠܐ *terror*, c. (cum Thau radicali) ܫܐܠ *Hades*, ܐܣܦܐ *aerugo* Jac. V, 3. (cum Thau rad.) ܫܡܫܐ *ſol*, ܫܘܫܢܐ *lilium* Matth. VI, 28. Luc. XII, 27. aliaque plura, diligentius in poſterum conquirenda, ac certe in lexicis adnotanda. §. LXVI.

(*) Non auſus ſum, communia a femininis ſejungere, quod parum hucusque certi in lexicis, ſolo excepto Schaſiano, collectum, ac forte multa quae feminine legi, etiam alicubi maſculine occurrunt; illis tamen, quae ſine dubio generis communis ſunt, c. addidi.

§. LXVI.

2) *ex significatione.*

Nomina virorum, sive propria sive adpellativa, masculina esse, feminarum feminina, vel me tacente ex consensu plerarumque linguarum quisque sumserit. Addendum tamen, nomina virorum adpellativa a muneribus ducta haud raro in plurali terminationem femininam habere, (abstracto posito pro concreto) ut رُعَاءٌ *pastores*, خُدَّامٌ *domini*, أُطَبَّاءُ *medici*, قُصَّارٌ *pincernae*, sed generis esse masculini.

Feminina sunt nomina urbium, regionum, membrorumque quae corpori gemina sunt, ut عَيْنٌ *oculus*, يَدٌ *genu*, أَضْلَاعٌ *costae*, أَعْيُنٌ *facies* Genes. XXX, 2. (ob duplex ejus quod obvertitur latus) كَبِدٌ *jecur* (ob duplicem ejus lobum) &c.

§. LXVII.

Genus commune.

Generis communis sunt 1) nomina animalium, ut حِمَارٌ *asinus*, جَمَلٌ *camelus*, عُصْفُورٌ *passer* 2) passim et alia, quorum exempla supra obiter dedi, pleniorem ac certum catalogum dare nequeo, quod hucusque ab his, qui lexica scripserunt, Schafio excepto, generi nominum indicando exemplisque confirmando, ea quae debebat cura adhibita non est.

§. LXVIII.

§. LXVIII.

Genus nominum graecae originis.

Graeca vocabula, quae in Syriacam tranſierunt civitatem, his legibus non ſubjecta, ſaepe ſuum genus ſervant, ut διαθήκη, ܒܪܝܬܐ *fem.* Hebr. IX, 10. φιάλη ܦܝܠܐ *fem.* Apoc. XV, 7. σύνοδος ܣܘܢܗܕܘܣ *fem.* Neutra ſorte tanquam et caſu genus ſortiuntur, ut κοιμητήριον ܒܝܬ ܩܒܘܪ̈ܐ *fem.* chreſtom. p. 52. ܐܘܝܪ, *aër*, ut graecum ἀήρ, utrumque genus habet, maſculinum et femininum.

§. LXIX.

Status nominum.

Status nominum triplex eſt, 1) *abſolutus* 2) *conſtructus* et 3) *emphaticus*. Abſolutus qui ſit, et conſtructus (i. e. genitivum regens) ex Hebraica grammatica ſumo: emphaticum cum ſolis Chaldaeis communem habent Syri. Hic quidem per terminationem indicat, quod nos Germani, per articulum, *der*, *die*, *das*, ejusque vice fungitur: Arabes nempe et Hebraei articulum habent, ٱ et He demonſtrativum, ſed ejus loco Aramaei terminationem. Qua de re uberius dictum in grammatica Chaldaea §. 20.

Nec tamen conſtanter ſtatus emphaticus hac propria ſignificatione Syris ponitur: accidit enim in permultis

multis nominibus, maſculinis maxime, ut ſtatus abſolutus obſoleſceret, in quibus emphaticus in abſoluti locum ſucceſſit, et indeterminate ponitur.

Hinc factum, ut et in lexicis non paucis nomina in ſtatu emphatico poni ſoleant.

§. LXX.

Numerus.

Numerus triplex eſt,

1) *Singularis*, de uno. Nec tamen raro collective ponitur, plane ut Hebraeis, quod nimis prope diligentes Syri ſigno diacritico Ribbui notare, p. 40. dictum, ut ܐܶܣ̈ܘܳܬ *equitium*, ſeu *equi*, Jac. III, 3. Apoc. IX, 7. 9. 17. ܥܕ̈ܬܳܐ *grex*, Matth. VIII, 30. 31. 32.

2) *pluralis*.

3) *dualis*, ſed rariſſimi uſus, nec niſi in his quatuor occurrens vocibus, ܬܪ̈ܝܢ *duo*, ܬܪ̈ܬܝ *duae*, ܡܐ̈ܬܬܝ *ducenti*, ܡ̈ܨܪ̈ܝܢ *Aegyptus*, (duplex nempe, inferior et ſuperior). Terminatio ejus, ut vel ex his exemplis liquet, eſt ـ̈ـ contracta ex Chaldaico ـ̈ـ.

Aliis in nominibus ita in deſvetudinem abiit Syris, ut vel in nominibus propriis, quae Hebraei dualiter efferunt, Syri pluralem ponant, dualiter acceptum. Sic Meſopotamiam a duplici fluvio, cujus inſula eſt, אֲרַם נַהֲרַיִם Hebraeis dictam, Syri ܐܪ̈ܡ

ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ *inter* (duo) *flumina* vel ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ vocant; Jamniamque, urbem duplicem, ſeu, ut Plinii verbis utar, *Jamnias duas, alteram intus,* ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ 1 Macc. IV, 15.

Hoc quidem, quo jure? an ex manuſcriptorum codicum auctoritate, neſcio, eousque imitantur biblia Polyglotta in punctis vocalibus addendis, ut vel Hebraicis nominibus urbium dualibus, iisdem literis ſcriptis, pluralis Syriaci puncta ſubſternantur, ut Geneſ. XIV, 5. קַרְנַיִם, ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ קִרְיָתַיִם. Uno inſigni in loco Geneſ. XXXII, 2. ubi Moſes narrat, a duplicibus caſtris nomen מַחֲנַיִם ductum eſſe, biblia Polyglotta dualem, ſed perperam aliisque vocalibus exprimunt ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ (ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ ſcribendum fuiſſet) ſed alibi hoc nomen ut plurale ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ﬠ֣ ſcribunt. Id quidem vel his exemplis conſtat, dualem valde Syris obſoleviſſe, eique pluralem ſucceſſiſſe, illis quoque in locis, ubi vel nos plurali ſine addito numerali, DUO, pro duali uti non poſſemus.

§. LXXI.

Flexio.

Flexionem cum maſculinorum tum femininorum in exemplis pono, plane regularibus ſimplicibusque, i. e. nullam vocalium mutationem aut abjectionem admittentibus. Para-

Paradigma maſculinorum

Pluralis			Singularis		
emphat.	conſtr.	abſolut.	emphat.	ſtatus abſolutus et conſtructus	
ܛܒܐ	ܛܒ̈	ܛܒ̈ܝ	ܛܒܐ	ܛܒ̈	*bonus*

In his ergo notandum:

1) Status conſtructus ſingularis numeri ab abſoluto in maſculinis non diverſus.

2) Status emphaticus ſing. adſciſcit in fine ʾ, ut apud Chaldaeos ܐ : unde fit, ut maſculina emphatica et feminina abſoluta eandem formam habeant.

3) Pluralis, ut apud Chaldaeos et Arabes adſciſcit terminationem ◌ַי , Mem enim יִם ſoli habent Hebraei et Samaritani.

4) Status conſtructus deſinit in ◌ֵי, Jud mobili, quod Hebraeis quieſcens (מַלְכֵי) eſſe ſolet.

5) Emphaticus adſciſcit terminationem ◌ָא , cujus ratio ex Chaldaismo repetenda, ſtatui conſtructo Syrorum ܐ addente, טָבֵיָא, hocque *Ajja* non raro in E, טָבֵי contrahente. Quod ergo Chaldaei aliquando, id Syri plerumque faciunt, ita tamen ut E per Olaph quieſcens ſcribant, ܛܒܐ pro ܛܒ̈ܐ. Pauca, in ◌ָא deſinentia infra notabuntur.

Paradigma femininorum

Pluralis			Singularis			
emphat.	conſtr.	abſol.	emphat.	conſtr.	abſol.	
ـُـحـٰـا	ـُـحـَـا	ـُـحـِـا	ـُـحـٰـا	ـُـحـَـا	ـُـحـَـا	*bona*

Statum emphaticum pluralis ſingularisque numeri cum in femininis tum in maſculinis iisdem literis ſcribi, quisque videt: unde inventum ſignum Ribbui, pluralique impoſitum, quo a ſingulari dignoſcatur.

Caeterum ſunt non pauca nomina, alius generis terminationem in plurali adſciſcentia, quam in ſingulari.

1) Maſculina femininam terminationem in plurali adſciſcunt, ut ـُـحـَـهـَـوـٰـا *ſolium*, ـُـحـَـهـَـوـٰـهـُـ — ـُـحـَـهـَـوـٰـهـَـا *paſtor* ـُـخـَـا — ـُـخـَـهـُـ *medicus*, ـُـهـَـا — ـُـهـَـهـُـ *locus*, ـُـهـَـوـٰـ: et, quae in ſtatu emphatico pono, cum in ſingulari abſoluto obſoleverint, ـُـمـَـا *leo*, ـُـمـَـهـُـ — ـُـمـَـا *ſtabulum*, *praeſepe*, ـُـمـَـهـُـ. Ratio nonnullorum ex his infra ad paradigmata reddetur, hic non occupanda, niſi quod una voce dixerim, pluralem a ſingularis forma alia, in femininam terminationem deſinente, concipiendum.

2) Feminina, maſculinam terminationem in plurali habentia, ut ـُـمـَـا *cubitus*, ـُـمـَـهـَـ — ـُـمـَـا *quaeſtio*, in bibliis polygl. Tit. III, 9. ـُـحـَـهـَـ, (quamquam hoc puto vitioſum eſſe, melius aliis habentibus ـُـحـَـهـَـ) — ـُـحـَـهـَـ *lacruma*, ـُـحـَـهـَـ — ـُـحـَـهـَـ plur.

plur. ܟܬܝܐ *lateres*, ܫܥܪܐ *pilus*, ܢܫܐ — ܢܫ *mulieres* plurale tantum, Hebraice נָשִׁים, ܝܡܐ, *Sea*, menſurae genus ܐܝܡܐ — ܐܝܡ *navis*, ſt. emph. ܐܝܡܬܐ plur. ܐܝܡܬܐ — ܐܝܡܬ *palmes*, ܦܨܠܐ Joh. XV, 5. (niſi forte ab editoribus in punctis erratum, reſcribendumque ܦܨܠܐ) — ܫܥܬܐ *hora*, ܐܫܬܐ — ܐܫܬ *fundamentum*, ܐܫܬܐ.

3) Alia denique utramque formam pluralis habent, ut ܐܒ *pater*, ܐܒܗ, ܐܒܐ, — ܚܝܠ *robur*, *exercitus*, ܝܡ, ܝܡܐ *dies*, ܝܡܡ — ,ܝܡܡ ,ܝܡ ,ܝܡ ,ܝ

ܪܫܐ ܟܗܢܐ *ſummi ſacerdotes*, poſterius enim ܟܗܢܐ etiam ubi de uno ſummo ſacerdote, i. e. *capite vel principe ſacerdotum ſermo*, plurali numero ponitur, ܪܫ ܟܗܢܐ et ܪܫ ܟܗܢܐ.

3) denique et alia utrique, ut ܟܢܘܦܘܢܝܐ (κενοφωνίαι) 1 Timoth. VI, 20. ܡܪܝܩ̈ *maledici* 2 Tim. III, 3. et in feminino ܡܪܝܩ̈ *maledicae* 1 Tim. III, 11. ܕܝܩ̈ *oeconomi*.

§. LXXII.

Pluralis recentior graecorum quorundam nominum.

Praeter hanc Syris domeſticam flexionem, ad quam et barbara ac graeca in Syriacam civitatem recepta, formabantur, inde a ſeculo quinto, aut paulo ante, invectus eſt pluralis nonnullorum nominum Graecorum in ō deſinens, ex terminatione Graeca OI an aliunde ortus? cujus exempla pono: ܐܦܝܬܪܘܢ *epithroniae, orationes ex ſuggeſtu epiſcopali habitae*, Aſſemani bibl. Or. T. I. p. 469. ܐܪܝܢ *Ariani*, chreſt. p. 55. ܐܪܬܕܘܟܣ *orthodoxi*, chreſtom. p. 13. ܐܪܛܝܩܐ et ܗܪܛܝܩܐ *haeretici*, chreſt. p. 13. 15. et Aſſeman. T. II. p. 15. ܠܐܛܝܢ *Latini*, Ephraem Syr. T. I. p. 192. ܢܣܛܘܪܝܢ *Neſtoriani*, Aſſem. T. II. p. 15. ܣܘܢܗܕܘܣ *ſynodi*, chreſt. p. 66. Aſſem. T. I. p. 503. 515. (In ſingulari eſt ܣܘܢܗܕܘܣ) ܟܠܝܪܝܩܐ *clerici*, chreſtom. p. 19. 20. Aſſem. T. II. p. 12.

Nuspi-

Nuspiam hanc formam in verſione antiqua veteris novique teſtamenti obſervavi, (unde et fit, ut in grammaticis omitti ſoleat) eſt ergo, ut prope certum habeo, ſerior Syriasmus ac ſequior. Ἡρωδιανοί Marc. III, 6. XII, 13. veteri verſioni ſunt per circumloquutionem, ܒܢܝ ܗܪܘܕܣ at recentiori Philoxenianae, ܐܢܫܝ ܗܪܘܕܣ.

§. LXXIII.

Paradigmata maſculinorum.

Sequuntur jam largiore manu paradigmata, pleraque ex patris mei grammatica Syriaca translata, cujus et ordinem ſervavi, *ſecundum vocales quas maſculinorum ultimae, femininorum penultimae ſyllabae in ſingulari abſoluto habent*

Pluralia			Singularia	
emphat.	conſtr.	abſolut.	emph.	Abſol. et conſtr.
ܡܐܢܐ	ܡܐܢܝ	ܡܐܢܝ	ܡܐܢܐ	ܡܐܢ *mare.*

ܡܐܢ pro ܡܐܡܢ. Vide Act. IV, 24. Sic ab ܥܡ *populus*, ܥܡܐ Pl. ܥܡܡܐ Matth. IV. 16. Act. IV, 25. At a ܫܩ *ſaccus* fit ܫܩܐ Apoc. XI, 3.

ܐܝܕܐ	ܐܝܕܝ	ܐܝܕܝ	ܐܝܕܐ	ܐܝܕ *manus.*
ܓܒܪܐ	ܓܒܪܝ	ܓܒܪܝ	ܓܒܪܐ	ܓܒܪ *vir.*

Sic ܙܒܢ *tempus*, ܓܫܡ *corpus*, ܥܡ *imperitus*; ܟܦܢ *fames*; et ſic emphatica ܐܓܪܐ *merces*, ܐܒܪܐ *ſtannum*, ܐܪܙܐ *cedrus*, concipe ab abſolutis, quanquam obſoletis, ܐܓܪ, ܐܒܪ, ܐܪܙ pro ܐܓܪ, ܐܒܪ, ܐܪܙ

ܐܝܕܝܢ

emphat.	Conſtr.	abſol.	emphat.	Abſol. et conſtr.	
ܛܡܐܐ	ܛܡܐ ...	ܛܡܐ ...	ܛܡܐ	ܛܡܐ	*immundus.*

Nempe ܐ in hoc Nomine gutturale eſt, idemque, praecedente conſona ſine vocali vocalem ſuam ad eam remittit. §. XXI. p. 53. 54. 55. Vide Act. X, 14. 28. 1 Cor. VII, 14. 2 Cor. VI, 17. Cohel. IX, 2. Sic ܥܫܒܐ *gramen*, Pl. ܥܫܒ̈ܐ, vel per metatheſin ܥܒ̈ܫܐ *gramina* Gen. I, 11. Eſa. XXVII, 10. ab Hebr. דֶּשֶׁא. (Sitne in ſtat. abſoluto, qui in deſvetudinem abiit, ܥܫܒ concipiendum, ut pater meus voluit, an ܥܒ, nolim hic quaerere, eſt enim longa et incerta diſputatio).

... ...	... ...	... ...	... ...	*liber.*

Sic ... *caro*, ... *latus*, ... *conſilium:* et ſic emphatica ... *luctus*, ... *ſtagnum*, ... *area*, ... *navis*, ... *agnus*, ... *teſticulus*, concipe ab ..., ..., ..., ..., ...

... ...	... ...	... ...	... ...	*altare.*

Sic ... *Oriens*, ... *apertio*, ... *uterus.* A ... *fons*, ſtatum emphaticum ... alii editores punctarunt ..., alii, quod mihi verius videtur, ... inque plurali, ... Vide pag. 57. et Schaafii lexicon, nomina diſſentientium et exempla daturum.

... ...	... ...	... ...	... ...	*reprobatus.*

Quia

Quia *Jud* in Participiis passivis *Pael* et *Aphel* ponitur loco 3. rad. *Olaph*, igitur haec in emphatico Singulari et omni Plurali eandem flexionem habent, atque illa quae in ܝ radicale terminantur. Vide ܟܣܝܐ *occultatus* Luc. VIII, 17. ܦܓܪܐ *paralyticus* Matth. VIII, 6. ܡܬܒܥܐ *reprobatus* 1 Tim. IV, 4. indeque Pl. ܡܬܒܥܝܢ 1 Cor. I, 28. 2 Cor. XIII, 5. 7. ܓܡܝܪ *completus*, emphat. ܓܡܪܐ 1 Joh. IV, 18. Pl. emphat. ܓܡܪܐ Col. IV, 12. Sic a ܫܬܝ *potus* fit ܫܬܝܐ.

emphat.	constr.	absolut.	emph.	Absol. et constr.	
ܟܟܪܐ	ܟܟܪ	ܟܟܪ	ܟܟܪܐ	ܟܟܪ	*talentum.*
ܨܦܪܐ	ܨܦܪ	ܨܦܪ	ܨܦܪܐ	ܨܦܪ	*passer.*
ܚܫܝܢܐ	ܚܫܝܢ	ܚܫܝܢ	ܚܫܝܢܐ	ܚܫܝܢ	*potens.*
ܓܠܓܠܬܐ	ܓܠܓܠ	ܓܠܓܠ	ܓܠܓܠܬܐ	ܓܠܓܠ	*rota.*

Concipe a ܓܠܓܠ. Sic emph. ܡܓܪܦܬܐ *thuribulum*, Pl. ܡܓܪܦܐ.

ܥܠܡܐ	ܥܠܡ	ܥܠܡ	ܥܠܡܐ	*saeculum.*

Sic ܦܥܠ *operarius*, *miles*, ܣܦܪ *scriba.*

ܐܬܪܥܝܬܐ	ܐܬܪܥܝܬ	ܐܬܪܥܝܬ	ܐܬܪܥܝܬܐ	*occursus.*

Vid. Matth. XXV, 1. Joh. XI, 20. Act. XXVIII, 15.

ܐܒܗܝ, quod hic pater meus posuerat, vide sub ܐܒ. Formas quidem similes in *Ai* desinentes Amira habet p. 72. gramm. et lexicographi, ܐܪܓܢ *araneus*, ܛܥܘܬܐ *error*, ܛܡܝܪܐ *absconditum*, sed paradi-

radigma non pono, quod flexionis exempla non ſuccurrunt. Ne terminatio quidem dubio libera, ipſe enim Amira cum l. c. doceat, feminini generis eſſe, mallem ſane ـــــــــ , ـــــــــ , ـــــــــ efferre.

emphat.	conſtr.	abſol.	emphat.	Abſol. et conſtr.	
ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	*cadaver.*

Vid. Act. IX, 40. Apoc. XI, 8. Ex ſcriptione Syriacorum librorum manet Petocho in incremento finali, ac ſi Dolath ex analogia geminandum eſſet: contra Chaldaei flectunt, שִׁלְדָא, magis ad linguae analogiam; nolim tamen ex ea Syriacam ſcriptionem corrigere, in exotico enim vocabulo, a σκελετὸν orto, fluctuare Aramaei potuerunt.

ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	*ala.*

Contractum ex ـــــــــ, quod flectendum fuerat ſec. paradigma ـــــــــ *pes.* Sic ـــــــــ *feſtuca*, ـــــــــ *ſors.*

—	—	—	ـــــــــ	ـــــــــ	*tranquillitas.*

Vide Luc. II, 13. et c. VIII, 24. Sic ـــــــــ *ejulatus*, ـــــــــ *fletus*, ـــــــــ *cogitatio*, videntur eſſe emphatica ab abſolutis inuſitatis ـــــــــ et ـــــــــ.

ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	*rex.*

Differt a ـــــــــ emph. ـــــــــ *conſilium*, quod vide ſub ـــــــــ *liber.* Sic ـــــــــ *dominus*, ـــــــــ *imago.*

ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	ـــــــــ	*infans.*

Pro

Pro ـِـ. Sic ـِـوْ *olus*, ـِـوْ *orphanus*; et, mutato ob ſequens; *Revotzo* in *Pethocho*, ـِـ *acervus*, emph. ـِـا Gen. XXXI, 46. ـِـ emphat. ـِـا *menſis*.

emphat.	conſtr.	abſol.	emphat.	abſol. et conſtr.	
ـِـا	ـِـ	ـِـ	ـِـا	ـِـا	*captivus.*

Sub terminatione Pluralis abſoluti atque emphatici chaldaizante, coll. ſupra pag. 163. Sic ـِـا *electus*, ـِـا *caecus*, et Participia *Peil* et *Ethpeel* Verborum 3. rad. ا ا ـِـ (unde ـِـا Exod. XV, 3.) ـِـا *durus*, ـِـا *purus*. Attamen a ـِـ *manifeſtus*, et ـِـا *tectus*, etiam reperitur emph. ـِـا et ـِـا Matth. VI, 4. ad analogiam paradigmatis ſequentis; et a ـِـ *infans* fit Pl. emph. ـِـا; velut ab inuſitato ـِـ.

Ad hoc paradigma et referendum coeli nomen plurale ـِـا, a ſingulari inuſitato ـِـا: niſi quod in ſtatu conſtr. plur. unum modo Jud ـِـ habet, Pſ. CXIV, 16. CXLVIII, 4. Status abſolutus obſolevit.

ـِـا	ـِـ	ـِـ	ـِـ	*pes.*

Sic ـِـ *genus* Matth. XIII, 47. c. XVII, 21. 1 Cor. XIV, 10.

ـِـا	ـِـا	ـِـا	ـِـ	*adſpectus, ſpeculum.*

Vide Eph. VI, 6. Ex. XXXVIII, 8. Sic ـِـ *retectio*. Quomodo et ـِـا *habitaculum*, ـِـا *potus*, licebit

bit concipere ab abſolutis, quamquam inuſitatis, ܩܛܠ , ܩܛܠܐ . Sic Participia Verborum 3. rad. *Olaph* in *Pael*, *Ethpaal*, *Aphel*, *Ettaphal*: ut ܩܛܘܪ *ſcortator*, Pl. emph. ܩܛܘܪܐ Apoc. XXI, 8.

emphat.	conſtr.	abſol.	emphat.	abſol. et conſtr.	
ܣܗܕܐ	ܣܗܕܝ	ܣܗܕܝ	ܣܗܕܐ	ܣܗܕ	*teſtis.*
ܪܥܝܐ	ܪܥܝ	ܪܥܝ	ܪܥܝܐ	ܪܥܐ	*paſcens.*

Vide Luc. XVII, 7. Judae v. 12. Haec eſt flexio Participii qua Participii. At

ܪܥܝܐ	ܪܥܝ	ܪܥܝ	ܪܥܝܐ	ܪܥܐ	*paſtor.*

Quomodo et ܐܣܝܐ Pl. ܐܣܝܐ *medici*, ܚܛܝܐ plur. ܚܛܝܐ *pincernae* Geneſ. XL, 1. 2. &c. at ܡܪܐ utroque modo ܡܪܝ et ܡܪܘܬܐ *domini*. In his quidem pluralis in ـܐ deſinens concipiendus a ſingulari ܐܬܬ , ܐܢܫ , ܐܢܫ, abſtracto poſito pro concreto, quod in nominibus munerum et dominii Orientalibus frequens, Aſſem. T. I. Bibl. Or. p. 218. infima, *imago* ܡܠܟܘܬܐ *regni*, i. e. *regis*. Vide gramm. §. 66.

Ad haec paradigmata, tertiam rad. Olaph habentia, non referendum ܩܛܠܐ, cujus pluralis, (*octoginta*) eſt ܩܛܠܝܢ .

ܣܦܪܐ	ܣܦܪ	ܣܦܪ	ܣܦܪ	ܣܦܪ	*ſolium.*
ܪܫܐ	ܪܫ	ܪܫ	ܪܫ	ܪܫ	*caput.*

Sic ܒܝܫ *malus*, ܕܝܢ *judicium*, ܟܐܒ *dolor*, ܙܩܝܦ *rectus*, ܫܝܕ *daemon*. At

ܟܬܝܒ

emphat.	constr.	absol.	emphat.	abs. et constr.	
عَيْنَا	عَيْنَ	عَيْنٌ	عَيْنَا	عَيْنٌ	(*) *oculus.*

Sic عَظْمٌ *robur*, عُودٌ *lignum*, سَيْفٌ *gladius*. Eodem modo كَعْبٌ *juvenis*, Pl. كَعَابٌ, emph. كَعْبَا, concipe ab absoluto Sing. كَعْبٌ; pariterque طِفْلٌ *himulus*, et فِرْدَوْسٌ *paradisus*.

فَقْرٌ	فَقْرٌ	فَقْرٌ	فَقْرٌ	فَقْرٌ	*egenus.*

Sic أَعْرَجٌ *claudus*, أَعْمَى *inanis*; at نَبِيٌّ *prophe-ta*, Pl. أَنْبِيَاءُ, Jud et Olaph in unum Jud contractis.

مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	مَكْتُوبٌ	*natus.*

Pro مَكْتُوبٌ. Sic مَوْهُوبٌ *datus.*

قَدِّيشٌ	قَدِّيشٌ	قَدِّيشٌ	قَدِّيشٌ	قَدِّيشٌ	*sanctus.*

Chald. קַדִּישׁ. Sic عَلِيمٌ *sapiens*, عَزِيزٌ *validus*. At كَثِيرٌ *multus*, in incremento adsumit ا, ut كَثِيرَانِ Matth. II, 18. Pl. كَثِيرُونَ, كَثِيرَاتٌ, كَثِيرَانِ Matth. VII, 13. Luc. I, 7. Apoc. II, 19.

كَأْسٌ	كَأْسٌ	كَأْسٌ	كَأْسٌ	كَأْسٌ	*vas.*

Sic قَمْلٌ *culex*; سِرٌّ *arcanum*, مَرْ i. q. مَرْيٌ *dominus*; سُلَحْفَاةٌ *testudo*; at إِنْسٌ *homo*, emph. إِنْسَا, Pl. أُنَاسٌ. (Statu emphatico pluralis caret, إِنْسَا enim *homines*, *viri*, cujus exempla dabit Schaafius, non pluralis est, sed singularis collectivus).

(*) Ratio diversae flexionis ex linguis Hebraica et Arabica, repetenda, in quibus forma עַיִן diphthongum habet: a Syris in I mutatam.

emphat.	constr.	absol.	emphat.	absol. et constr.	
חָפְשָׁא	חָפְשַׁת	חָפְשֵׁי	חָפְשָׁא	חָפְשׁ	*liber.*

Sic זְרָע *brachium*, עֵין *visus*, עָנָן *nubes*, פֶּרֶא *foedus*, נֵר *lucerna*. At אֱלָה pro אֱלָהּ, Chald. אֱלָהּ *Deus*, sequitur canonem literae *Olaph* §. 33. indeque per accidens flectitur ad typum sequentis paradigmatis.

גַּנָּבָא	גַּנָּבַת	גַּנָּבֵי	גַּנָּבָא	גַּנָּב	*fur.*

Sic גַּנָּב *hortulanus*, כַּדָּב *mendax*, דַּיָּן *judex*, אֵבָר *membrum*, חַיָּב *debitor*, אֵתָן *stabilis*: item כְּנוֹפִי *inquilinus*, שְׂבוֹעַ *abundantia*, רַחֲמָן *miserator*, בָּגְדָן *proditor*; nec non בְּכוֹר *primus*.

זִמְנָא	זִמְנַת	זִמְנֵי	זִמְנָא	זִמְן	*tempus.*

Sic חֵגוֹר *cingulum*, חִוָּר *albus*, לָשׁוֹן *lingua*; שֹׁרֶשׁ *radix*, דָּבָר *verbum*, גְּלוּי *revelatio*; item קִטּוּג *accusatio.*

זִיזָנָא	זִיזָנַת	זִיזָנֵי	זִיזָנָא	זִיזָן	*zizanium.*
נָצְרָנָא	נָצְרָנַת	נָצְרָנֵי	נָצְרָנָא	נָצְרָן	*Nazarenus.*

Sic אֲרַמָּא *Syrus*, אֲרַמִּי *ethnicus* (vide p. 82.) אַרְעָנִי *terrestris*, בַּר־בַּר *unigena.*

מַלְכוּתָא	מַלְכוּתַת	מַלְכוּתֵי	מַלְכוּתָא	מַלְכוּת	*ductus.*

Sic חֻלְקָא *divisio*, חֻלְמָא emph. חֻלְמָא *consolatio*; et cum *Nun* formativo אֻכְלָא *adflictio*, אֻתְרָא *retributio*, אֻקְרָא *oblatio*; אֻמָּא *dominium*; it. יְהוּדָאָה *Judaeus*; et quadrilittera, גְּלְגַּלְתָּא *volutatio*, אֻשְׁתְּבָחָא *gloriatio*, אֻתְגַּלְיָא *notificatio*, אֻתְחַנְנָא *promissio.*

אֻתְחַנְנָא

emphat.	constr.	absol.	emphat.	absol. et constr.	
طُورَا	طُورَيْ	طُورِي	طُورَا	طُورَ	*mons.*

Sic ܛܽܘܒ݂ܬ݂ܳܐ *beatitudo*, ܢܽܘܼܢ *piscis*; it. ܪܚܡ emph. ܪܚܡܳܐ *amor*, ab ܐܪܚ pro ܐܪܚܶܡ *amavit*. Aliter vero sequens

ܝܰܘܡ	ܝܰܘܡܳܐ	ܝܰܘܡܶܝ	ܝܰܘܡܰܝ	ܝܰܘܡܳܬ݂	*dies.*

Nempe U in incremento vocis diphthongescit, ubi Arabes diphthongum, Hebraei O habent, يَوْمٌ יוֹם. Sic ܣܽܘܦ *finis*: et sic masculina ܡܽܘܛ *motus*, ܚܽܘܒ *debitum*; ܝܳܢܳܐ *columba*, ܡܰܪܘܡ *locus excelsus*, concipe ab absolutis ܡܽܘܛ, ܣܽܘܦ, ܢܽܘ, ܡܪܘܡ.

ܙܥܘܪ	ܙܥܘܪܳܐ	ܙܥܘܪܶܝ	ܙܥܘܪܰܝ	ܙܥܘܪܳܬ݂	*parvus.*

Sic ܡܰܓܽܘܫ *magus*, ܓܶܗܢܳܐ *infernus*, ܣܘܡ *terminus*. At

ܒܶܪܟ	ܒܶܪܟܰܝ	ܒܶܪܟܶܝ	ܒܶܪܟܳܐ	ܒܶܪܟܳܬ݂	*genu.*

Nempe transposito *Etzozo* ante incrementum finale, §. 34. Sic ܓܶܫܡ *corpus*, ܥܽܘܬ݂ܪ *divitiae*, ܩܽܘܕ݂ܫ *sanctitas*, ܩܽܘܪ *ulcus*, et emphatica ܙܥܳܦ *ira*, ܒܝܫ *malitia*. Emphatica primae rad. ا ܐܽܘܪܚ *via*, ܐܽܘܪܟ *longitudo*, ܐܟܠ *cibus*, ܐܚܡ *nigredo*, concipe ab absolutis ܐܪܚ, ܐܙܠ, ܐܟܠ, ܐܚܡ, observato canone literae Olaph §. 34.

ܙܰܥܘܪ	ܙܰܥܘܪܳܐ	ܙܰܥܘܪܶܝ	ܙܰܥܘܪܰܝ	ܙܰܥܘܪܳܬ݂	*olus.*

Sic ܙܪܥ *semen*, ܟܦܪ *pagus*: it. ܥܒܝܛ *fascia*, ܦܬ݂ܝܬ݂ *frustum.*

ܛܽܘܢܰܐ	ܛܽܘܢܰܝ	ܛܽܘܢܶܝ	ܛܽܘܢܰܝ	ܛܽܘܢܳܬ݂	*tenebrae.*

Sic ܢܣܝܘܢ *tentatio*, ܣܝܪ *sindon.*

ܡܫܝܚܳܐ

emphat.	constr.	absolut.	emphat.	absol. et constr.	
ܪܰܚܡܳܐ	ܪܰܚܡ̈	ܪܰܚܡ̈	ܪܰܚܡܳܐ	ܪܰܚܡ	*raptor.*

Sic ܡܰܪܝܳܐ *familiaris*, qs. *cognitor*, ܦܰܥܳܠ *opifex* ܥܰܠܳܐ *iniquus*; ܝܰܬܳܒ *habitator*, ܬܰܒܠ *mensa*, ܫܡܰܥ *auditor*: item ܣܦܰܪ *libellus*, ܡܰܡܘܢ *divitiae*.

ܒܝܬ ܣܗܪ̈ܘܬܐ ܒܝܬ ܣܗܪ̈ܘܬܐ ܒܝܬ ܣܗܪ̈ܘܬܐ ܒܝܬ ܣܗܪ̈ܘܬܐ *carcer.*

Pater meus, in statu absoluto non inventum, ex analogia aliqua, ipsi verisimili visa, conceperat a stat. absol. ܐܒ̈ܐ. Verum occurrit in stat. absol. cum Jod otiante, in bibliotheca Assemani Or. T. I. p. 531. col. 1. infima, quam scriptionem sequutus sum. Sic et flectes; ܟܬ̈ܐ *turba*, ܚܛܝܦ *raptus*, ܥܘܠ̈ܐ *injuria*, ܣܘܣ̈ܐ *equus*, Apoc. VI, 2. ܪܕ̈ܐ *fuga*, chrest. p. 106. ܠܚ̈ܘܬ *oppressio*, ܪܕ̈ܦ *persecutio* Rom. VIII, 35. plur. ܪܕ̈ܦ̈ 2 Cor. XII, 10. ܪ̈ܓ̈ܫ *tumultus*, Marc. XIV, 2. plur. c. XIII, 8. ܪ̈ܓ̈ܫ̈ : et verisimiliter ܐ̈ܬ̈ܪ *oppressio animi* 2 Cor. II, 4. sed cui alii alias vocales dederunt, ut Castellus, ܐ̈ܬ̈ܪ.

§. LXXIV.

Paradigmata regularia Nominum Feminorum:

Pluralia.			Singularia,		
Emphatica.	Constr.	Absolut.	Emphat.	Constr.	Absoluta.
ܟܬ̈ܒܬܐ	ܟܬ̈ܒܬ	ܟܬ̈ܒܬ	ܟܬܒܬܐ	ܟܬܒܬ	ܟܬܒ *gravida.*

In hujus, ut et sequentis formae ܟ̈ܬ̈ statu emphatico singulari, vocalis a prima ad mediam radicalem trans-

transponitur, ſec. §. 34. c. Sic a ܚܒܝܬܐ *ſocia*, ܫܘܡܫܐ *uſus*, ܛܡܝܐ *impura*, ܛܡܐ pro ܗܕܐ idem, ܒܫܪܬܐ *evangelium*, ܥܩܪܐ *ſterilis*, ܢܩܡܬܐ *vindicta*; fiunt emphatica ܒܬܘܠܬܐ Luc. VI, 10. ܫܘܡܫܐ Rom. I, 26. 27. ܛܡܝܬܐ Matth. XII, 43. ܛܡܐ Apoc. XVIII, 2. Lev. V, 2. (fluctuante tamen flexione, Marc. I, 23. enim Polygl. habent ܛܡܝܐ Schaafius ܛܡܐ) ܒܬܘܠܐ Matth. V, 23. Marc. I, 15. ܒܬܘܠܬܐ Luc. I, 7. 36. ܐܬܪܥܝܬܐ Luc. XXI, 22. Et ſic a ܚܕܬܐ *nova* fit emph. ܚܕܬܐ, Ch. ܚܕܬܐ contracte pro ܚܕܬܐ Matth. IX, 16. c. XXVI, 28. Apoc. XXI, 1. 2. Pl. ܚܕܬܐ *novae* Matth. IX, 17. c. XIII, 52. Attamen a ܛܡܝܐ *impura*, frequentius reperitur ܛܡܝܐ, ſervato vocalium ordine, Marc. I, 26. c. III, 30. cet. quin et ܚܙܝܪܐ pro ܚܙܝܪܐ *muta*, coll. §. 15. et 33. pag. 80. Sic et ܒܬܘܠܬܐ *virgo*, ab ܒܬܘܠܐ Geneſ. XXIV, 16. Ab inuſitato ܝܕܥ fit ܝܕܥܬܐ *cognitio*, §. 33. pag. 78.

Emphat.	Conſtr.	Abſol.	Emphat.	Conſtr.	Abſol.	
ܟܠܬܐ	ܟܠܬ	ܟܠ	ܟܠܬܐ	ܟܠܬ	ܟܠ	*Sponſa.*

Vide Schaafium, et Pſ. CXLIII, 12. Sic ab ܢܟܣ *proventus*, ܢܟܣ Prov. VIII, 19.

ܐܪܡܠܬܐ	ܐܪܡܠܬ	ܐܪܡܠ	ܐܪܡܠܬܐ	ܐܪܡܠܬ	ܐܪܡܠ	*vidua.*

Sic ܡܬܢܬܐ *donum*, ܡܫܒܬܐ *cogitatio*, ܛܪܬܐ pro ܛܪܬܐ *cuſtodia*: it. ܡܟܬܡܬܐ *honorata*, ܡܗܝܡܢܬܐ *fidelis*, ܡܙܕܝܢܬܐ *ornata*, (unde Apoc. XXI, 3. emph. ܡܙܕܝܢܬܐ) ܡܩܒܠܬܐ *accepta*. At ܚܒܠ *ruina* facit emph. ܚܒܠܬܐ Luc. II, 34.

ܚܝܘܬܐ	ܚܝܘܬ	ܚܝܘ	ܚܝܘܬܐ	ܚܝܘܬ	ܚܝܘ	*beſtia.*

Vide Dan. IV, 14. 15. 17. Sic ܕܘܟܝܐ *gaudium*, emph. ܕܘܟܝܬܐ pro ܕܘܟܝܢܐ, coll. §. XXXIII. p. 80.

emphat.	conſtr.	abſol.	emph.	conſtr.	abſol.	
ܒܪܬܬܐ	ܒܪܬ	ܒܪܬ	ܒܪܬܐ	ܒܪܬ	ܒܪܬ	*puella.*

Sic ܒܝܪ *electa*, ܒܢܝ *aedificata*, ܕܟܝ *pura*; nec non Participium *Ethpeel*, vt ܐܬܒܢܝ *aedificata*. Item Participia activa *Pael* et *Aphel*, ut ܡܫܕܐ *rejiciens* f. emph. ܡܫܕܬܐ, ܡܟܣܐ *tegens* f. ܡܟܣܬܐ: at paſſiva in ſtatu emph. ſingulari loco *Chevotzo* habent *Pethocho*; ut ܡܫܕܐ *rejecta*, emph. ܡܫܕܬܐ, ܐܫܬܠܡ *perfecta*, emphat. ܐܫܬܠܡܬܐ, Hebr. VI, 8. Marc. IV, 28. ܐܬܒܢܝܬܐ *aedificata* Pſ. CXXI, 3. Vide §. XXXIII.

ܟܠܝܐ ܟܠܝ ܟܠܝ ܟܠܝܐ ܟܠܝ ܟܠܝ ܟܠܝܬܐ *praetextus.*

Scribitur et ܟܠܐ in Singulari abſoluto Matth. XIX, 3. Sic a ܚܛܐ *triticum* fit emph. ܚܛܬܐ Marc. IV, 28.

ܙܕܩܬܐ ܙܕܩܬ ܙܕܩܬ ܙܕܩܬ ܙܕܩܬ ܙܕܩܬ ܙܕܩܬ *eleemoſyna.*

Sic a ܕܒܚܐ *ſacrificium* fit emph. ܕܒܚܬܐ Phil. II, 17. et ܕܒܚܐ Rom. XII, 1. a ܕܚܠ *terror*, ܕܚܠܬ Rom. I, 27. et ܕܚܠ Deut. XXII, 21. a ܕܕܚܠ *timor*, ܕܕܚܠ 1 Cor. II, 3. a ܢܩܒܬܐ *femina*, ܢܩܒܬ Gen. I, 27. et ܢܩܒܬ Matth. XIX, 4. ab ܥܓܠܐ *vitula*, ܥܓܠ Hebr. IX, 12. ab ܥܓܠ *annulus*, ܥܓܠ 1 Reg. XXI, 8. At ܡܬܠ *parabola*, emphat. ܡܬܠܬܐ

ܚܛܝܬܐ Matth. XXIV, 32. Pl. ܚܛܝܐ Gal. IV, 14. et ܣܢܝܐ *odium*, emph. ܣܢܝܐ ad leges §. 21. obſervat canonem *Olaph.* Sic et emphatica ܚܢܛܐ *granum*, ܬܡܪܐ *palmes*, nec non contracta ܟܪܡܐ *vitis*, ܐܓܪܐ *later*, concipe ab abſolutis ܚܢܛ, ܟܪܡ, ܐܓܪ. ܚܘܝܐ *ſerpens*, in plur. emph. habet ܚܘܝܬܐ Vide Schaafii lex.

emphat.	conſtr.	abſol.	emphat.	conſtr.	abſol.	
ܐܓܪܬܐ	ܐܓܪ	ܐܓܪ	ܐܓܪܐ	ܐܓܪ	ܐܓܪ	*epiſtola.*

Habet med. rad. gravem ſeu geminatam, ex Hebr. אִמָּרֶת. Sic ܐܣܪܐ *corrigia*, emph. ܐܣܪܐ Marc. I, 6.

ܫܒܚܐ ܫܒܚ ܫܒܚ ܫܒܚ ܫܒܚ ܫܒܚ ܫܒܚ *laus.*

Sic ܡܐܬܐ *miraculum*, emph. ܡܐܬܐ Marc. XII, 11.

ܫܠܫܠܬܐ ܫܠܫܠ ܫܠܫܠ ܫܠܫܠ ܫܠܫܠ ܫܠܫܠ ܫܠܫܠ *catena.*

ܒܝܫܬܐ ܒܝܫ ܒܝܫ ܒܝܫ ܒܝܫ ܒܝܫ ܒܝܫ *malum.*

Sic ܒܝܥܬܐ *ovum*, ܒܝܬܐ *rectum*, ܣܒܪܐ *conſcientia.* A ܟܘܬܢܬܐ, *tunica*, in plurali dicitur, ܟܘܬܢ, ܟܘܬܢ, ܟܘܬܢ (vide Schaafii lex.) incertum, utrum ab obſoleta forma ܟܘܬܢ (§. 62.) an ܟܘܬܢ pag. 181.

ܡܕܝܢܬܐ ܡܕܝܢ ܡܕܝܢ ܡܕܝܢ ܡܕܝܢ ܡܕܝܢ ܡܕܝܢ *urbs.*

Sic a ܫܚܪܬܐ emph. ܫܚܪܬܐ: at a ܐܚܪܬܐ *alia*, ܫܚܪ; et a ܬܐܬܐ *ficus*, ܬܐܬ vel ܬܬ.

ܡܣܟܬܐ ܡܣܟ ܡܣܟ ܡܣܟ ܡܣܟ ܡܣܟ ܡܣܟ *cortina.*

Excidit tamen nonnunquam Jud, ſing. ܡܣܟ plur. ܡܣܟ Exod. XXXVI, 8. 9. 10. librarii culpa?

an recte? non meum eſt, dicere. Forte ſine Jod ſcriptum ـــــ efferendum erat.

emphat.	conſtr.	abſol.	emphat.	conſtr.	abſol.	
ـــــ	ـــــ	ـــــ	ـــــ	ـــــ	ـــــ	*portio.*

Sic ـــــ *collega*, Pl. ـــــ Matth. XVIII, 29. ـــــ *pollex*, Pl. ـــــ Lev. VIII, 23. 24. ـــــ *holocauſtum*, Pl. ـــــ Numer. XXIII, 3. et ـــــ pro ـــــ, emph. ـــــ *increpatio* 2 Cor. II, 6. Sunt haec nomina fere tertiae rad. Olaph, quae in plurali in Vau mobile tranſit.

A ـــــ *diſputatio*, biblia polygl. Tit. III, 9. pluralem faciunt ـــــ, valde irregulariter, aliis ſingulariter ſine ulla anomalia ـــــ habentibus. Pluraliter tamen accepiſſe video Arabem Erpenianum, (مسايل).

ـــــ *anguſtia.*

Sic ـــــ *hora.*

ـــــ *currus.*

Sic ـــــ *comedens.* At ـــــ *avis*, emph. ـــــ.

ـــــ *conveniens.*

Sic ـــــ *ſcortum*, ـــــ, Pl. ـــــ Apoc. XVII, 1. 5. ـــــ *deſolata*, Gal. IV, 27. a ـــــ; et ـــــ *decens* Prov. XIII, 19. Pl. ـــــ Rom. X, 15. a ـــــ.

ـــــ *convicium.*

ـــــ *virgo.*

Sic

Sic ܦܘܠܚܢܐ *circumciſio*; ܟܘܪܣܝܐ emph. ܟܘܪܣܝܐ *thus*.

emphat.	conſtr.	abſol.	emphat.	conſtr.	abſolut.	
ܡܘܫܚܐ	ܡܘܫܚ	ܡܫܚ	ܡܘܫܚܐ	ܡܘܫܚ	ܡܫܚ	*macula*.

Sic ܟܘܫܠܐ *offendiculum*, ܢܫܩܐ *oſculum*. Poteſt tamen et vocalis adſumi ſecundum §. XV. et XXXIII. ut ܒܪܟܬܐ Pſ. III, 9. ab abſol. ܒܪܟܬ *benedictio*.

Apocopen ܐ adformativi in ſtatu abſoluto ſingulari paſſa ſunt Nomina, quae terminantur in ܘ vel ܝ, eademque ܘ et ܝ ante terminationem pluralem movent: ut

ܒܪܝܬܐ	ܒܪܝܬ	ܒܪܝ	ܒܪܝܐ	ܒܪܐ	ܒܪܐ	*creatura*.

Sic ܫܘܠܡܐ *plenitudo*, ܫܒܝܐ *captivitas*.

ܛܝܒܘܬܐ	ܛܝܒܘܬ	ܛܝܒܘ	ܛܝܒܘܬܐ	ܛܝܒܘܬ	ܛܝܒܘ	*gratiarum actio*.

Sic ܫܘܬܐ *fundatio*, ܥܕܬܐ *grex*.

ܒܨܥܬܐ	ܒܨܥܬ	ܒܨܥ	ܒܨܥܐ	ܒܨܥ	ܒܨܥ	*lucrum*.

Solum fuerit ܫܘܬܐ *principium*, quod ܐ ſuum ſervat in abſoluto Geneſ. I, 1. Joh. I, 1. 2 Theſſ. II, 13. Vide plura exempla in Schaafii lex.

ܟܐܦܐ	ܟܐܦ	ܟܦ	ܟܐܦܐ	ܟܐܦ	ܟܦ	*trabs*.

Sic ܙܘܝܬܐ *angulus*, ܦܨܬܐ *junctura*, ܣܘܦܪܐ *coena*, ܡܪܓܢܝܬܐ *margarita*, ܛܠܠܐ *umbra*.

ܡܥܡܕܢܐ	ܡܥܡܕܢ	ܡܥܡܕ	ܡܥܡܕܢܐ	ܡܥܡܕܢ	ܡܥܡܕ	*baptiſmus*.

emphat.	constr.	absol.	emphat.	constr.	absol.	
ܡܬܟܬܐ	ܡܬܟܬ	ܡܬܟܬ	ܡܟܬܐ	ܡܟܬ	ܡܟܬ	*plaga.*

Vide Apoc. XXI, 9. at

ܐܬܬܐ	ܬܬ	ܬ	ܐܬܐ	ܬ	ܬ	*res.*

Sic ܡܬ; *similitudo.* Sed

ܐܬܟܐ	ܬܟ	ܬ	ܐܬܐ	ܬ	ܬ	*precatio.*
ܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܘܬܐ	ܡܠܟܘܬ ܡܠܟܘܬ	ܡܠܟܘܬ ܡܠܟܘܬ	ܡܠܟܘܬܐ	ܡܠܟܘܬ	ܡܠܟܘܬ	*regnum.*

Sic ܡܥܒܕ *delictum*, ܬܘܒܬ *utilitas.*

ܐܠܦܐ	ܠܦ	ܠܦ	ܐܠܦ	ܠܦ	ܠܦ	*myrias.*
ܐܬܪܬܐ	ܬܪܬ	ܬܪܬ	ܐܬܪܬ	ܬܪܬ	ܬܪܬ	*rectitudo.*

Sic ܐܬܪܬܐ *libertas.* At ܢܒܝܐ *prophetia*, Pl. ܐܢܒܝܐ.

ܐܠܝܐ	ܠܝ	ܠܝ	ܐܠܝ	ܠܝ	ܠܝ	*dissensio.*

Vide 1 Cor. I, 10. Sic ܡܠܝܬܐ *militia* c. IX, 7. Apoc. XIX, 14. At ܣܗܕܘܬܐ *testimonium*, Pl. emph. ܐܣܗܕܘܬܐ Marc. XIV, 56. Deut. IV, 45.

ܐܒܥܘ	ܒܥܘ	ܒܥܘ	ܐܒܥܘ	ܒܥܘ	ܒܥܘ	*petitio.*

Vide Deut. III, 24. Rom. X, 1. Eph. VI, 18. 1 Tim. V, 5. Sic ܢܨܚܐ *victoria*, ܡܫܟܢ *taberna.* At

ܡܪܐ	ܡܪܝ	ܡܪܝ	ܐܡܪܐ	ܡܪܝ	ܡܪܝ	*dominium*, vel, *dominus.*

A ܡܐܐ *centum* pluraliter dicitur, ܡܐܐ *centuriae* Exod. XVIII, 21. et a ܐܡܐ *ovis*, ܥܡܐ Exod. XXII, 1. quae

1. quae concipienda videntur a ܩܠܝܐ *centuria*, et ܩܠܝ.

Vide Col. I, 16. 2 Petr. II, 10.

§. LXXV.

Anomala.

Specialia in flexione sunt, quae vel masculina, in Plurali terminationem femininam, vel feminina, in Plurali masculinam habent, §. 71. pag. 164. vel masculina, in Plurali emphatico chaldaizant, ibid. p. 163. vel ante terminationem pluralem adsumunt sive *He*, ut ܐܡ̈ܗ̈ܬ̈ *matres*, ab ܐܡ̈ ; sive *Wau*, ut ܢ̈ܗ̈ܪ̈ܘ̈ *fluvii*, a ܢ̈ܗ̈ܪ̈ ; sive *Jud*, ut ܐ̈ܬ̈ܪ̈ܘ̈ *loca*, a ܐ̈ܬ̈ ; vel vocales sive mutant, ut ܛ̈ܠ̈ܝ̈ *pueri*, a ܛ̈ܠ̈ ; sive novas inserunt, ut ܨ̈ܠ̈ܘ̈ *precationes*, a ܨ̈ܠ̈ . Inprimis adjicimus haec sequentia, nominum, in usu quotidiano linguae frequentissimorum, unde et multus anomaliae et abusui locus:

Masculina.

Pluralia.			Singularia.			
ܐ̈ܒ̈ܗ̈	ܐ̈ܒ̈ܗ̈ܬ̈	ܐ̈ܒ̈ܗ̈ܝ̈ / ܐ̈ܒ̈ܗ̈ܝ̈	ܐ̈ܒ̈	ܐ̈ܒ̈	ܐ̈	*Pater.*
ܒ̈ܢ̈	ܒ̈ܢ̈	ܒ̈ܢ̈	ܒ̈	ܒ̈	ܒ̈	*filius.*
ܒ̈ܬ̈	ܒ̈ܬ̈	ܒ̈ܬ̈	ܒ̈	ܒ̈	ܒ̈	*domus.*

Vide Matth. XII, 25. Tit. I, 11.

ܐ̈ܡ̈ܗ̈

						nomen.
						locus.

Feminina.

						mater.
					—	*filia.*

Absolutum *filia* obsolevit.

				—	—	*soror.*
						ancilla.
						cubitus.
						gens.
						annus.
				—	—	*labium.*
						locus.

§. LXXVI.

Nomina numeralia.

Nomina *numeralia* sunt vel *cardinalia* (حصلا) vel *ordinalia* (لحصلا)

Ordinalia.		Cardinalia.	
Fem.	Masc.	Fem.	Masc.
	primus.		*unus.*

زحصلا

Fem.	Masc.		Fem.	Masc.	
ܬܪܝܬܝܐ	ܬܪܝܨ	*secundus.*	ܬܪܝܬܝ	ܬܪܝ	*duo.*
ܬܠܬܝܐ	ܬܠܬܐ	*tertius.*	ܬܠܬ	ܬܠܬ	*tres.*
ܪܒܝܥܝܐ	ܪܒܝܥܐ	*quartus.*	ܐܪܒܥ	ܐܪܒܥ	*quatuor.*
ܚܡܝܫܝܐ	ܚܡܝܫܐ	*quintus.*	ܚܡܫ	ܚܡܫ	*quinque.*
ܫܬܝܬܝܐ	ܫܬܝܬܐ	*ſextus.*	ܫܬ	ܫܬ	*ſex.*

Poſt Praefixa ܘ pro ܐ dicitur ܐ Luc. I, 26.

ܫܒܝܥܝܐ	ܫܒܝܥܐ	*ſeptimus.*	ܫܒܥ	ܫܒܥ	*ſeptem.*
ܬܡܢܝܐ	ܬܡܢܐ	*octavus.*	ܬܡܢ	ܬܡܢ	*octo.*
ܬܫܝܥܝܐ	ܬܫܝܥܐ	*nonus.*	ܬܫܥ	ܬܫܥ	*novem.*
ܥܣܝܪܝܐ	ܥܣܝܪܐ	*decimus.*	ܥܣܪ	ܥܣܪ	*decem.*
ܕܒܥܣܪܝܐ	ܕܒܥܣܪܐ	*undecimus.*	ܕܒܥܣܪ	ܕܒܥܣܪ	*undecim.*
ܬܪܬܥܣܪܝܐ	ܬܪܬܥܣܪܐ	*duodecimus.*	ܬܪܬܥܣܪ	ܬܪܬܥܣܪ	*duodecim.*
cet.	cet.		ܬܠܬܥܣܪ	ܬܠܬܥܣܪ	*tredecim.*
			ܐܪܒܥܥܣܪ	ܐܪܒܥܥܣܪ	*quatuordecim.*
			ܚܡܫܥܣܪ	ܚܡܫܥܣܪ	*quindecim.*
			vel ܚܡܣܥܣܪ		Joh. XI, 18.
			ܫܬܥܣܪ ܫܬܣܥܣܪ	ܫܬܣܥܣܪ	*ſedecim.*
			ܫܒܥܥܣܪ	ܫܒܥܥܣܪ	*ſeptendecim.*
			ܬܡܢܥܣܪ ܬܡܢܣܥܣܪ	ܬܡܢܣܥܣܪ	*octodecim.*
			ܬܫܥܥܣܪ	ܬܫܥܥܣܪ	*novendecim.*

Porro Communis generis ſunt Cardinalia haecce: ܥܣܪܝܢ *viginti*, ܬܠܬܝܢ *triginta*, ܐܪܒܥܝܢ *quadraginta*, ܚܡܫܝܢ *quinquaginta*, ܫܬܝܢ *ſexaginta*, ܫܒܥܝܢ *ſeptuaginta*, ܬܡܢܝܢ *octoginta*, ܬܫܥܝܢ *nonaginta*. A quibus formantur *Ordinalia*, addita terminatione M. ܐ, F. ܬ, ut ܥܣܪܝܢܐ *vigeſimus*, ܥܣܪܝܢܬ *vigeſima*, cet. Reliqua ſunt: ܡܐ *centum*, ܡܬܐ *ducenti*, ܬܠܬܡܐ *trecenti*, ܫܒܥܡܐ *ſeptingenti*, ܬܡܢܡܐ *octingenti*, ܬܫܥܡܐ *nongenti*; ܐܠܦ *mille* (pro ܐܠܦ vel ܐܠܦ, unde emph. ܐܠܦܐ, et Pl. ܐܠܦܝܢ, ܐܠܦܬܐ) et ܪܒܘ *myrias*.

§. LXXVII.

Numeralia exotica.

Numeralibus Graecis aliquam, non quidem civitatem, ſed tamen peregrinitatem dederunt Syri, ubi de rebus Graecis aut Romanis loquuntur, in quibus fas erat, nomina retineri. Sic in chronico Edeſſeno, p. 71. chreſtomathiae, ܕܬܪܬܥܣܪ eſt, *duodecimus ab urbe lapis*. (12 milliaria Romana).

§. LXXVIII.

Nomina dierum hebdomadis, et menſium.

Gratum facere linguae Syriacae ſtudioſis nobis videmur, poſt numeralia, nomina quoque dierum hebdomadis, et menſium, uno conſpectu exhibentes, ne opus ſit, illis idemtidem recurrentibus, lexica evolvere.

Dies

Dies quidem hebdomadis Judaico plane modo, quod mirari poſſis, adpellantur, ſed id inde, quod per Syriam et Meſopotamiam late religio Judaica ante chriſtianam viguit, proſelytos multos nacta, maxime eo ex ſexu, cui circumcidi non opus erat. Sic Damaſci plerasque idololatrarum uxores ſacris Judaicis addictas fuiſſe, auctor eſt Joſephus. Sunt ergo

dies ſolis,	ܚܰܕ ܒܫܒܳܐ	*primus hebdomadis.*
lunae,	ܬܪܝܢ ܒܫܒܳܐ	*ſecundus hebdomadis.*
Martis,	ܬܠܬ ܒܫܒܳܐ	*tertius hebdomadis.*
Mercurii,	ܐܪܒܥ ܒܫܒܳܐ	*quartus hebdomadis.*
Jovis,	ܚܡܫ ܒܫܒܳܐ	*quintus hebdomadis.*
Veneris,	ܥܪܘܒܬܳܐ	*veſpera* (ſc. *ſacra* ante *ſabbatum.*)
Saturni,	ܫܒܬܳܐ	*ſabbatum.*

Menſium nomina deſcribo ex §. 6. commentationis de menſibus Hebraeorum, ubi interpretationis argumenta addidi. Lunares cum ſint, ſolaribus non exacte reſpondent, ſed a primo menſis lunaris novilunio, aut proximo ante illum, initium capiunt:

ܬܫܪܝ ܩܕܡܝܐ	—	—	—	*October.*
ܬܫܪܝ ܐܚܪܝܐ	—	—	—	*November.*

[*Hinc* ܬܫܪ̈ܝ̈ *autumnale tempus*, *plurali dualiter poſito*, itemque ܬܫܪ̈ܝ̈ ܬܪ̈ܝ̈].

ḥṯm, vel ḥṯm ſimpliciter	*December.*
ʾyr ḥṯm	*Januarius.*
ḥrḥ	*Februarius.*
ʾdr	*Martius.*
nsn	*Aprilis.*
ʾyr	*Majus.*
sywn	*Junius.*
tmz	*Julius.*
ʾb	*Auguſtus.*
ʾlwl	*September.*

His menſibus, quoties opus, alius intercalaris Hebraeorum more additur.

CAPUT IX.
DE
PRONOMINE.

§. LXXIX.

Pronomina perſonalia.

Pronomina ſunt, vera nomina, ſed loco aliorum nominum poſita, ne haec nimis ſaepe recurrentia ſint auditu

ditu moleſta, e. g. pro, *Deus miſit filium Dei, ut per filium Dei homines Deo reconciliaret*, dicimus, *Deus miſit filium ſuum, ut per eum homines ſibi reconciliaret.*

Ex his primaria ſunt, perſonalia

Plur.			Singul.		
fem.	comm.	maſc.	fem.	comm.	Maſc.
	ܚܢܢ *nos*			ܐܢܐ *ego*	
ܐܢܬܝܢ	ܐܢܬܘܢ *vos*		ܐܢܬ		ܐܢܬ *tu*
ܗܢܝܢ / ܐܢܝܢ *illae*		ܗܢܘܢ / ܐܢܘܢ *illi*	ܗܝ / ܗܿ *illa*		ܗܘ / ܗܿ *ille*

His quidem Syri, (ut Arabes Hebraeique) loco verbi ſubſtantivi praeſentis utuntur, ܗܘ ܛܒ *bonus eſt*, ܐܢܬ ܚܢܦܩܝ *miſericors es.* Vide §. 23.

Tertiae perſonae duplex pronomen poſuimus, frequentius ܗܘ ܗܝ ܗܢ ܗܢܘܢ ܗܢܝܢ, aliudque ܐܢܘ ܐܢܝ ܗ ܗ. Haec quidem aliquo ponuntur diſcrimine et regula:

1) ܗ et ܗ magis jam ad demonſtrativorum indolem accedunt, e. g. ܓܒܪܐ ܗ *vir ille*, — — ܐܢܬܬܐ ܗ *femina illa*, at contra ܐܢܬܬܐ ܗ *femina eſt.*

2) ܐܢܘ et ܐܢܝ poni amant,

a) in adcuſativo, ut ܐܟܠ ܐܢܘ *voravit illas*, Apoc. XX, 9. ܡܠܐ ܐܢܝ *impleverunt eas*, Luc. V, 7. Differunt ergo, ܫܕܪ ܗܢܘ *miſerunt illi*, Joh. VII, 32. et ܫܕܪ ܐܢܘ *miſerunt illos.*

b) ubi verbi ſubſtantivi vice fungitur, ut ܐܢܬܘܢ *vos eſtis*, Matth. V, 13. 14. ܕܒܒܬܐ ܐܢܘܢ *qui in aedibus ſunt*, v. 15. ܬܠܬ ܫܥܝܢ ܐܢܝܢ *tres ſunt horae*, Act. II, 15. ܒܪܟܝܢ ܐܢܘܢ *beati ſunt*, Apoc. XXII, 14. ܟܡܐ ܝܘܡܝ ܕܥܒܕܟ ܐܢܘܢ *quot ſunt dies ſervi tui?* Pſ. CXIX, 84.

§. LXXX.

De ſuffixis generatim.

Haec pronomina, plane ut apud reliquos Orientales, verbis, nominibus, particulis decurtata in fine conjunguntur, quod ubi fit, ſuffixa vocantur. Poſt verba et particulas ſuam ſignificationem primigeniam perfecte ſervant, ſuntque vel interpreti alias in linguas Syriaca vertenti, vera perſonalia: at poſt nomina vicem ſupplent poſſeſſivorum, e. g. ܡܠܟܟ *rex tui*, pro, *rex tuus*. Sed haec ex grammatica Hebraica ut nota poſtulo.

§. LXXXI.

Suffixa verborum, et quidem 1) *praeteritorum*.

a) 3. Perſ. Sing. Maſc. ܩܛܠ *interfecit*:

Pluralia.			Singularia.		
Fem.	Comm.	Maſc.	Fem.	Comm.	Maſc.
	ܩܛܠܢ *nos* C.		ܩܛܠܬܢ *interfecit me* C.		
ܩܛܠܬܟܝ *vos* F.		ܩܛܠܟܘ *vos* M.	ܩܛܠܬ *te* F.		ܩܛܠܟ *te* M.
ܩܛܠ ܐܢܝܢ *eas*.		ܩܛܠ ܐܢܘܢ *eos*.		ܩܛܠܬܗ *eam*.	ܩܛܠܗ *eum*.

Sic

Sic ab ـــــ *conduxit* fit ـــــ *conduxit nos* Matth. XX, 7. ـــــ *recordatus eſt* noſtrum Pſ. CXV, 12. ـــــ *novit* ـــــ *novit te* Joh. XVII, 25. ـــــ *amavit*, ـــــ *amavit me* Joh. XV, 9. ـــــ *adprehendit*, ـــــ *adprehendit illam* Marc. I, 31. ـــــ *erexit*, ـــــ *erexit eam*, ibid. ـــــ, ـــــ *ingredi fecit eum* Joh. XVIII, 16.

At Verba 3. rad. ـــــ vel ـــــ in Suffixis hunc ſequuntur typum: vt ـــــ *vocavit*

ـــــ *nos.* C.		ـــــ *vocavit me* C.	
ـــــ *vos.* F.	ـــــ *vos.* M.	ـــــ *te* F.	ـــــ *te* M.
ـــــ *illas.*	ـــــ *illos.*	ـــــ *eam.*	ـــــ *eum.*

Vide Act. XXIII, 18. Luc. XIV, 10. Eſa. LIV, 6. Matth. XVIII, 32. Luc. VIII, 54. Act. XVI, 10. Gal. I, 6. Matth. IV, 21. Sic a ـــــ *elegit*, ـــــ *elegit eum* 2 Tim. II, 4. ـــــ *eam* Zach. III, 2. ـــــ *nos* Eph. I, 4. ـــــ *vos* 2 Theſſ. II, 13. ـــــ *odit eos* Joh. XVII, 14.

Pael ـــــ *oſtendit.*

ـــــ *nobis* C.		ـــــ *oſtendit mihi* C.	
ـــــ *vobis* F.	ـــــ *vobis* M.	ـــــ *tibi* F.	ـــــ *tibi* M.
ـــــ *eis* F.	ـــــ *eis* M.	ـــــ *ei* F.	ـــــ *ei* M.

Vide exempla Zach. III, 1. Act. X, 28. Luc. IV, 5. Matth. III, 7. Joh. XX, 20.

b) 3. Sing. Fem. ـــــ *interfecit.*

ـــــ *nos* C.		ـــــ *interfecit me.*	
ـــــ *vos* F.	ـــــ *vos* M.	ـــــ *te* F.	ـــــ *te* M.
ـــــ *eas.*	ـــــ *eos.*	ـــــ *eam.*	ـــــ *eum.*

Exem-

Exempla ſunt: ipſum ܗܘܝܢ Rom. VII, 11. ܡܚܝܢ *peperit me* (ab ܝܠܕ) Jer. XX, 14. ܚܒܠܢ *concepit me* Pſ. LI, 7. ܝܠܕܟ *peperit te* Jer. XXII, 26. ܡܚܝܠܕ *parturiit te* (in Pael) Cant. VIII, 5. ܐܝܬܝܗ *duxit eum* Luc. IV, 1. ܢܛܪܗ *cuſtodivit eum* Joh. XII, 7. ܐܟܠ *voravit illud* Luc. VIII, 5. ܝܠܕܗ *peperit eum* Matth. I, 25. ܫܒܩ *reliquit illam* Marc. I, 12. ܐܫܩ Act. I, 9. ܡܫܒܩ (vitioſa hic editio Gutbieriana ܡܫܒܩ) Marc. I, 31. ܫܒܩ *oblevit eam*, et ܐܫܩ *poſuit eam*, Ex. II, 3. ܐܢܗܪ *illuminavit eam* (in Aphel) Apoc. XXI, 23. ܐܫܦܟ *effudit illam* Matth. XXVI, 7. ܐܬܚܙ *adprehendit nos* Jer. VI, 24. ܐܬܕܒܩ *adſecuta eſt nos* (in Aphel) Num. XX, 14. (Romanae tamen editiones per O ſcribunt, ܐܬܘܕܒܩ chreſt. p. 23. lin. 13.) ܐܫܡܥ *audivit eos* Joh. X, 8. ܐܥܠ *accendit eos* (in Aphel) Eſa. XLVII, 14.

At Verba 3. rad. ܐ in Peal, e. g. ܚܙܐ *vidit*, a ܐܬܐ:

ܚܙܐ *nos* C.	ܚܙܐܢ *vidit me* C.
ܚܙܐ *vos* F.	ܚܙܐ *vos* M.	ܚܙܐ *te* F.	ܚܙܐ *te* M.
ܚܙܐ *eas*.	ܚܙܐ *eos*.	ܚܙܐ *eam*.	ܚܙܐ *eum*.

Exempla ſunt Ex. II, 2. 6. Num. XXII, 33. Job. XLII, 5. Matth. XXVI, 71.

In Pael vero et Aphel, e. g. ܫܚܐ, a ܫܚ *occuluit*:

ܫܚܐ *nos* C.	ܫܚܐܢ *occuluit me* C.
ܫܚܐ *vos* F.	ܫܚܐ *vos* M.	ܫܚܐ *te* F.	ܫܚܐ *te* M.
ܫܚܐ *eas*.	ܫܚܐ *eos*.	ܫܚܐ *eam*.	ܫܚܐ *eum*.

Sic

Sic ܬܫܬܢܝ *texit me* Pſal. XLIV, 16. ܐܬܥܪܒܢܝ *ſeduxit me* Rom. VII, 11. ܐܬܢܛܪܬ *ſervavit te* F. Matth. IX, 22. ܐܬܝܗܒ vel ſec. Polygl. ܐܝܬܝܗ *adduxit eum* c. XIV, 11. ܛܡܪ *occuluit eum* Ex. II, 2. ܛܡܪ ܐܢܘܢ *occuluit illos* Joſ. II, 4.

c) 2. Sing. Maſc. ܩܛܠ *interfeciſti.*

ܩܛܠ ܢ *nos* C. ܩܛܠ ܢܝ *interfeciſti me* C.
ܩܛܠ ܐ *eas.* ܩܛܠ ܐܢܘܢ *eos.* ܩܛܠ ܗ *eam.* ܩܛܠ ܗܘ *eum.*

Exempla ſunt: ܝܕܥܬ ܢܝ *cognoviſti me* Joh. XIV, 9. ܛܪܪܬ ܗܘ *ſervaviſti eum* Joh. I, 10. ܦܩܕܬ ܗܘ *viſitaſti eum*, et ܐܬܕܟܪܬ ܗܘ *meminiſti ejus* Hebr. II, 7. et in Aphel, ܐܣܩܬܢܝ *adſcendere feciſti me* Pſ. LXXI, 20. ܐܬܟܢܝܬ ܗܘ *humiliaſti eum*, et ܐܫܠܛܬ ܗܘ *dominari feciſti eum*, ibid. ܐܣܩ ܢ *adſcendere feciſti nos* Ex. XVII, 3. Pſ. XLIV, 8. 10–12. et in Verbis 3. rad. ו, ܐܪܝܬܢܝ *erudiviſti me* Jer. XXXI, 18. ܐܚܘܝܬ ܠܝ *oſtendiſti mihi* Ex. XXXIII, 12. ܐܚܝܝܬܢܝ *vivificaſti me* Pſ. LXXI, 20.

d) 2. Sing. Fem. ܩܛܠܬ *interfeciſti.*

ܩܛܠܬ ܢ *nos* C. ܩܛܠܬܢܝ *interfeciſti me* C.
ܩܛܠܬ ܐ *eas.* ܩܛܠܬ ܐܢܘܢ *eos.* ܩܛܠܬ ܗ *eam.* ܩܛܠܬ ܗܘ *eum.*
ܩܛܠܬ ܝ

Exempla: ܫܚܬܬܢܝ *deſtruxiſti me* Jud. XI, 35. ܟܪܬܬܢܝ *peperiſti me* Jer. II, 27. ܐܪܓܙܬ *ad iram provocaſti me* Ez. XVI, 26. ܫܟܚܬ ܗܘ *poſuiſti illud* v. 19.

ܐܘܼܥܕܬܢ *adjuraſti nos* Joſ. II, 17. 20. ܐܫܕܬܢ *demiſiſti nos* v. 18. ܐܫܟܚܬ ܐܢ *inveniſti eos* Jer. II, 34.

e) 1. Sing. ܩܛܠ *interfeci.*

ܩܛܠܟܝ *vos* F. ܩܛܠܟܘ *vos* M. ܩܛܠܬ *te* F. ܩܛܠ *interfeci te* M.

ܩܛܠܝ *eas.* ܩܛܠ ܐܢ *eos.* ܩܛܠܗ *eam.* ܩܛܠ *eum.*

Exempla: ܝܕܥܬ *novi te* Ex. XXXIII, 12. ܟܪܥ *genui te* Hebr. I, 5. ܪܚܡ *miſertus ſum tui* Matth. XVIII, 33. ܝܕܥܟܘ *novi vos* Matth. VII, 23. ܫܬܝܬ *poſui vos* Joh. XV, 16. At a ܢܬܢ *dedit*, ܢܬܬ *dedi te* Gen. XVII, 5. ܢܬܬ *dedi illud* Lev. VI, 17. Et in Pael ܦܩܕ *praecepi tibi* Ex. XXXI, 11. ܫܒܚ *glorificavi te* Joh. XVII, 4. ܐܝܬܝ *adduxi eum* Matth. XVII, 16. ܫܠܡ *perfeci illud* Joh. XVII, 4. ܦܩܕ *praecepi vobis* Matth. XXVIII, 20. ܫܕܪ *miſi vos* Joh. IV, 38. ܫܕܪ ܐܢ *miſi eos* Joh. XVII, 18. Item in Aphel ܐܠܒܫ *indui te* Zach. III, 4. ܐܟܚ *argui eum* Gal. II, 11. ܐܪܚܟܘ *dilexi vos* Joh. XV, 9. ܐܘܠܕܟܘ *genui vos* 1 Cor. IV, 15. ܐܘܕܥܬܟܘ *notificavi vobis* Joh. XV, 15.

Quae vero tertiam rad. ܐ in ܝ mutant, ita flectuntur, ut a ܚܙܐ *vidit*, ܚܙܝ *vidi*:

ܚܙܝܟܝ *vos* F. ܚܙܝܟܘ *vos* M. ܚܙܝܬ *te* F. ܚܙܝܟ *vidi te* M.

ܚܙܝܝ *eas.* ܚܙܝ ܐܢ *eos.* ܚܙܝܗ *eam.* ܚܙܝ *eum.*

Exempla: ܚܙܝܟ *vidi te* Joh. I, 49. ܐܟܠܗ *bibi illum* Matth.

Matth. XXVI, 42. ـحـدـه *elegi vos* Joh. XV, 16. 19. et in Pael ـحـدـه *oſtendi vobis* Joh. X, 32.

f) 3. Plur. Maſc. ـكـهـ *interfecerunt.*

ـهكـه *nos* C. ـهكـهـ *interfecerunt me* C.
ـهكـهـ *vos* F. ـهكـهـ *vos* M. ـهكـهـ *te* F. ـهكـه *te* M.
ـهكـه *eas.* ـهكـه *eos.* ـهكـه *eam.* ـهكـه *eum.*

Exempla: ـدـهـ *noverunt me* Jer. II, 8. ـهـهـ *transfixerunt eum* Apoc. I, 7. ـهـه *duxerunt eam* ـهـه *demiſerunt eam*, Marc. II, 4. Matth. XXII, 28. in Pael, ـهـه *miſerunt nos* Joh. I, 22. ـهـه *interrogarunt eos* c. IX, 19. et in Aph. ـهـه *indicarunt ei* Act. XXV, 2. Reperitur et ـهـه pro ـهـه *ad iram provocarunt me* Zach. VIII, 14. ـهـه *mandaverunt mihi.*

At a ـدا *vidit*, Pl. ـدا *viderunt*, fit

ـدا l. ـدا *nos* C. ـدا vel ـدا *viderunt me* C.
ـدا *vos* F. ـدا *vos* M. ـدا *te* F. ـدا *te* M.
ـدا *eas* F. ـدا *eos.* ـدا *eam.* ـدا *eum.*

Exempla: ـدا *quaeſiverunt me* Eſa. LXV, 1. et ـدا *idem* Rom. X, 20. ـدا *vocarunt nos* Act. XXVIII, 2. ـدا *viderunt eum* Matth. II, 10. ـكـه *impleverunt eas* Luc. V, 7.

A ـهـه *tentarunt*, et ſimilibus formis, dicitur

ـهـه *nos* C. ـهـه *tentarunt me* C.
ـهـه *vos* F. ـهـه *vos* M. ـهـه *te* F. ـهـه *te* M.
ـهـه *eas.* ـهـه *eos.* ـهـه *eam.* ـهـه *eum.*

Exempla: ܢܫܬܘܢܝ *tentarunt me* Hebr. III, 9. ܫܡܥܘ *conviciati ſunt ei* Joh. IX, 28. Sic in Aph. ܐܝܬܝܘ *adduxerunt eum* v. 13.

g) 3. Plur. Fem. ܚܘ vel ܚܝ: unde ܩܪܝܘܢ *evenerunt mihi* Levit. X, 19. ܙܩܦܘܢ *caſtigarunt me* Pſal. XVI, 8. (fluctuante vocalis loco) ܐܫܟܚܘ *invenerunt eum* Luc. XXIV, 3. ܫܒܩܘ Luc. XXIII, 55. ܐܥܒܘ Geneſ. XIX, 35. ܥܒܕܘ ܘܐܙܕܡܢܘ *fecerunt me, et pararunt me*, Pſal. CXIX, 73. in Aph. ܐܬܬܡܗ *obſtupefecerunt nos* Luc. XXIV, 22.

h) 2. Plur. Maſc. ܩܛܠܬܘܢ *interfeciſtis*: unde in Peal ܒܩܪܬܘܢ *viſitaſtis me* Matth. XXV, 35. ܐܚܒܬܘܢ *amaviſtis me* Joh. XVII, 27. ܐܬܚܙܬܘܢ *comprehendiſtis me* Marc. XIV, 49. ܐܫܟܚܬܘܢ *inveniſtis eum* Matth. II, 8. ܥܒܕܬܘܢ *feciſtis illud* c. XXI, 13. In Pael, ܟܢܫܬܘܢ *congregaſtis me*, et ܐܠܒܫܬܘܢ *veſtiviſtis me*; it. in Aph. ܐܫܩܝܬܘܢ *bibendum dediſtis mihi*, c. XXV, 35. Primae perſ. plur. ܐܣܩܢܐ ܘܐܬܝܢܐ *aſcendere nos feciſtis et duxiſtis nos*. Num. XXI 5. — — Poſt fem. ܟ exemplum ſuffixi habe, ܫܒܩܬܝ *reliquiſtis eum*, Exod. II, 20.

i) 1. Plur. ܩܛܠ vel ܩܛܠܢ *interfecimus*:

ܩܛܠܟ *te* F. ܩܛܠܟܝ *te* M. ܩܛܠܟܝ *vos* F. ܩܛܠܟܘ *vos* M. *interfecimus te* M.

ܩܛܠܝ *eas*. ܩܛܠܝ *eos*. ܩܛܠܢ *eam*. ܩܛܠܗ *eum*.

Exem-

Exempla: ܩܛܠܢܟ *laesimus te* Mal. III, 8. ܫܡܥܢܗ *audivimus illum* Marc. XIV, 58. ܫܒܩܢܗ *reliquimus eam* Act. XXI, 3. ܝܗܒܢܗ *dedimus eam* Deut. XXIX, 8. ܚܙܝܢܟ *vidimus te*, ܐܟܠܢܟ *cibavimus te*, ܐܫܩܝܢܟ *bibendum dedimus tibi*, ܩܒܠܢܟ *excepimus te*, ܠܒܫܢܟ *vestivimus te* Matth. XXV, 37. 38. ܒܪܟܢܟܘܢ *benedximus vobis* Ps. CXVIII, 26.

§. LXXXII.

2) *Suffixa infinitivorum.*

a) in *Peal*, ܩܛܠ *interficere*,

ܩܛܠܢ *nos* C. ܩܛܠܢܝ *me* C.

ܩܛܠܟܝܢ *vos* F. ܩܛܠܟܘܢ *vos* M. ܩܛܠܟ *te* F. ܩܛܠܟ *te* M.

ܩܛܠܗܝܢ *eas*. ܩܛܠܗܘܢ *eos*. ܩܛܠܗ *eam*. ܩܛܠܗ *eum*.

Exempla: ܩܒܪܢܝ *sepelire me* Matth. XXVI, 12. ܩܛܠܢܝ *interficere me* Joh. VII, 19. ܩܛܠܟ *interficere te* v. 20. ܪܓܡܘܟ *lapidibus obruere te* c. XI, 8. ܐܚܕܗ *adprehendere eum* c. VII, 30.

At in Verbis 3. rad. ו, ܣܢܐ *odisse*

ܣܢܐܢ *nos* C. ܣܢܐܢܝ *me* C.

ܣܢܐܟܝܢ *vos* F. ܣܢܐܟܘܢ *vos* M. ܣܢܐܟ *te* F. ܣܢܐ *te* M.

ܣܢܐܗܝܢ *eas*. ܣܢܐܗܘܢ *eos*. ܣܢܐܗ *eam*. ܣܢܐ *eum*.

Exempla: ܚܙܝܢܝ *videre me*, ܚܙܝ *videre te* Luc. VIII, 20. ܒܥܝܗ *quaerere eum* Matth. II, 13. ܣܢܐܬܟܘܢ *odisse vos* Joh. VII, 7.

b) In reliquis Conjugationibus, terminatio ô ante Suffixa mutatur in ـوْ, excepto Suffixo 3. perſ. pluralis, ut:

ـفُـطُـلْـه *accipere.*

ـفُـطُـلْـوْـلـه *nos* C. ـفُـطُـلْـوْـلـه *me* C.

ـفُـطُـلْـوْـلـوْـه *vos* M. ـفُـطُـلْـوْـلـوْـه *te* F. ـفُـطُـلْـوْـلـه *te* M. ـفُـطُـلْـوْـلـوْـه *vos* F.

ـفُـطُـلْـه إِـنْـه *eos.* ـفُـطُـلْـوْـلـه *eam.* ـفُـطُـلْـوْـه *eum.* ـفُـطُـلْـه إِـنْـه *eas.*

Exempla: ـزُـكْـوْـلـه *purificare me* Matth. VIII, 2. ـفُـطُـلْـوْـه *accipere eum* Joh. XIV, 17. ـفُـشُـوْـه *explicare illud* Hebr. V, 11. ـهُـلْـوْـه *perdere nos* Marc. I, 24. ـدِـنْـوْـلـوْـه *condemnare vos* Col. II, 18. ـقْـلْـه إِـنْـه *adducere illos* Joh. X, 16.

§. LXXXIII.

3) *Suffixa imperativorum.*

a) Singularis Maſc. ut ـقْـتْـلْـه *interfice.*

ـقْـتْـلْـوْـلـه *nos* C. ـقْـتْـلْـوْـلـه *me* C.

ـقْـتْـلْـه إِـنْـه *eas.* ـقْـتْـلْـه إِـنْـه *eos.* ـقْـتْـلْـوْـه *eam.* ـقْـتْـلْـوْـه *eum.*

Exempla in Peal: ـصْـفْـلْـه *eripe me* Matth. XIV, 30. ـدْـكْـلْـه *vindica me* Luc. XVIII, 3. ـصْـلْـوْـه *crucifige eum* Joh. XIX, 6. ـعْـبْـوْـه *fac illud* Ex. XXVI, 31. ـقْـطْـعْـه *abſcinde eam* Matth. XVIII, 8. Marc. IX, 43. 45. Joh. XII, 7. ـصْـفْـلْـه *libera nos* Luc. XI, 4. ـمْـكْـه إِـنْـه *obduc eos*

Ex.

Ex. XXV, 28. et in imperfectis, ܐܶܬܟܽܘܢܶܗ *comede illud* Apoc. X, 9. ܢܶܓܪܢܝ *trahe me*, et ܐܶܥܠܢܝ *introduc me* Cant. I, 4. ܫܰܝܡܽܘܗܝ *pone me* Cant. VIII, 6. ܫܰܝܡܶܗ *pone eum* Num. XXI, 8. ܫܰܝܡܶܐ *pone eam* Ex. XXX, 18. ܚܰܨܽܘܗ *frange eum*, a ܚܨ pro ܚܙܐ Lev. VI, 21. ܢܛܪ ܐܢܘܢ *ſerva eos* Joh. XVII, 11.

In Ethpeel: ܐܶܬܕܟܪ *recordare mei* Luc. XXIII, 42. In Pael: ܦܰܨܢܢܝ *libera me* Pſ. XXXI, 2. ܥܰܕܪܢܝ *juva me* Matth. XV, 25. ܩܰܕܫܶܗ *ſanctifica illum* Ex. XL, 10. ܩܰܕܫܶܐ *ſanctifica illos* Ex. XL, 13. In Aphel: ܐܰܫܡܥܢܝ *audire me fac* F. Cant. II, 14. ܐܰܟܠܶܗ *ciba eum* Rom. XII, 20. ܐܰܣܩܶܗ *adſcendere fac eum* Ex. XXXIII, 12. ܐܰܟܚܶܗ *argue eum* Matth. XVIII, 15. ܐܰܦܩܶܐ *ejice eam* Gal. IV, 20.

At *Verba* 3. *rad.* ו ſequuntur hunc typum, in Peal:

ܚܙܶ *quaere.*

ܚܙܶܢ *nos* C. ܚܙܶܢܝ *me* C.

ܚܙܶܝܗ *eas.* ܚܙܶܘܢ *eos.* ܚܙܶܗ *eam.* ܚܙܶܗ *eum.*

Exempla: ܡܚܶܢܝ *dele me* Ex. 32, 33. ܢܨܶܐ ܘܫܰܕܶܐ *erue eam, et abſcinde eam* Matth. 5, 29. ܥܢܶܢ *reſponde nobis* 1 Reg. 18, 26. ܫܰܕܶܘܢ *dimitte eos* Marc. 6, 36.

In Pael et Aphel ita:

ܦܨܶ *eripe*

ܦܨܶܢ *nos* C. ܦܨܶܢܝ *me* C.

ܦܨܶܝܗ *eas.* ܦܨܶܘܢ *eos.* ܦܨܶܗ *eam.* ܦܨܶܗ *eum.*

Exem-

Exempla: ܗܒ ܠܝ *oſtende mihi* Ex. 33, 18. ܚܘܝ ܠܢ *oſtende nobis* Joh. 14, 8. Et in Aph. ܐܝܬܝ ܠܗ *adduc eum* Matth. 17, 17. ܐܚܝܢ ܠܝ *vivifica me* Pſ. 119, 25. ܐܚܘ ܐܝܬܝ *lava eos* Ex. 40, 12.

b) *Sing. Fem.* ut ܩܛܠܝ *interfice.*

ܩܛܠܢ *nos* C. ܩܛܠܢܝ *me* C.

ܩܛܠܗ *eas.* ܩܛܠܝܢ *eos.* ܩܛܠܬܗ *eam.* ܩܛܠܬܘ *eum.*

Exemplum in Pael, ܡܗܝܢ ܠܝ *crede mihi* Joh. 4, 21.

Et in Verbis 3. rad. ו, ut ܒܥ *quaere.*

ܒܥܝܢ *nos* C. ܒܥܝܢܝ *me* C.

ܒܥܐ *eas.* ܒܥܝܢ *eos.* ܒܥܝܗ *eam.* ܒܥܘ *eum.*

Exempla: in Pael, ܡܠܐ ܠܝ *oſtende mihi* Cant. 2, 14. et in Aphel, ܐܝܬܝ ܠܗ *adduc eum* 2 Sam. 14, 10. ܐܫܩܝ ܠܝ *bibendum da mihi* Geneſ. 24, 17.

c) Plur. Maſc. ut ܩܛܠܘ *interficite*,

ܩܛܠܝ *nos* C. ܩܛܠܘܢܝ *me* C.

ܩܛܠܘ *eas.* ܩܛܠܘܢ *eos.* ܩܛܠܘܗ *eam.* ܩܛܠܘܗܝ *eum.*

Exempla: ܫܩܠܘܢܝ *tollite me* Jon. 1, 12. ܙܩܦܘܗܝ *crucifigite eum* Joh. 19, 6. ܣܒܘܗܝ *capite eum*, ab abſoluto ܣܒܘ Marc. 14, 44. ܫܠܡܘ *retribuite ei* Apoc. 18, 6. tranſpoſito *Etzotzo* ante incrementum finale. Quam flexionem imitantur et illa Verba, quae in Imperativo abſoluto *Pethocho* habent; ut a ܫܡܥ *audite*, fit ܫܡܥܘܢܝ *audite me* Gen. 23, 8. a ܩܘܡ *ſumite*, ܩܘܡܘܗܝ *ſumite eum*

Joh.

Joh. XVIII, 31. et ab ܐܡܪ *dicite*, ܐܡܪܘܗܝ *dicite illud* Matth. X, 27. Aliud eſt, ubi 1. rad. in Imperativo deficit: ut ab ܗܒ *date*, ex ܝܗܒ *dedit*, dicitur ܗܒܘܗܝ *date illum* 2 Sam. XX, 21. ܗܒܗ *date illam* Gen. XXXIV, 8. pro quo tamen et ܗܒ legitur Matth. XXV, 28. Aliquando interponitur *Nun* epenthet. ut ܡܫܡܫܢܝ pro ܡܫܡܫܝ *contrectate me* Luc. XXIV, 39. ܐܡܪܢܘܗܝ *capite eum* Pſ. II, 11. In Pael et Aphel ܐܦܩܘܗܝ *ejicite eum* Matth. XXV, 30. ܐܝܬܝܘܗܝ *adducite eum* Marc. XIV, 44. ܐܡܪܘ ܠܗܘܢ *baptizate eos* Matth. XXVIII, 19. ܐܠܦܘ ܠܗܘܢ *docete eos* v. 20. ܡܫܚܘܗ *intingite eam*.

At in Verbis 3. rad. *Olaph*, a ܒܥܐ *quaerite* fit

ܒܥܝܢ *nos* C. ܒܥܐܢܝ *me* C.

ܒܥܐ ܠܗܘܢ *eas*. ܒܥܘ ܠܗܘܢ *eos*. ܒܥܝܗ *eam*. ܒܥܘܗܝ *eum*.

Exempla: ܒܥܐܢܝ *quaerite me* Eſa. XLVI, 19. ܫܪܝܘܗܝ *ſolvite eum* Joh. XI, 44. ܚܙܘܗܝ *videte eum* Hebr. III, 1. ܒܥܝܗ *exquirite eam*. In Pael et Aphel: ܚܘܝܢܝ *indicate mihi* Matth. II, 8. ܐܝܬܝܘܗܝ *adducite eum* Marc. XI, 2.

d) Plur. Fem. ut ܩܛܠܢ *interficite*.

— *nos* C. ܩܛܠܢܝ *me* C.

ܩܛܠ ܠܗܝܢ *eas*. ܩܛܠ ܠܗܘܢ *eos*. — *eam*. ܩܛܠܘܗܝ *eum*.

Exempla: ܫܡܥܢܝ *auſcultate me* Eſa. LI, 4. et in Pael, a ܫܒܚ *laudate*, ܫܒܚܘܗܝ *laudate eum* Rom. XV, 11. At ex verbis tertiae rad. Olaph exemplum nota Exod. II, 20. ܩܪܝܘܗܝ *vocate illum*.

§. LXXXIV.

4) *Suffixa Futurorum.*

a) Sing. et Pl. 1. perſ. et Sing. Maſc. 2. nec non Maſc. et Fem. 3. perſ. ܢܩܛܠ *interficiam*, ܢܩܛܠ *interficiet* et *interficiemus*, ܬܩܛܠ *interficies*.

ܢܩܛܠ *interficiet.*

ܢܩܛܠ *nos* C. (*) ܢܩܛܠ *me* C.

ܢܩܛܠ *vos* F. ܢܩܛܠ *vos* M. ܢܩܛܠ *te* F. ܢܩܛܠ *te* M.

ܢܩܛܠ *eas.* ܢܩܛܠ *eos.* ܢܩܛܠ *eam* ܢܩܛܠ *eum.*

Exempla: In Peal, ܢܥܒܪ *praetereat me* Matth. XXVI, 39. ܢܐܟܠ *comedet me* Joh. VI, 57. ܢܬܒ *rependet tibi* Matth. VI, 18. ܢܪܚܡ *amabit eum* Marc. XII, 33. Joh. XIV, 23. ܢܫܟܚ *inveniet eam* Matth. X, 39. ܢܚܠ *haeredites nos* Ex. XXXIV, 9. ܢܫܠܡ *perficiet vos* Hebr. XIII, 21. ܢܚܛܦ *rapiet eos* Joh. X, 28. Et in defectivis: ܐܝܕܥ *agnoſcam te* Exod. XXXIII, 13. 17. ܐܫܝܡ *ponam te* v. 22. ܐܝܕܝܢ *judicabo te* Luc. XIX, 22. ܐܝܕܝܢ *judicabo eum* Joh. III, 17. ܢܩܪܝ *ut vocarent illum* Marc. III, 31. ܢܬܐܒ *concupiſcet eam* Matth. V, 28. ܐܫܝܡ *ponam eam* Joh. X, 18. ܐܫܩܠ *ſumam eam* v. 17. ܢܫܬܡܫ *ſerves eos* Joh. XVII, 15.

Sic

(*) Scribitur tamen et aliquando ܢܕ inſerto Jud, ut Pſ. XVIII, 36. ubi noſtrum non eſt, grammaticorum et librariorum lites componere, ſed enotare.

Sic in Pael: ـتـهـكـفـ *ceſſare faciet eam* Hebr. IX, 26. ـتـهـدـزـ *condemnabit* F. *eam* Matth. XII, 42. Et in Aphel: ـتـهـدـحـ *amabit eum* Luc. VII, 42. ـتـكـسـ *profanabit eam* Ex. XXXI, 14. ـتـبـدـ *perdet eam* Matth. X, 39. ـهـفـزـ *adſcendere facias nos* Exod. XXXIII, 15. ـفـبـدـأ *perdam vos* M. v. 3. et ـنـبـدـأ *perdam vos* F. Zeph. II, 5.

Nota: Pro ـهـ ſcribitur et ـفـ; ut ـهـفـزـ *vinciet eum* Matth. XII, 29. ـهـكـفـ *interficiet eum* c. XXI, 38. ـهـكـفـ *tradet eum* c. XXVI, 16. quin et ـتـ, ut ـتـهـدـ *inveniet eum* c. XVIII, 13. Item pro ـكـ aliquando eſt ـخـ; ut ـكـزـ *ingredi facias nos* c. VI, 13. at ـكـزـ idem Luc. XI, 4. ـتـزـ *moleſtes me* Luc. XI, 7.

At in Verbis 3. rad. *Olaph*, a ـبـدـ *aedificabit* fit

ـنـبـدـ *nos* C. ـبـدـ *me* C.

ـكـبـدـ *vos* F. ـفـبـدـ *vos* M. ـبـدـ *te* F. ـبـدـ *te* M.

ـهـبـدـ *eas*. ـفـبـدـ *eos*. ـتـبـدـ *eam*. ـهـبـدـ *eum*.

Exempla: ـنـبـدـ *invocabit me* Pſ. LXXXIX, 26. ـبـزـ *dimittam te* Joh. XIX, 10. ـهـبـدـ *paſcet eum* Matth. II, 6. ـتـبـدـأ *aedificabo eam* c. XVI, 18. (at ـتـزـ pro ـتـزـ *dimittet eam* c. XIX, 7.) Sic in Pael: ـهـفـأ *ſanabo eum* c. VIII, 7. ـتـأ *aſſimilabo eam* c. XI, 16. ـنـدـ *purificabit nos* Tit. II, 14. Quomodo et quadrilittera in Praeterito per ـ terminata: ut

a ـعِـ fit ـعِـ *publicabit eam* c. I, 19. Item in Aphel: ـعِـ *projiciet me* Joh. V, 7.

b) Sing. Fem. 2. perſonae, quorum exempla nulla habemus.

c) Plur. Maſc. 2. et 3. perſonae, ـكُـ *interficietis* et ـكُـ *interficient.*

ـكُـنَـ *nos* C. ـكُـنـ *interficient me* C.
ـكُـنـكُـ *vos* M. ـكُـنـ *te* F. ـكُـنَـ *te* M. ـكُـنـكِـ *vos* F.

ـكُـ *eos.* ـكُـنـهَ *eam.* ـكُـنـهِ *eum.* ـكُـ *eas.*

Exempla: ـعِـنـ *capietis me* Matth. XXVI, 55. ـكُـنـ *quaeretis me* Joh. VII, 36. ـعِـنـ *venietis me*, ibid. ـعِـنـ *cingent te*, ـكُـنـ *adfligent te*, et ـعِـنـ *deſtruent te*, Luc. XIX, 43. ـعِـنـهِ *manifeſtabunt eum* Matth. XII, 15. ـعِـنـهِ *rogabitis eum* c. VI, 8. ـعِـنـهِ *videbitis eum* c. XXVI, 64. (reperitur tamen et ſine Jud, ـعِـنـ Joh. VIII, 28.) ـعِـنـهَ *facietis illam* Matth. VI, 1. ـعِـنـ *perſequemini eos* Matth. XXIII, 34. ـعِـ *praedabuntur eas*, et ـعِـنـ *haereditabunt eas* Zeph. II, 9. ـعِـنـ Marc. VI, 11. Sic in Pael, ـعِـنـ *lacerabunt vos* Matth. VII, 6. ـعِـنـهَ *condemnabunt eam* c. XII, 41. et in Aphel, ـعِـنـهِ *perdent eum* v. 14. ـعِـنـ *tradent vos* c. XXIV, 9.

d) Plur.

d) Plur. Fem. 2. et 3. perſ. ut תְּסַנְּדָה *ſtabilient eam*, et תְּסַנְּדָהּ *collocabunt eam*, Zach. VI, 11.

§. LXXXV.

5) *Suffixa participiorum.*

Suffixa Participiorum rariora ſunt: et vero a Suffixis Nominum vix differunt. Vide שְׂנָאַי *odio proſequentes me* Ex. XX, 5. Pſ. IX, 14. יְדֻעִים *noſcentes eum* Act. XXIV, 23.

§. LXXXVI.

6) *Suffixa nominum.*

Quod ad *Suffixa Nominum*, ſunt ea vel *Maſculinorum*, vel *Femininorum*: et tum haec tum illa vel *analoga* et *regularia*, vel *ſpecialia* et *anomala*. Dicuntur autem *Singularia*, quae Nomini Singulari; *Pluralia* vero, quae Plurali Nomini ſubjiciuntur. De quibus nota ſequentes regulas.

a) Ante Suffixa Nomen ipſum concipe in ſtatu emphatico, et loco terminationis emphaticae א pone Suffixa.

b) Si contingat, Nomen ipſum Singulare ante Suffixa nullam omnino habere vocalem, primae Nominis litterae ſubjiciatur *Revotzo*; ut a בְּרָ *filius*, fit emphaticum בְּרָא, hinc vero cum Suffixis ſingularibus 1. perſ. Sing. nec non 2. et 3. perſ. Plur. fit בְּרַ pro בַּר *filius meus*

meus Marc. II, 5. ـڤـ et ـڤـ *filius veſter* M. et F. Joh. IX, 19. ـڤـ *filius illorum*, ـڤـ *filius illarum*. Sic ـڤـ *nomen meum* Gen. XLVIII, 16. ـڤـ *ſanguis meus* Joh. VI, 54. 55. ـڤـ *nomen illorum* Gen. V, 2. ـڤـ *ſanguis illarum* Hebr. XIII, 11.

c) Si contingat, ante Suffixa concurrere tres, in Femininis vero ut plurimum poſt *Zekopho* et *Etzotzo*, duas conſonas deſtitutas vocali; his efferendis adſume vocalem *Pethocho*: ut a M. ـڤـ *onus*, ـڤـ *onus meum* Matth. XI, 30. a ـڤـ *cubile*, ـڤـ *cubile meum* Job. VII, 13. Dan. IV, 10. 13. a ـڤـ *ſanctuarium*, ـڤـ *ſanctuarium illorum* 2 Par. 36, 17. ab ـڤـ *palatium*, ـڤـ *palatium meum* Dan. 4, 4. Sic a F. ـڤـ *amor*, ـڤـ *amor meus* Luc. 15, 9. a ـڤـ *equitium*, ـڤـ *equitium meum* Cant. I, 8. ـڤـ *cibus meus* Joh. IV, 34. ـڤـ *hora mea* Joh. II, 4. ـڤـ *hora veſtra* Luc. 22, 53. Sic ـڤـ *verbum* (quia *Lomad* implicite geminat ad inſtar Hebr. מִלָּה) facit ـڤـ *verbum meum* Matth. 13, 23. ـڤـ *uxor mea* Jud. 15, 1. et ـڤـ *laborem veſtrum* Eſa. 55, 2. Et ـڤـ *gaudium* (quia eſt pro ـڤـ) ante Suffixa ـڤـ, ـڤـ, ـڤـ, facit itidem ـڤـ *gaudium meum*, et ـڤـ *gaudium veſtrum*, Joh. 15, 11. ـڤـ *gaudium illorum* Luc. 24, 41. Reperio tamen ſine Petocho Pſ. 16, 2. ـڤـ *bonum meum* Geneſ. 23, 5. 8. 13. ـڤـ *mortuam meam*,

meam, Matth. 4, 34. ܒܪܝܬܝ *cibus meus*. Magna in vocalibus ponendis et omittendis libertas.

d) Nomina Singularia Maſculina, quae ſtatum emphaticum per ـܐ terminant, Suffixum 1. perſ. Sing. formant ـܝ (excepto ܚܢܢܐ, quod habet ـ), 2. et 3. plur. ـܟܘܢ, ـܟܝܢ, ـܗܘܢ, ـܗܝܢ: ut ܒܪܐ, emph. ܒܪܗ, ܒܪܝ *puer meus* Matth. 8, 6. 8. ܚܢܢܐ, emph. ܚܢܢܗ *ſolium*, ܚܢܢܝ *ſolium meum* Act. 7, 49. ܟܐܣܐ *potus*, ܟܐܣܟܘܢ *potus veſter*, et ܟܐܣܗܘܢ *potus illorum*, Dan. 1, 10. 16. ܪܘܓܙܐ *fuga*, ܪܘܓܙܟܘܢ *fuga veſtra* Matth. 24, 20. Marc. 13, 18.

e) Nomina numeralia cardinalia a III. usque ad X. licet ſint Singularis Numeri, tamen Suffixa adſciſcunt Pluralia: ut ܬܠܬܗܘܢ *tres illi* 1 Joh. 5, 7. 8. ܐܪܒܥܗܘܢ *quatuor illi* Dan. 1, 7. Apoc. 4, 8. ܐܪܒܥܗ *quatuor illae* Apoc. 6, 6. ܫܒܥܗ *ſeptem iſti* Matth. 22, 26.

§. LXXXVII.

7) *Suffixa maſculinorum.*

Suffixa analoga Nominum Maſculinorum.

a) ܡܠܟ, emph. ܡܠܟܐ *rex*.

ܡܠܟܝ *reges mei* C. ܡܠܟܝ *meus* C.

ܡܠܟܟ *tui* F. ܡܠܟܟ *tui* M. ܡܠܟܟ *tuus* F. ܡܠܟ *tuus* M.

ܡܠܟܗ *illius* F. ܡܠܟܗ *illius* M. ܡܠܟܗ *illius* F. ܡܠܟ *illius* M.

ܡܠܟ

ܟܬܝ *noſtri* C. ܟܬ *noſter* C.

ܟܬܝܗ *veſtri* F. ܟܬܝܟ *veſtri* M. ܟܬܗ *veſter* F. ܟܬܟ *veſter* M.

ܟܬܝܗܘܢ *illa-rum.* ܟܬܝܗܘ *illo-rum.* ܟܬܗܘܢ *illa-rum.* ܟܬܗܘ *illo-rum.*

b) ܝ, emph. ܝܐ *Filius.* c) ܥܡ, emph. ܥܡܐ *cubile.*

ܝ *meus* C. ܥܡ *meum* C.

ܬ *tuus* F. ܟ *tuus* M. ܬ *tuum* F. ܟ *tuum* M.

ܗ *illius* F. ܗ *illius* M. ܗ *illius* F. ܗ *illius* M.

ܢ *noſter* C. ܥܡܢ *noſtrum* C.

ܟܝ *veſter* F. ܟ *veſter* M. ܟ *veſtrum* F. ܟ *veſtrum* M.

ܟܝܗܘܢ *illa-rum.* ܟܗܘ *illo-rum.* ܟ *illa-rum.* ܟ *illo-rum.*

Pluralia Suffixa ſub b) et c) cum illis ſub a) coincidunt: dummodo obſervaveris, ܝ in Pl. habere ܝ, emph. ܝܢ.

d) ܫܬܐ *potus:*

ܫܬ *mei* cet. ܫܬ *meus* C.

ܫܬ *tuus* F. ܫܬ *tuus* M.

ܫܬ *illius* F. ܫܬ *illius* M.

ܫܬ *noſter* C.

ܫܬ *veſter* F. ܫܬ *veſter* M.

ܫܬ *illarum.* ܫܬ *illorum.*

§. LXXXVIII.

§. LXXXVIII.

Suffixa femininorum.

Suffixa analoga Nominum Femininorum.

a) ܒܬܐ, emph. ܒܬܬܐ *virgo:*

ܒܬܬܝ *meae* C.		ܒܬܬܝ *mea* C.	
ܒܬܬܟ *tuae* F.	ܒܬܬܟ *tuae* M.	ܒܬܬܟ *tua* F.	ܒܬܬܟ *tua* M.
ܒܬܬܗ *illius* F.	ܒܬܬܗ *illius* M.	ܒܬܬܗ *illius* F.	ܒܬܬܗ *illius* M.
ܒܬܬܢ *noſtrae* C.		ܒܬܬܢ *noſtra* C.	
ܒܬܬܟܝ *veſtrae.*	ܒܬܬܟܝ *veſtrae.*	ܒܬܬܟܝ *veſtra.*	ܒܬܬܟܝ *veſtra.*
ܒܬܬܗܘ *illarum.*	ܒܬܬܗܘ *illorum.*	ܒܬܬܗܘ *illarum.*	ܒܬܬܗܘ *illorum.*

b) ܒܪܬܐ *filia*, ante Suffixum ـ *Pethocho* ſuum a prima ad ſequentem litteram transfert, ut ܒܪܬܝ *filia mea* Marc. 5, 23. aſt in reliquis ſervat, ut ܒܪܬܟ *filia tua* c. 5, 35. ܒܪܬܟܝ *filia veſtra* Gen. 34, 8.

§. LXXXIX.

Nomina ſpecialia cum ſuffixis.

Tria haec Nomina, ܐܒܐ *pater*, ܐܚܐ *frater*, ܚܡܐ *ſocer*, ante Suffixa Singularia (excepto Suffixo 1. perſ.

Sing. ante quod e contrario *Olaph* loco *Pethocho* adſumit *Zekopho*) adſciſcit ◌ֹ : ut אָבוֹ *pater*

אֲבוֹנוֹ *noſter* C. אָבִי *meus* C.

אֲבוֹכֶם *veſter* F. אֲבוֹכֶן *veſter* M. אָבוֹךְ *tuus* F. אָבוֹךָ *tuus* M.

אֲבוֹהֶם *illarum*. אֲבוֹהֶן *illorum*. אָבוֹהָ *illius*. אָבוֹהִי *illius*.

Sic אָחִי *frater meus* Luc. 6, 42. אָחִיךָ *frater tuus* Matth. 5, 23. חֹתְנֵךְ *ſocer tuus* F. Gen. 38, 13. אָחִיהָ *frater illius* M. Matth. 4, 18. חֹתְנָהּ *ſocer illius* M. Joh. 18, 13. חֹתְנָהּ idem F. Gen. 38, 25. cet.

Nominis מַיִם *aquae*, haec exempla do cum ſuffixis poſiti, quae pater meus obſervaverat, grammaticaeque adſcripſerat

F.	C.	M.
	מֵימָי 1 Sam. 25, 11.	
		מֵימֵי Num. 20, 19.
מֵימֶיהָ Num. 20, 8.	— — —	מֵימֶיהָ Jeſ. 33, 16.
	מֵימַי Thren. 5, 4.	
		מֵימֶיהָ Num. 23, 25.
		מֵימֶיהָ Exod. 7, 19.
		מֵימֶיהָ Ezech. 12, 19.

§. XC.

Suffixa Particularum.

Suffixa Particularum ſunt vel *Singularia*; ut a) poſt ב *in*, et ל notam *Dativi*:

בִּי

ـــــ *in nobis* C. ـــــ *in me* C.

ـــــ *in vobis* F. ـــــ *in vobis* M. ـــــ *in te* F. ـــــ *in te* M.

ـــــ *in illis*. ـــــ *in illis*. ـــــ *in illa*. ـــــ *in illo*.

b) ـــــ *ad*, et ـــــ *a, ex*,

ـــــ *ad nos* C. ـــــ *ad me* C.

ـــــ *vos* F. ـــــ *vos* M. ـــــ *te* F. ـــــ *te* M.

ـــــ *illas*. ـــــ *illos*. ـــــ *eam*. ـــــ *eum*.

c) ـــــ *poſt*,

ـــــ *nos* C. ـــــ *poſt me* C.

ـــــ *vos* F. ـــــ *vos* M. ـــــ *te* F. ـــــ *te* M.

ـــــ *illas*. ـــــ *illos*. ـــــ *illam*. ـــــ *illum*.

Sic ـــــ *poſt*,

ـــــ *nos* C. ـــــ *poſt me* C.

ـــــ *vos* F. ـــــ *vos* M. ـــــ *te* F. ـــــ *te* M.

ـــــ *illas*. ـــــ *illos*. ـــــ *illam*. ـــــ *illum*.

d) ـــــ *contra*, quod, ubi *Pethocho* ob incrementum ſyllabicum finale abjicitur, *Vau* cum ipſius vocali transponit, non vero, ubi *Pethocho* manet.

ـــــ *nos* C. ـــــ *contra me* C.

ـــــ *vos* F. ـــــ *vos* M. ـــــ *te* F. ـــــ *te* M.

ـــــ *illas*. ـــــ *illos*. ـــــ *eam*. ـــــ *eum*.

Exempla vide Matth. 12, 30. Joh. 12, 18. Rom. 8, 31. Marc. 9, 40. Eſa. 57, 12.

Vel ſunt *Pluralia Maſculinorum*; ܥܠܘܗܝ *ſeorſim*, *ſolus*, ܒܠܚܘܕ *ſine*, ܒܩܪܒ ſeu ܒܩܪܒܬ *circa*, ܠܡܢ *pro*, ܥܠ *ſuper*, ܥܡ vel ܥܡ *verſus*, ܩܕܡ *ante*, ܒܬܪ pro ܬܚܘܬ *ſub*. Ut

ܥܠܝ *ſuper me* C. ܩܕܡܝ *ante me* C.

ܥܠܟ *te* F. ܥܠܟ *te* M. ܩܕܡܟ *te* F. ܩܕܡܟ *te* M.

ܥܠܗ *illam*. ܥܠܘ *illum*. ܩܕܡܗ *eam*. ܩܕܡܘ *eum*.

ܥܠܢ *nos* C. ܩܕܡܢ *nos* C.

ܥܠܟܝ *vos* F. ܥܠܟܘ *vos* M. ܩܕܡܟܝ *vos* F. ܩܕܡܟܘ *vos* M.

ܥܠܗܝ *illas*. ܥܠܗܘ *illos*. ܩܕܡܗܝ *illas*. ܩܕܡܗܘ *illos*.

Exempla vide Joh. 8, 16. 29. Matth. 4, 10. Marc. 9, 2. Luc. 24, 18. Marc. 1, 30. Joh. 13, 29. Actor. 25, 11. 2 Tim. 3, 9. In Polyglottis habetur quidem Joh. 8, 9. ܥܠܬܗ *ſola*, ſed mendoſe pro ܥܠܬܐ, uti rectius Joh. 12, 24.

Vel ſunt *Pluralia Femininorum*, nempe poſt ܡܛܠ *propter*:

ܡܛܠܢ *nos* C. ܡܛܠܝ *propter me* C.

ܡܛܠܟܝ *vos* F. ܡܛܠܟܘ *vos* M. ܡܛܠܟ *te* F. ܡܛܠܟ *te* M.

ܡܛܠܗܝ *illas*. ܡܛܠܗܘ *illos*. ܡܛܠܗ *illam*. ܡܛܠܗ *illum*.

At ܒܝܢ et ܒܝܬ *inter*, utriusque Generis Suffixa Pluralia regit; maſculina, ut ܒܝܢܝ *inter me* Gal. 2, 2. ܒܝܢܟ *inter te* Matth. 18, 15. ܒܝܢܢ *inter nos* Luc. 16, 26. et feminina, ut ܒܝܬܟܝ *inter vos* Joh. 1, 26. ܒܝܬܗܘ *inter illos* c. 8, 59.

§. XCI.

§. XCI.

Reliqua pronomina.

ܗܵܕ *hae* ܗܵܠ *hi* ܗܵ } *haec* ܗܵܢ *hic.*
ܗܸܠ *hi*, et, *hae.* ܗܹ }

Cum ſequentibus perſonalibus ܐ et ܗ loco verbi ſubſtantivi poſitis, ܗܵܢ et ܗܵ coaleſcunt, ܗܵܕ, *hic eſt*, ܗ ܗܵ *haec eſt*. Vide §. 23. p. 60. et Luc. 22, 53. Joh. 2, 11. 1 Joh. 5, 4. Apoc. 20, 3.

Aliquando et cum ܐ et ܗ componitur ad fortius demonſtrandum *is ipſe*, *ea ipſa:* e. g. Matth. 5, 47. *nonne portitores* ܗܵ ܗ *id ipſum faciunt.*

Supereſt etiam, quamquam rarius, Chaldaicum ܐܠܝܢ *illi* vel *illae* (Hebr. אֵלֶּה) in conſtructione comparativa, ܐ ܗ ܐܠܝܢ *quae ſunt ut haec*, i. e. *talia*, 2 Petr. 3, 11.

Relativum in utroque genere et numero eſt; praefixum, ex Hebraico זֶה, ut mihi quidem videtur, ortum, relativamque ſignificationem ex demonſtrativa ita fere adeptum, ut noſtrum, *der*, *die*, *das*.

Componitur nonnunquam cum praecedente interrogativo, ܡܢ, ܡܐ, ܐܢܐ, ܐܝܟܢܐ quod propriam ſignificationem exſuens, adſciſcit relativam. Quin et Hebr. 5, 2. ܐܢܐ nullo ſequente, relative ponitur, ܐܢܐ ܕܡܫܟܚ, *et qui poſſit*, ſed vereor ut vera ſit lectio.

Alias quoque significationes ; praefixum habet, sed de quibus hic non est agendi locus.

Interrogativa sunt

1) *de persona*, ܡܢ utroque genere et numero, *quis? quae? qui? quae?* e. g. Matth. 11, 16. ܠܡܢܐ *cuinam?* Marc. 3, 33. ܡܢ ܐܡܐ ܘܡܢ ܐܢܘܢ ܐܚܝ *quaenam est mater mea? et quinam sunt fratres mei?* Saepe cum sequente ܐܢ *contrahitur*, ܡܢܐ, ut Matth. 3, 7. ܡܢܐ ܐܚܘܐ ܠܟܘܢ *quis (ille) vobis monstravit*, q. d. *quis est ille, qui vobis monstravit*, idque etiam fit, ubi de pluribus sermo, ut ܡܢܐ ܐܠܝܢ *quinam sunt?* Apoc. 7, 13. — — Cave autem cum ܡܢ interrogativo confundas ܡܢ superfluum et otiosum, centies centiesque in libris Syrorum recurrens, ex Graeco μὲν ortum, de quo vide Castelli et Schaafii lexicon.

Item de persona ponuntur, ܡܢܐ *quis?* et ܐܢܐ *quae?*

De transitu horum in relativa vixdum dictum,

2) de re, *quid?* ܡܐ, ܡܢ (*) (Hebraicum מָה femel Exod. 16, 15. obvium) indeque ܡܢܐ, ac rarius ܡܢ Judic. 13, 17. Nehem. 11, 24. — — Quod Luc. 8, 30. legitur, ܡܢ ܫܡܟ, *quis est nomen tuum?* aut vertendum, *quis es nomine tuo*, aut potius efferendum

(*) Vide de hoc ܡܢ, quibusdam etiam eruditis ignoto, Castelli et Schaafii lexicon.

dum, ܡܢ ܗܘ ܫܡܟ *quodnam eſt nomen tuum*, ut Exod. 3, 13. recte editum eſt, ܡܢ ܗܘ ܫܡܗ *quodnam eſt nomen ejus*: atque adeo ſuſpicor, ܡܢ, cum ܡܢ idem eſſe, et ܡܢ efferendum, ut in loco plane parallelo Jud. 13, 17. ܡܢ ܗܘ ܫܡܟ. Sic potuerit interrogativum *MON* plene et defective ſcribi.

3) de re et perſona promiſcue, ܐܝܢ *quinam?* et *quaenam?* genere etiam communi. 1 Theſſ. 4, 2. Hebr. 3, 17. 18. 5, 12.

Nova quodammodo pronomina Syri faciunt per ſuffixa, addita nominibus ܢܦܫܐ *animans*, *perſona*, et ܦܓܪܐ, quod Syrorum Arabumque lexicographi *ſubſtantiam*, *hypoſtaſin*, *perſonam*, ὑπόστασιν vertere ſolent, etymo plane latente. Hoc quidem modo circumſcribunt *reciproca*, et pronomen, *ipſe*, ut ܢܦܫܗ et ܦܓܪܗ *ſeſe*, Matth. 23, 12. *quisquis* ܕܡܪܝܡ ܢܦܫܗ *exaltaverit ſe*, *humiliabitur*, et *quisquis* ܕܡܬܟܢܟ ܢܦܫܗ *humiliaverit ſe*, *exaltabitur* Joh. 5, 43. ܒܫܡܗ ܢܦܫܗ *ſuo nomine* (ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι) Prov. 3, 5. *ne confide* ܠܐ ܬܬܟܠ ܒܒܝܢܬܟ *in tua ipſius ſapientia*, 7. *noli eſſe ſapiens* ܠܐ ܬܗܘܐ ܚܟܝܡ ܒܥܝܢܝܟ *in oculis tuis*, Luc. 11, 17. ܟܠ ܕܐܬܦܠܓ ܥܠ ܢܦܫܗ *contra ſe ipſum* (de hominibus) inque eodem verſu (de domo) ܟܠ ܒܝܬܐ ܕܐܬܦܠܓ ܥܠ ܢܦܫܗ *contra ſe ipſam*, Act. 21, 11. ligavit ܪܓܠܘܗܝ ܠܢܦܫܗ *pedes ſuos* Joh. 5, 26. *ut pater* vitam habet ܐܝܟ ܕܐܒܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕܘ ܒܢܦܫܗ *in ſe ipſo* Rom. 9, 3. ܐܢܐ ܢܦܫܝ *ego ipſe* 1 Theſſ. 4, 9. ܐܢܬܘܢ ܢܦܫܟܘܢ *vos ipſi*. Vide et Joh. 6, 53. Rom. 1, 27. 2 Cor. 12, 15.

Nec

Nec tamen in ſolis haec compoſitio uſitata reciprocis, ſed et ſimpliciter facit nova pronomina perſonalia ſeparata, caſuum obliquorum, *me*, *te*, *illum* &c. ut in chreſtom. p. 26. *femina*, *quae ex quo adoleverat*, ﻣﻦ ﻫﻮ ﺍﻳﻬﺎ ﻣﻨﻬﻮ *nemo viderat eam foris*, et p. 75. ﻫﻮ ﻣﻦ ﻫﻮ ﻣﻨﻬﻮ *denominarunt ſe ſecundum* ILLOS.

Caeterum et ſimplex ſuffixum reciproce poni poteſt, ut Matth. 14, 15. ﻣﻴﺘﻮ ﻟﻬﻮ, *ut emant ſibi.*

Sic et ex דִּי Chaldaico (in lingua enim Syriaca obſolevit, ſolo praefixo ? obtinente) praefixo Lomad, et ſuffixo nova faciunt pronomina poſſeſſiva, ﻟﻲ *qui mihi eſt*, i. e. *meus*, hoc typo

F.	C.	M.	F.	C.	M.	
	ﻟﻨ *noſter*			ﻟﻲ *meus*		1.
ﻟﻜﻦ	–	–	ﻟﻜﻮ	ﻟﻚ	*veſter*	2.
ﻟﻬﻦ	*ipſarum* / *ſuus*	ﻟﻬﻮ	ﻟﻬﺎ	ﻟﻪ	*ipſorum* / *ſuus*	3. *ejus*, / *ſuus*

His quidem poſſeſſivis ſeparatis maxime utuntur,

a) ubi ſuffixo poſt nomen poſito ſententia non ſatis exprimi poteſt, ut *tuum eſt regnum* Matth. 6, 13. ﻟﻚ ﻫﻲ ﻣﻠﻜﻮﺗﺎ – – Joh. 1, 11. *ad ſua venit* ﻟﻮﺗﻪ ﺍﺗﺎ, *et ſui* (οἱ ἴδιοι) *eum non receperunt* ﻟﻮ ﻗﺒﻠﻮﻫﻲ Joh. 10, 12. *nec ſui ſunt* ﻟﻴﻪ ﻟﻮ ﻫﻲ ﻟﻚ et v. 14. *novi meos, et agnoſcor a meis* ﺍﻳﻨﻲ ﻳﺪﻌﻨﻲ ﻟﻲ ﻭﻣﻴﺪﻌﻨﻲ ﻟﻲ.

b) ubi

b) ubi paulo fortius et emphatice accipiendum poſſeſſivum, et quidem ita, ut plerumque nomini ſuffixum jam habenti poſtponatur, ut Marc. 2, 18. ܬܠܡܝܕ̈ܝܟ ܕ̈ܝܠܟ *ſed tui diſcipuli*, Luc. 6, 42. ܒܥܝܢܟ ܕ̈ܝܠܟ *in tuo ipſius oculo* Joh. 4, 34. ܒܪܝܬܝ ܕ̈ܝܠܟ *cibus meus*. Vide et Joh. 5, 47. c. 7, 6. 8. c. 15, 21. Ponuntur tamen et promiſcue, maxime in ſeriore Syriasmo, ut chreſtom. p. 99. lin. 12. ܪܘܓܙܐ ܕ̈ܝܠܟ *ira mea*.

Frequentius etiam video uſurpari in Philoxeniana verſione, quam in antiqua, incertum, utrum ſeculi more, an quod omnes voces Graecas, in quibus emphaſes quaerebat, exprimere interpres ſtatuerat. Sic Apoc. 1, 5. λύσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, quae verba graeca nihil habent emphatici, redditur, ܕܫܪܐ ܠܢ ܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܒܕ̈ܡܗ ܕ̈ܝܠܗ, cum emphatica conſtructio Graeca Act. 20, 28. ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι ab antiquo interprete ſine ܕ̈ܝܠܗ vertatur, ܕܩܢܐ ܒܕ̈ܡܐ *quam emit ſuo ſanguine*.

Caeterum non ſolis poſſeſſivis formandis ܕ̈ܝ adhibetur, ſed et ſaepe proprie vertendum, *quod ejus eſt*, aliquando et ſuffixis ſubjungitur, ubi illa paulo fortius ſumenda, ut, in oppoſitionibus: 2 Cor. 1, 12. *ſincere verſati ſumus in mundo*, *maxime vero* ܒܝܢ ܕ̈ܝܠܟ *apud vos ipſos*: 5, 19. ܫܪܐ ܒܢ ܕ̈ܝܠܢ *poſuit in nobis*, *nobis inquam*, 1 Joh. 2, 2. ܠܐ ܒܥܠ̈ܡܢ ܕ̈ܝܠܢ ܐܠܐ ܐܦ ܠܟܠ ܥܠܡܐ *nec pro nobis ſolum, ſed et pro toto mundo*.

CAPUT X.
DE
PARTICULIS.

§. XCII.
De particulis generatim.

Particulas dicimus, *partes orationis, quae nec ſubjectum nec praedicatum eſſe poſſunt.* Multa in illis, originem ſi ſpectes, nomina et verba, quorum et haud raro formam ſervant, numerumque et flexionem ante ſuffixa: ſed particulae factae, nomina et verba eſſe deſierunt. Numerantur in illis,

1) *adverbia*, ܐܘܪܚܐ. Horum multa, ex nominibus et participiis ducta, ut ſtatus conſtructus femininorum, in ـܬ, ـܬܐ et ـܐ, definunt: ut ܐܚܪܝܬ *poſtremo*, ܩܕܡܝܬ vel ܩܕܡܝܐ *primum*, ܚܢܢܐ *gratis*, Act. 25, 11. (*) (quo et referes Pſ. 123, 3. ܚܝܢ ܒܠܥܝܢ q. d. *viventer* i. e. vivos *deglutiviſſent nos*) ܬܢܝܢ *iterum*, ܐܠܗܝܬ *divinitus*, ܫܦܝܪ *ſedulo*, ܒܝܫ *male*, ܙܥܘܪ *parum*, ܓܠܝܐ *manifeſte*, ܙܟܝ *pure*, ܟܣܝ *clam*, ܒܥܓܠܐ, *feſtinanter* a ܥܓܠ *feſtinans*. Ad illuſtrandum Hebraismum trans-

(*) Enoto, quod hac in voce ipſe ſudavit Schaafius p. 236. lex.

transtulit pater meus, §. 37. dissertationis, cui titulus, *lumina Syriaca.*

2) *praepositio*, ܩܕܡ ܠܥܠ ܒܬܪ ܒܐܝܟ

3) *conjunctio*, ܐܦ ܘ

4) *interjectio* ܗܐ ܗܝ ܗܠܝ ܗܠܝܢ

Sunt autem particulae, aliae simplices, ut ܗܐ *ecce*, ܥܠ *super*, aliae compositae, ܐܝܟܐ *ubi*, ܡܢܐ *unde*, ܥܕ *fine*, ܐܦ ܟܕ *similiter*, ܗܟܝ *igitur*, ܗܟܢܐ *ita*, ܗܐ ܗܫܐ *jam*, ܒܓܠ ܕ *quapropter*, ܡܢ *hinc*, de loco, ܡܢ ܗܫܐ *hinc*, de tempore, ܠܥܠܡ ܠܐ *unquam.* Ex compositis possunt et aliquae ut duae voces scribi, e. g. ܠܐ ܠܥܠܡ ܠ.

Multae denique particulae ex Graeca lingua immigrarunt, ut ܐܦ (saepe abusive ac vix ulla significatione positum) ܓܐ *quidem*, (vide Philoxenianam versionem Marc. 9, 12.) saepe redundans, ut p. 92. 98. chrestomathiae, ܐܘ, O! Has ad illustrandum Hebraismum transferre noli.

§. XCIII.

De praefixis.

Quatuor particulas praefixas, vocabulo technico ܣܘܡܟ dictas, Syri habent,

1) ܕ quod cum Hebraico significatu fere idem.

2) ܕ multiplicis significationis, est enim primo pronomen, *qui*, *quae*, *quod*, (p. 213.) deinde ex illo nota genitivi casus, denique particula, *ut* vel

quod. Respondet Schin praefixo Hebraeorum, nec tamen ex illo, sed ex זֶה ortum videtur, ex demonstrativa relativam significationem nacto, ut nostrum, *der*, *die*, *das*.

3) ◦, eadem cum Vau copulativo Hebraeorum latitudine significationis: conversivum autem futuri aut praeteriti non habent.

4) ל, idem Hebraico ל, nisi quod non dativi solum, sed et adcusativi nota est.

Reliqua Hebraeorum praefixa, ה, כ, מ, non habent, particulis separatis loco illorum utentes, He autem demonstrativo opus non habentes, ob statum emphaticum.

Nullam vocalem adferentes, sine vocali praefiguntur, ﻛﻨﻤﻔﻠ, ﺣﻬﻪ, ﺑﻠﻜﻠ, ﻣﻣﻪ, ﻛﻨﻤﻔﻠ. At voce, cui praefiguntur, a duplici consonante incipiente, vocalem adsciscunt, (§. 33. p. 78. 79.) plerumque Petocho, ut, ﻛﻬﻜﻴ, ﻣﻬﻘﻪ, ﺑﻠﻴﻪ, ﺑﻬﻔﻠ. Quin et hoc faciunt, litera initiali vocis vocalem habente, non propriam, sed ab Olaph quiescente remissam, (§. 21. pag. 55.) ut a ﻣﻠ *centum*, ﺑﻠ Marc. 4, 20. ﻠﻪ v. 8. ﻠﻪ *quod pulcrum est*, 3 Joh. 6. ﻣﻠ *et increpuit* Luc. 23, 40. et sequente He occultando, ut ﻛﻣﻣﻔﺑ 2 Tim. 1, 17.

Ab hac lege recedunt

1) ante

1) ante voces ab Olaph, He occultato et Jud cum Chevotzo incipientes, quae illis vocalem ſuam remittunt, ut ܐܰܚܕ̈ܐ , ܚܰܢܟܐ , ܐܰܢܟܐ , ܐܰܢܟܐ Matth. 6, 6. ܚܰܟܟ̈ܐ *in navigio*, ܚܰܡ̈ܐ , ܐܰܡ̈ܐ , ܐܰܡ̈ܐ , ܐܰܡ̈ܐ , — — , ܐܰܢܕ̈ܐ , ܐܰܢܕ̈ܐ , ܐܰܢܕ̈ܐ , ܐܰܒ̈ܕܐ , ܐܰܒ̈ܕܐ ; ܒ̈ܕ *quod prodeſt* 2 Tim. 2, 21. ܐ̈ܕ *recordatus eſt*, ܐ̈ܟ̈ܐ , ܐ̈ܟ̈ܐ , ܐ̈ܟ̈ܐ , ܐ̈ܟ̈ܐ . Vide pag. 55. 57. 10. 11. 44.

2) ante ܐ̈ܣ *ſex*, et ܣ̈ *ſexaginta* per Revotzo praefiguntur, ܣ̈ Marc. 4, 20. ܣ̈ v. 8. Matth. 13, 8. 23. ܣ̈ Apoc. 11, 3. c. 12, 6. c. 13, 18. ܐ̈ܣ Jac. 5, 17. Exod. 31, 17. probabiliter, quod haec numeralia cum Olaph prosthetico adpellata ſunt, *Eſchtho* et *Eſchthin* quin et aliquando ܐ̈ܐ et ܐ̈ܣ ſcribuntur. Vide §. 25. n. 1. Luc. 1, 26. 36. Num. 1, 31.

3) In ܟ̈ܡ *contra*, et ܟ̈ܡ *ante*, a ܡ̈ܛ (Judith. 16, 17.) et ܡ̈ (cujus pluralem ܡ̈ habemus Pſ. 102, 26. Act. 26, 20.) per U praefiguntur, ܟ̈ܡ, transpoſita vocali. At Petocho excidente, praefixio regularis eſt, ܟ̈ܛ , ܟ̈ &c. Exempla petes ex Schaafii lexico.

CAPUT XI.

SYNTAXIS ET IDIOMATA VERBORUM.

§. XCIV.

Verba neutra pro passivis posita.

Perquam Syris frequens, verba neutra pro passivis ponere, ut

ܬܥܐ *errare*, pro, *decipi*: Luc. 21, 8. *videte*, ܚܙܘ ܠܐ ܬܬܥܘ, *ne erretis*, pro graeco, μὴ πλανηθῆτε: Joh. 7, 47. *num et vos* ܐܦ ܐܢܬܘ ܬܬܥܝܬܘ *erratis?* pro πεπλάνησθε. Sic et Philoxeniana versio, alias in Graecis proprie reddendis superstitiose diligens. Vide et 1 Tim. 2, 14.

ܐܬܪ *arsit*, pro, *combustus est*. Chrestom. p. 34. *templum* ܗܘ ܗܝܟܠܐ ܕܐܬܪ *quod a te combustum est*: Matth. 13, 30. ܠܡܢܓܕ ܐܬܪܘ *ut comburantur*, v. 40. ܘܡܬܩܛܪ ܢܘܪܐ ܐܬܪܬ, pro, καὶ πυρὶ καταικίεται. (Sic et Philoxeniana hoc loco, sed v. 30. substituens activum ܐܩܕ ܠܡܐܣܩ ܐܢܘܢ.) Hebr. 13, 11. Apoc. 8, 7.

ܢܦܠ *cecidit*, pro, *conjectus*, *dejectus est*. Matth. 3, 10. *arbor* — — *exscinditur* ܘܡܬܩܛܐ ܗܘ ܐܝܠܢܐ ܕܠܐ, pro, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. (Hic tamen Philox. ܡܬܩܛܐ ܘܢܦܠ) c. 5, 25. 29. c. 9, 19. c. 13, 47. c. 18, 8. 9. c. 21, 21. Marc. 9, 45. 47. Luc. 12, 28.

12, 28. Joh. 3, 24. *nondum* ܐܝܬܝܗܒ ܕܠ ܐܦ ܠܐ ܫܩܝ, *ceciderat*, i. e. *conjectus erat in carcerem*, 7, 47. c. 12, 6. ܡܫܕܐ ܕܐܦ ܗܘ *quod in ciſtam injiciebatur.* (Sic fere, duro Syriasmo, vetus Latina, Matth. 17, 15. *cadit a daemonio in ignem.*)

ܦܩ *egreſſus eſt*, pro, *ejectus eſt*: Matth. 8, 12. ܢܬܦܩܘܢ ἐκβληθήσονται, *ejicientur foras in tenebras*, (ſed Philoxeniana, ܐܬܬܦܩܘ, rariore conjugatione Etthaphal uſa ad proprietatem verbi graeci exprimendam) 9, 33. ܕܦܩ ܫܐܕܐ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου (ſic et Philox.) Luc. 16, 4. ܡܬܬܦܩ ܐܢܐ ὅταν μεταστα θῶ τῆς οἰκονομίας (Philox. alio verbo intranſitivo uſa, ܐܬܬܥܕܝ ܐܢܐ).

ܣܩ *aſcendit*, pro *extractus*, *evulſus eſt*. Judae 12. *arbores quae* ܕܐܬܩܠܥܘ ܣܩ ܐܝܠܢ ἐκριζωθέντα. *aſcenderunt ex radice ſua*, Gr.

ܥܠ *ingreſſus*, pro, *illatus eſt*. Lev. 10, 18. *ſanguis ejus* ܠܐ ܥܠ *non illatus eſt*, (לֹא הוּבָא) Act. 21, 37. ܠܡܥܠ Gr. εἰσάγεσθαι, *inferri*.

ܩܡ *ſtetit*, pro *conſtitutus eſt*, ſenſu eccleſiaſtico. Chreſtom. p. 97. *ſancitum eſt*, *ne unquam ſine patriarcha* ܠܥܘܠܡ ܐܬܐ ܕܠ ܡܦܪܝܢܐ *Mafrianus conſtituatur.*

§. XCV.

Paſſiva pro activis deponentialiter poni viſa.

Contra, *paſſivae* conjugationis verba pro activis aliquando veniunt. Quo ſpectat, quum nonſolum Joh. 5, 3. et 6. ܐܦܝܩ ܐܝܠܝܢ *projecti erant*, idem valet ac *jacebant*, ſed etiam

etiam quum conjugationes paſſivae velut deponentia ſunt, et active ſignificant, quod inprimis locum habet in verbis adfectuum et ſenſuum, haec enim in ſemipaſſivis cenſeri, jam §. 43. monitum ut ܐܬܓܪ *ruminavit* Levit. 11, 3. 5. ܐܬܕܟܪ *recordatus eſt*, qs. *recordari factus eſt*, ܐܬܚܫܒ *cogitavit* Rom. 2, 3. c. 15, 5. Luc. 23, 4. ܐܬܚܛܪ *recubuit*, qs. *ſuffultus eſt* Matth. 15, 35. ܐܬܝܕܥ *agnovit*, qs. *noſcere factus eſt* Col. 1, 6. ܐܬܦܩܕ *obedivit*, qs. *dicto audiens factus eſt* Matth. 8, 27. ܐܬܐܒ *deſideravit*, Matth. 13, 17. ܐܬܢܟܡ *poenitentia ductus eſt* Matth. 27, 3. Prov. 5, 11. (proprie, *abſumi*, coll. ܬܘܐ).

De participio Peil, quas ob cauſſas active ponatur, §. 40. dixi: hic locum relinquo exemplis a patre meo collectis, ܐܒܠܝ *lugentes*, Matth. 5, 4. ܐܚܝܕܝ *tenentes* Matth. 14, 3. Hebr. 1, 3. c. 2, 14. ܘܡܟܝ *et lamentabantur* Luc. 23, 27. ܐܝܬ ܟܣܝܬ *accinctus eſt gladium* Rom. 13, 4. ܐܬܝ ܗܘ *advenientes fuerant* Joh. 11, 19. c. 6, 17. ܕܝܢ *ducentes* Act. 21, 16. Jac. 3, 4. ܕܐ ܚܝܓܝ *qui cingentes cum* Matth. 8, 18. ܗܘ ܛܥܝܢ *onuſtus erat*, pro *ferebat*, Joh. 12, 6. ܗܘ ܕܟܢܫ *qui collegerat aquas*, *hydropicus* Luc. 14, 2. ܟܝܠ ܢܦܫܗ *continens ſeipſum* Tit. 1, 8. ܪܥܝܢ ܘܨܝܢ *eſurientes ac ſitientes*, ܢܦܩ *egreſſus* Marc. 7, 30. Matth. 5, 6. ܨܒܐ *deſiderans*, Rom. 15, 23. ܥܒܕ *operatus* v. 18. ܝܬܒ ܥܠ ܓܕܝ *inſidens pullo*, Joh. 12, 15. ܗܘ ܕܐ ܒܥ ὁ δὲ βαστάζοντες αὐτόν, Luc. 7, 14. ܗܘ ܕܟܠ *omne quod*

quod possidens erat c. 21, 4. مُمنُب مِمنُنا *possidentes pecus* Genes. 46, 32. vide et Act. 4, 32. 34. Prov. 8, 12. (Sic Hebraei מאתי in Niphal) ﻉﺠﻝ *confidens* seu *confisus* Hebr. 2, 13.

Notanda et haec constructio, ﻩﺠﻨﻫ ﻙﻫ ﻅﻝ *relictum mihi est omne*, i. e. reliqui omnia, chrestom. pag. 28. ﻩﺠﻨﻫ ﻅﻫ *abnegatum est te*, pro, *abnego te*, p. 35. أﻫ ؟ﻩﺒﻨﻫﻙ ﻙﻫ *ut dilectum est mihi*, i. e. ut volo. p. 33.

§. XCVI.

Passiva reciproce posita.

Verba *Passiva* apud Syros non minus, quam Graecos, aliquando *reciprocam* actionem notant: إ؟ﻤﻫ *conjunctus fuit*, إ؟ﻤﻝﻝ *confortatus est*, إ؟ﻤﻨﻫ *elongatus est*; pro, *conjunxit se, confortavit se, elongavit se*; إ؟ﻩﺠﻫ *conversus est*, pro, *convertit se* Matth. 9, 22. إ؟ﻩﺒﻫ *incurvavit sese*, Jo. 8, 6. إ؟ﻩﻤﻫ *occultavit se* Jo. 8, 59. إ؟ﻩﺠﻨﻫ *erexit se* Jo. 8, 7. Strictius tamen actiones reciprocas per verbum transitivum, et nomen ﻨﻩﺠﻨﻫ *animam* cum Suffixis, (uti in Syntaxi Pronominum docebimus) exprimunt.

§. XCVII.

Verbum habendi circumscribitur.

Verbum *Habere* Syri non habent, sed per إﻫ *est*, cum seq. Praefixo *Lomad*, ceu Dativi nota, circumscribunt: ut Matth. 3, 9. أﻫ إﻫ ﻙ أﻫﻨﻫﻫ *Pater est nobis*

Abraham, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ; c. 5, 46. ܐܢ ܠܝ ܡܫܬܟܚ ܠܟ τίνα μισθὸν ἔχετε; 2 Tim. 1, 13. ܐܚܕ ܕܒܝܫ ܠܡܐ ܕܐܝܬ ܠܟ ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων. Unde conſtructio ad literam graecae linguae eſt in Philoxeniana 2 Joh. v. 9. ܗܘ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܐܝܬ ܠܗ *et Patrem et Filium eſt ei*, pro, *habet*. Sic Joh. 12, 8. antiqua habet, ܠܝ ܐܝܬ ܠܟ, Philoxeniana, ܠܟ ܐܝܬ ܠܗ. Poſſunt etiam per ܗ ܘ circumſcribere, ut Joh. 12, 6. ܗ ܘ ܟܝܣܐ ܐܝܬ ܠܗ *ciſta apud illum erat*, pro, γλωσσόκομον εἶχε Rom. 1, 13. ܐܝܬ ܠܝ ܐܦ *ut ſit mihi fructus*, pro, ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ.

§. XCVIII.

Compoſitorum verborum defectum quomodo ſuppleant.

Sed nec *compoſitis Verbis*, qualibus Graeci Latinique, utuntur: ſupplent vero illorum defectum per *ſimplicia*, eaque 1) vel abſolute poſita, ut Act. 26, 5. ܝܕܥ *ſcientes*, pro, *praeſcientes*, Eph. 3, 3. ܟܬܒ *ſcripſi*, pro προέγραψα, et ſic Rom. 9, 23. 2 Cor. 12, 21. *Videre* item, pro *viſum recipere* Matth. 11, 5. Marc. 10, 51. 52. *dare*, pro *reddere* Luc. 3, 11. Act. 23, 33. *vivere*, pro *reviviſcere* Luc. 15, 24. 32. *menſurare*, pro *remenſurare* Matth. 7, 2. Luc. 10, 31. 32. *ſedere*, pro *conſidere* Marc. 14, 54. *ne* σε ἀντικαλέσωσι ܕܠܡ ܢܬܒܘܢ Luc. 14, 12. Vide et Luc. 10, 31. 32. ܥܒܪ ἀντιπαρῆλθεν 1 Petr. 2, 23. ܠܐ ܡܬܝܒ οὐκ ἀντελοιδόρει. 2) vel cum adjectis quibusdam *Verbis Particulisve auxiliaribus*.

Nempe

Nempe a) Compoſita cum Praepoſitione *Ante* vel *Prae*, ſeu quae *anticipationem* notant, per ܩܕܡ *praevenit*, Verbis in eadem Perſona, Tempore, et Numero conjunctis; ut Marc. 13, 23. ܐܡܪܬ ܠܟ ܩܕܡܬ *occupavi dixi*, i. e. *praedixi*, Act. 2, 31. ܩܕܡ ܚܙܐ *praevidit*; et, ſi plura cupis exempla, Actor. 7, 52. Rom. 3, 9. 25. c. 8, 28. 30. c. 11, 35. c. 12. 10. 1 Cor. 2, 7. Gal. 3, 8. Eph. 1, 2. inverſo item ordine Joh. 20, 4. ܩܕܡ ܪܗܛ *cucurrit*, *praevenit eum*, pro, *praecucurrit*: vel per Particulas, ut Matth. 2, 9. ܩܕܡܝܢ ܗܘܐ ܐܙܠ *ibat ante illos*, pro, *praecedebat*, Rom. 1, 2. ܡܢ ܩܕܡ ܐܡܪ *ab-ante promiſit*, προεπηγγειλατο; Col. 1, 5. ܡܢ ܩܕܡ ܫܡܥܬܘܢ *ab-ante audiviſtis*, pro, προηκούσατε, 2 Cor. 13, 2. ܐܡܪܬ ܠܟ ܩܕܡ προειρηκα, *praedixi*, item Luc. 22, 47. Rom. 1, 2. c. 15, 4. Eph. 2, 10.

b) Quae *adverſationem*, per ܠܘܩܒܠ *adverſus*, et ܠܘ *contra*: ut Matth. 5, 39. ܠܐ ܬܩܘܡܘ ܠܒܝܫܐ ܐܠܐ μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, et plura exempla Matth. 26, 62. Luc. 13, 17. c. 21, 15. Act. 4, 14. c. 6, 10. c. 7, 51. c. 13, 45. c. 27, 15. c. 28, 19. Rom. 7, 23. c. 13, 2. 1 Timoth. 1, 10. 2 Tim. 2, 25. Sic Rom. 11, 18. ܠܐ ܬܬܟܠ ܠܘ μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων, Jac. 4, 11.

c) Quae *ſocietatem*, per ܥܡ *cum*: ut Act. 25, 5. ܢܚܬܘܢ ܥܡܢ *deſcendant nobiscum*, pro συγκαταβάντες, 2 Tim. 1, 8. ܬܬܥܢܐ ܥܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ Hebr. 4, 15: *qui non poſſit* ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܥܡ συμπαθῆσαι

ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. Aliquando et per duo verba, ut Marc. 9, 25. ἐπισυντρέχει, ܗܘ ܕܡܬܟܢܫ ܠܗ.

d) Quae *iterationem*, per adjectum ܬܘܒ ܡܢ ܪܫ *a capite*, seu *denuo*; ut Hebr. 6, 6. ἀνασταυροῦντας, 1 Petr. 1, 3. ἀναγεννήσας ἡμᾶς, v. 23. ἀναγεγεννημένοι.

Alia exempla, quae in classes non redigo, vide Rom. 12, 8. ὁ προϊστάμενος ܡܢ ܕܩܐܡ 1 Thess. 5, 12. οἱ προϊστάμενοι ὑμῶν. ܕܩܐܡܝܢ ܥܠ ܟܘܢ Phil. 2, 9. ὑπερύψωσε ܘܪܡܡ ܠܗ

Denique e) quae cum *Nominibus* sunt composita, per divisa a Verbis nomina, ut Rom. 11, 20. ܠܐ ܪܡ ܠܒܟ μὴ ὑψηλοφρόνει; c. 1, 10. εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι Marc. 3, 4. ܐܘ ܠܐ ܠܛܒ ܠܢܦܫ ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; c. 4, 20. ܘܢܬܢ ܦܪܝ καρποφοροῦντες; Matth. 19, 18. ܠܐ ܬܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ οὐ ψευδομαρτυρήσεις (*).

§. XCIX.

In tertia persona pergitur, ubi secunda praecesserat.

Syri adloquentes in *secunda persona*, post interveniens vel Participium vel Pronomen relativum, sermonem aliquando *ex secunda in tertiam* deflectunt: ut Luc. 13, 34. *O Hierosolyma, Hierosolyma,* ܐܘܪܫܠܡ ܐܘܪܫܠܡ ܩܛܠܬ ܢܒܝܐ ܘܪܓܡܬ ܠܡܫܕܪܝ

(*) Quae pater meus hic §. X. habebat, omitto, ad pag. 103. referens.

ܐܝܟܡ ܕܩܛܠ ܠܢܒܝܐ ܘܪܓܡ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܫܕܘ ܠܘܬܗ *occidens prophetas et eos lapidans qui miſſi ſunt ad ipſam*, pro, *ad te*; Gal. 4, 21. *Dicite mihi vos*, ܐܝܟܡ ܕܨܒܝܢ ܕܢܗܘܘܢ ܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ *qui volunt* (pro *vultis*) *eſſe ſub lege*. Rom. 2, 1. ܐܘ ܕܕܝܢ ܐܢܫ ܐܢܬ *o homo, qui judicat proximum ſuum*. Iidem de ſe loquentes ex tertia perſona in primam deflectunt orationem. Rom. 6, 2. ܐܝܟܡ ܕܡܝܬܢ ܠܚܛܝܬܐ *illi qui mortui ſumus*, pro, *nos qui mortui ſumus peccato*.

§. C.

Enallage generis et numeri rarior.

Legem, quae jubet ejusdem generis et numeri verbum nomini jungi, multo Syri obſervant religioſius Hebraeis Arabibusque, de quibus vide gramm. Arab. §. 70. 71. nec quod his licet, ſibi licere arbitrantur. Ergo vix ullam obſervare datur anomaliam generis vel numeri, quod enim aliqui huc retulerunt, Marc. 3, 28. ܒܥܠܙܒܘܒ ܪܫܝܐ, pro ܒ defectiva potius ſcriptio eſt, de qua vide §. 43. pag. 103. ܒܥܠ ܡܫܟܚ ܒ Jerem. 3, 13. aut vitium librariorum eſt, admiſſu facile cum ܒ et ܟ idem ſonent, aut in imperativo licuit, quod in praeterito licuiſſe diximus, Jod non ſonorum omittere. Forte lingua Graeca inde ab Alexandro M. Syris prope vernacula, et quam grammatice diſcebant, qui libros audebant ſcribere, eos magis noſtrae grammaticae adſvefecit.

§. CI.

Subjunctivi defectum quomodo suppleant.

Subjunctivum Syri, in exhortationibus, vel simpliciter per Futurum indicativi formant, v. g. Marc. 4. 35. ܢܥܒܪ διέλθωμεν, transeamus, Joh. 11, 16. et c. 14, 31. 42. ܢܐܙܠ ἄγωμεν *eamus*, 1 Cor. 15, 32. ܢܐܟܠ ܘܢܫܬܐ φάγωμεν καὶ πίωμεν *edamus et bibamus*, it. Joh. 19, 24. vel per Imperativum efferunt, v. g. c. 11, 15. ܙܠܘ *ite*, *agite*, pro, ἄγωμεν *eamus* Marc. 1, 38. vel denique per Futurum cum praemisso ܐ *veni*, vel ܐܬܘ *venite*; ut Joh. 11, 7. ܢܐܙܠ ܐܬܘ *venite*, *ibimus*, pro *eamus*. Conf. Gen. 19, 32. c. 31, 44. c. 37, 20. 27. Pf. 82, (83) 5. Prov. 7, 18. Cant. 7, 11. Vide porro sub finem §. 103. dicenda.

§. CII.

Imperativus periphrasticus.

Loco *imperativi* saepe venit Participium vel Adjectivum, cum secunda persona Praeteriti Verbi Substantivi ܗܘܐ *fuit*, idque in praeceptis tum adfirmantibus tum negantibus: ut Matth. 5, 25. ܗܘܐ ܡܬܪܥܝ *fuisti* (q. d. *fueris*) *reconciliatus*, pro διαλλάγηθι *reconciliare*, seu *reconciliator*; Marc. 5, 34. ܗܘܝ ܫܠܡ ܒܪܝܬ *esto sana*; Matth. 6, 7. ܠܐ ܬܗܘܘ ܡܓܪܓܪܢ *ne fueritis garrientes*, pro, *nolite garrire*; Marc. 13, 37. ܗܘܘ ܥܩܝܡ *fuistis* (*fueritis*) *vigiles*, pro, *vigilate*. Sic Luc. 10, 37. c. 11, 2. c. 13, 14. Rom. 12, 9-14. 16. 1 Cor. 11, 24. c. 14, 20. Eph. 4, 32.

32. Tit. 3, 1. 1 Joh. 4, 1. Quin et ſine verbo ܗܘܐ πεφίμωσο, Marc. 4, 39. vertitur ܐܬܟܡܡ ܐܬܐ inque Philoxeniana verſione, ܐܬܟܡܡ ܟܝܢ. Eſt et notanda aſperior conſtructio verbi ܗܘܐ in eadem Philox. Marc. 11, 22. ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ, *fueritis ſit vobis fides*, ἔχετε πίστιν. (vide p. 226.)

Aliquando et alia praeterita blandius atque optative pro imperativo ponuntur, ut Pſ. 4, 2. ܐܬܥܢܝܬ *reſponderis mihi*, pro עֲנֵנִי.

§. CIII.

ܗܘܐ *in excitationibus et adhortationibus* 1 *et* 3 *perſ. ſubjunctive poſitum.*

Idem ܗܘܐ aliquando loco ſubjunctivi, in adhortationibus in prima vel tertia perſona concipiendis ponitur: ut 1 Cor. 4, 1. ܗܟܢܐ ܢܚܫܒ ܠܢ ܗܘܝ *Sic ſumus (ſimus, ſeu fuerimus) aeſtimati vobis*, Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος; Gal. 6, 9. ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ܒܥܝܬܐ *ne fuerit pertaeſa nobis*, ſc. *anima*, i. e. μὴ ἐκκακῶμεν, *ne defetiſcamus*. 1 Tim. 2, 11. *Mulier in ſilentio* ܒܫܠܝܐ ܬܗܘܐ *fuit* (pro *ſit*, *eſto*) *diſcens*, μανθανέτω; v. 8. *Volo igitur*, ܒܟܝܢ ܨܒܐ ܐܢܐ ܗܘܝ *ut fuerint precantes*, pro, *ut precentur*: 1 Theſſ. 5, 12. 13. *Adhortamur vos*, ܒܥܝܢ ܐܢܚܢܢ ܠܟܘܢ ܐܚܝܢ ܗܘܝ *ut fueritis agnoſcentes*, pro, *ut agnoſcatis*. Sic Tit. 2, 9. 10. Hebr. 13, 5.

Quin et participia ſine verbo ܗܘܐ (quod forte ſubintelligitur) loco ſubjunctivi ponuntur, ut Marc. 2, 21. ܠܐ ܢܣܚܒ ܠܗ ܐܝ *ne auferat*, 22. ܠܐ ܢܐܒܕ ܚܡܪܐ ܐܝ *ne vinum rumpat*

pat utres, (ſic et Matth. 9, 17. Luc. 5, 36.) quin et hac conſtructione magis imperativa, Matth. 8, 4. Marc. 1, 44. ܐܙܠ ܚܘܐ ܠܟ ܠܐܚܝ ܕܝܠܟ ܘܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ, ὅρα-μηδενὶ εἴπῃς, Luc. 12, 13. *dic fratri meo*, ܐܡܪ ܠܐܚܝ ܘܢܚܠܩ ܠܝ *ut dividat hereditatem.*

§. CIV.

Imperfectum et plusquamperfectum ſubjunctive et hypothetice poſitum.

De imperfecto et plusquamperfecto per ܗܘܐ formato §. XXXIX. diximus: itemque de ܗܘܐ auxiliari futuri. Hoc quidem ſuum imperfectum Syri etiam in ſubjunctivo, deſcribendis eventibus hypotheticis, adhibent: ut Pſ. 123, (124) 3. ܕܠܘ ܗܘܘ ܒܠܥܝܢ ܠܢ ܗܘܘ ܡܒܠܥܝܢ *vivos deglutiebant*, i. e. *deglutiviſſent nos*; v. 4. ܠܢ ܗܘܘ ܡܛܒܥܝܢ *ſubmergebant*, pro, *ſubmerſiſſent nos*; Gen. 31, 42. *Niſi Deus patris mei — adſtitiſſet mihi,* ܐܠܐ ܐܠܗܐ ܕܐܒܝ ܗܘܐ ܩܐܡ ܠܝ *nunc vacuum dimittebas*, i. e. *dimiſiſſes me.* Vide plura exempla Matth. 25, 27. Joh. 5, 46. c. 8, 19. 39. 42. c. 18, 30. 36. c. 21, 25. 2 Cor. 11, 1. Gal. 4, 15. Hebr. 10, 2. c. 11, 15. 1 Joh. 2, 19.

§. CV.

Participium per ܒ *ad notandum ſtatum reſtringitur.*

De participio loco praeſentis poſito §. XLI. actum. Quodſi vero *participialiter* capiantur, ad notandum ſive *agentis* ſive *patientis ſtatum*, praemittunt illis Syri

vel

vel ſeparatum ܕ *dum*, vel Praefixum ; *qui:* ut ܕ Joh. 1, 36. *Intuitus eſt Jeſum,* ܕ ܗܠܟ *ambulantem*, ſeu *dum ambularet*; Act. 22, 5. *ut adducerem eos Hieroſolymam* ܕ ܐܣܝܪ *vinctos*; vide porro Matth. 3, 6. c. 14, 25. Joh. 6, 6. c. 9, 2. 19. At ; Marc. 2, 14. *Vidit Levin* - - ܕ ܝܬܒ - - ; *qui ſedens* erat, i. e. *ſedentem*; c. 11, 2. *invenietis pullum* ; ܣܝܪ *qui vinctus* eſt, ſeu *vinctum.* Sic v. 4. Matth. 3, 7. c. 14, 26. c. 15, 32. c. 26, 64. Porro illud ܕ facit periphraſin Ablativi conſequentiae in Participiis: ut Matth. 15, 20. ܕ ܠܐ ܥܒܝ ܐܝܕܘܗܝ *cum non lotae eſſent manus ejus*, i. e. *non lotis manibus.* Sic Marc. 7, 2. 5. Joh. 11, 44.

§. CVI.

Participium Graecorum verbo junctum per aſyndeton exprimunt.

Caeterum elegantiam Graecorum, qua *Participium* alii Verbo connectunt, Syri ita exprimunt, ut utrumque Verbum in eodem Modo, Tempore ac Perſona, ſine interjecta *Copula* ponant, per *Aſyndeton:* ut Matth. 2, 8. ܙܠ ܘܫܐܠ ܘܬܒ *ite, exquirite*, πορευθέντες ἐξετάσατε, et ibid. *ut et ego* ܐܦ ܐܢܐ ܐܐܬܐ ܘܐܣܓܕ ܠܗ *veniam, adorem illum*, ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ; v. 9. ܕ ܥܡܕ ܘܐܬܐ *donec venit, ſtetit*, ἕως ἐλθὼν ἔστη; v. 11. ܘܢܦܠܘ ܣܓܕܘ ܠܗ *et prociderunt, adorarunt illum*, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. Sic ibid. v. 13. 14. 16. 21. 23.

§. CVII.

Infinitivus in reduplicatione verbi positus.

Constructio *Verbi* cum suo ipsius *Infinitivo*, sine interveniente Praefixo *Lomad*, est emphatica: ut Luc. 1, 22. ܡܗܘܐ ܡܡܝܐ ܡܡܝܐ *innuendo*, i. e. identidem *innuebat*; Joh. 9, 9. ܗܘ ܕܕܡܐ ܠܗ *similis exsistendo*, i. e. perquam *similis est*. Sic Act. 5, 28. c. 7, 45. Philem. v. 9. Hebr. 6, 14. Etiam in negativa oratione: ut Joh. 20, 5. ܘܠܐ ܥܠ ܠܐ ܡܥܠ *ingrediendo vero non introiit*; Rom. 9, 6. ܠܐ ܡܢ ܕܡܠ ܕܢܦܠ ܗܘ ܕܒܪ ܡܠܬܐ *non cadendo*, i. e. nequaquam *cecidit verbum Dei*. — — Sic quidem interpres antiquus, libere vertens, suaeque linguae ingenium sequutus: at Philoxeniana versio, destinatum habens graeca superstitiosius exprimere, hunc infinitivum omittit.

§. CVIII.

Ordinaria constructio infinitivi cum alio verbo per ܠ.

In ordinaria vero constructione Verbi unius cum Infinitivo alterius, *Infinitivus* requirit Praefixum *Lomad*: ut Matth. 2, 13. ܠܡܒܥܐ ܗܪܘܕܣ ܠܡܫܟܚܗ ܥܬܝܕ Μέλλει Ηρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον; Luc. 15, 15. *Misit eum in agrum* ܕܢܪܥܐ ܚܙܝܪܐ *ad pascendum sues*. Sic Matth. 4, 17. c. 6, 24. c. 14, 5.

§. CIX.

Aliae constructiones loco infinitivi usurpari solitae.

Attamen in constructione Verborum, loco *Infinitivi* saepe ponitur

a) Ver-

a) Verbum finitum eodem Genere, Numero, et Perſona cum Verborum altero, *Wau* copulativo interjecto, aut per *Aſyndeton* ſubaudito; ut Luc. 20, 11. 12. ܘܫܕܪ ܘܐܘܣܦ *et addidit et miſit*, καὶ προσέθετο πέμψαι.

b) Futurum cum Praefixo ; *ut*, ſive expreſſo ſive ſubaudito. Ut, cum expreſſo quidem *Dolath*, Matth. 2, 22. ܕܢܐܙܠ ܕܕܚܠ *timuit ut abiret*, pro *abire*; c. 16, 3. ܕܬܒܚܘܢ ܕܝܥܬܝܢ *noviſtis ut probetis*, i. e. *probare*, et ܠܐ ܕܬܒܚܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥܬܝܢ *non noviſtis ut diſcernatis*, pro *diſcernere*, v. 24. ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܐܙܠ ܒܬܪܝ *quisquis vult ut veniat poſt me*, pro *venire*; it. c. 17, 10. Marc. 1, 45. c. 6, 7. Luc. 13, 11. c. 14, 28. 1 Cor. 2, 14. ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܨܒܝ ܕܐܥܒܕ ܗܘ *facere illum volo epiſcopum*. Aſſ. Bibl. Or. T. I. p. 50. At ſine *Dolath* Matth. 14, 28. ܦܩܕ ܠܝ ܡܪܝ *praecipe mihi*, *veniam*, id eſt, *venire*, ſeu *ut veniam ad te*; Marc. 7, 27. ܫܒܩ ܠܒܢܝܐ ܩܕܡ ܕܬܬܪܘܝܘܢ ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα. Luc. 18, 13. *nec volebat*, ܘܠܐ ܨܒܐ ܠܡܪܝܡ ܥܝܢܘܗܝ *vel oculos ſuos attolleret*, pro *attollere*. Item v. 41. Joh. 4, 7. 10. c. 6, 65. c. 13, 10. c. 21, 3. Rom. 8, 39. et in paſſiva voce Hebr. 12, 19. ܠܐ ܢܬܘܣܦ ܒܗܘܢ ܡܠܬܐ *ut ne adjiceretur ſermo fieret*, pro *ſermo fieri cum illis*. -- Hae conſtructiones cum aequipollentes ſint, videas, ſaepe in Philoxeniana Dolath addi, quod in antiqua omiſſum eſt, ut Matth. 14, 28. Marc. 7, 27.

c) Participium, idque vel absolute, vel cum adjecta Particula. Nempe α) *absolute*, tum in *activa* voce, ut Matth. 12, 1. ܗܵܘ̈ܝ̈ ܡܲܟ̈ܠ̈ܝ̈ ܫܲܒ̈ܠ̈ ܘܐ̈ܟ̈ܠ̈ *coeperunt vellicantes spicas, et comedentes*, pro *vellicare* et *comedere*; c. 13, 30. ܫܲܒ̈ܩ̈ ܢܲܨ̈ ܫܲܒ̈ܩ̈ *finite crescentia*, pro *crescere*; item Marc. 2, 2. c. 7, 15. 18. Luc. 5, 21. c. 15, 14. c. 18, 16. Joh. 5, 19. c. 8, 43. c. 11, 44. c. 18, 8. Act. 10, 47. c. 20, 32. 1 Joh. 3, 15. Frequentissimum hoc post verba *incipiendi, continuandi, desinendi*, Graecismis adnumerandum in linguam Syriacam susceptis, nec ad Hebraismi illustrationem e. g. Genes. 9, 20. transferendum: rarius post alia, ut Marc. 2, 2. ܐܡܪ ܘܠܐ ܐܫܬܥ ܐܢܫ ܐܢܐ *ut non posset capere illos*: chrestom. p. 79. ܟ̈ܬ̈ܒ̈ ܠ̈ ܟ̈ܬ̈ܒ̈ *non poterant ponere.*

Vide et Marc. 6, 37. ܢܦ̈ܠ̈ ܠ̈ܗ̈ܘ̈ ܠ̈ܚ̈ܡ̈ ὁὸὺ καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν Luc. 10, 40. ܐ̈ܡ̈ܪ̈ ܠ̈ܗ̈ ܕ̈ܬ̈ܥ̈ܕ̈ ܥ̈ܡ̈ܝ̈ ܐ̈ܡ̈ܪ̈ *Dic ei*, ut sit *juvans me*; c. 12, 13. ܡ̈ܚ̈ܠ̈ܩ̈ ܥ̈ܡ̈ ܐ̈ܚ̈ܝ̈ ܠ̈ܝ̈ ܐ̈ܡ̈ܪ̈ ܠ̈ܗ̈ ὁὸὺ εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου, μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν; tum vero in voce *passiva*, ut Luc. 11, 53. ܫ̈ܪ̈ܥ̈ ܢ̈ܦ̈ܩ̈ ܠ̈ܗ̈ܘ̈ *coeperunt male adfecti*, pro, *indignari*; 1 Joh. 2, 8. ܢ̈ܗ̈ܪ̈ ܫ̈ܪ̈ܪ̈ *coepit* lux esse *visa*, pro *videri*. At vero β) *cum adjecta Particula*: ut cum Praefixo *Dolath*, Hebr. 9, 23. ܐ̈ܠ̈ܝ̈ ܗ̈ ܕ̈ܒ̈ ܫ̈ܪ̈ *oportet ut haec mundata* fiant, pro, *oportet haec mundari*; cum ܕ̈ vero, sequente *Dolath*, Act. 21, 32. ܕ̈ ܫ̈ܪ̈ ܠ̈ ܫ̈ܪ̈ ܕ̈ ܫ̈ܪ̈ ܕ̈ *cessabant ab* eo *ut percuterent*, i. e. *percutere Paulum.*

§. CX.

§. CX.

Paſſiva cum dativo cauſſae efficientis conſtructio.

Paſſiva Verba aliquando junguntur *Dativis*, notandae cauſſae efficienti ſeu agenti, ita ut Dativi perinde valeant, ac Ablativi cum praemiſſa Praepoſitione ܡܢ *a* vel *ab*: ut Matth. 14, 8. ܡܠܦܢܐ ܠܐܡܗ ? *προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς* Luc. 6, 4. ܠܐ ܡܬܚܙܝ ܠܟ *non videtur tibi*, i. e. *a te*; c. 8, 29. ܡܬܛܪܦ ܗܘܐ ܠܗ *captivabatur ei*, pro, *ab eo*; c. 23, 41. *nihil quod morte dignum ſit*, ܠܐ ܥܒܝܕ ܠܗ *factum ei*, pro, *ab eo*. Sic Joh. 8, 33. c. 9, 11. 15. coll. v. 18. item c. 13, 7. Actor. 15, 24. c. 18, 18. c. 21, 23. Rom. 11, 2. 1 Theſſ. 2, 4. 1 Tim. 4, 4. Jac. 5, 15. Vide C. B. Michaelis diſſert. *de Soloec. Caſ.* §. XIX.

§. CXI.

De quorundam verborum conſtructione.

Sunt et quorundam verborum conſtructiones notandae, a noſtro Latinorumque more diverſae, v. g. *ingredi* vel *adſcendere*, non *per oſtium*, ſed *ex oſtio*, nec *per locum*, ſed *ex loco*; ut Joh. 10, 1. 2. ܡܢ ܠܐ ܥܠ ܒܬܪܥܐ *quisquis non ingreditur ex oſtio* in ovile, et ܡܢ ܕܥܠ ܡܢ ܐܬܪܐ *adſcendit ex loco alio*; Verba confitendi et abnegandi conſtruuntur cum Beth: Matth. 10, 32. *Quisquis* ܡܢ ܕܡܘܕܐ ܒܝ *confeſſus fuerit in me*, et v. 33. ܡܢ ܕܟܦܐ ܒܝ *quisquis vero abnegaverit in me*. Confer diſſert. C. B. Michaelis *de Soloeciſmo Caſuum* §. VI.

§. CXII.

Ellipsis verbi bis ponendi.

Idem Verbum, quod in orationis protasi praecesserat, aliquando in apodosi subticetur: ut Matth. 1, 22. ܗܠܐ ܗܘܐ ܕܟܠܗ ܒܝ ܗܘܐ *Hoc vero totum, quod factum est*, factum est, *ut impleretur* caet. Joh. 20, 31. ܐܠܐ ܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒ ܗܘܘ ܕܗܝܡܢܝܢ *Etiam haec, quae scripta sunt*, scripta sunt, *ut credatis*. Rom. 5, 20. ܥܠ ܕܐܬܬ ܢܡܘܣܐ ܗܘܬ ܕܬܬܪܒܐ *introductio legis quae facta est*, facta est *ut multiplicaretur peccatum* Hebr. 7, 18. ܠܐ ܗܘܬ ܒܝ ܕܐܬܥܒܕ ܩܕܡܝܬܐ ܠܡܦܠܓ ܠܗ *Mutatio vero, quae facta est legi priori*, facta est *propter ejus imbecillitatem*; c. 8, 3. ܟܠ ܪܒ ܟܗܢܐ ܕܡܬܩܢ ܗܘܐ ܒܝ ܠܡܩܪܒ *Omnis enim pontifex qui constituitur*, constituitur, *ut offerat oblationes.*

Graeca comparans, plerumque videbis, in illis ne protasin quidem et apodosin esse, sed eam totam interpreti, hujus constructionis amanti, deberi: unde nec mirum, Philoxenianam versionem omisso Dolath plane pro nostro more habere, ܗܘܐ ܕܟܠ ܒܝ ; ἵνα τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν Matth. 1, 22. ܒܝ ܕܟܬܒ ; ταῦτα δὲ γέγραπται. Joh. 20, 31. Est et hoc observatu dignum, Rom. 15, 4. ubi in Graecis idem verbum in protasi et apodosi est, Syrum hac constructione non uti, sed bis verbum exprimere.

§. CXIII.

§. CXIII.

ܗܘܐ *redundans.*

Verbum Subſtantivum ܗܘܐ *Fuit* redundat, ſeu expletivum eſt,

1) poſt negativum ܠܐ *non*, ut Matth. 10, 20. ܠܐ ܗܘܐ ... *Nam non ſane vos loquimini;* c. 16, 11. ... ܠܐ ܗܘܐ ... *quod non ſane de pane dixerim;* et porro Joh. 6, 32. 38. 58. c. 13, 11. 18. Hebr. 2, 5. 16. c. 9, 24. 1 Joh. 4, 10. Pro hoc quidem ܗܘܐ ܠܐ Philoxeniana verſio fortiorem negandi particulam ܐܦ *neutiquam*, ponere ſolet, unde et ipſum fortius negare cenſendum eſt, recteque per, *non ſane*, reddi ſolet.

2) poſt ܠܐ interrogativum, *nonne?* ut Matth. 13, 55. ... ܗܘܐ ܠܐ *Nonne ſane hic eſt filius fabri?* Forte quod ܗܘܐ *fuit* cum ܗܐ *ecce* a Syris confuſum eſt, unde et cum eo alternat ibid. v. 56. *et ſorores ejus omnes* ... ܗܐ ܠܐ *nonne ecce! apud nos ſunt?* nec non Jac. 2, 4. 6. 7. coll. ibid. v. 5. 21. Sic Matth. 20, 13. Marc. 11, 13. Luc. 11, 40. c. 17, 17.

3) poſt ſeipſum aut aliud Verbum, ſine immutatione Temporis Perfecti in Plusquamperfectum, quam alias Praeteritis inferre ſolet; ut Marc. 1, 45. ... ܗܘܐ ... non, *incepit fuit*, i. e. *inceperat*, ſed ſimpliciter, *incepit*, Luc. 1, 8. ... ܗܘܐ ܗܘܐ *Factum eſt vero;* Joh. 3, 25. ... ܗܘܐ ܗܘܐ ... *Facta eſt autem quaeſtio.* (In primo exemplo et

ver-

verſio Philox. concinit, at in duobus poſterioribus ſuperfluum ܐܬܐ et ܥܒܕ omittit).

De ܐܬܐ poſt ܐܡܪ, non redundante, ſed imperfectum faciente vide p. 98.

§. CXIV.

Obſervationes de quibusdam verbis ordine alphabetico.

Addimus ſingulares vocum conſtructiones, et loquendi formulas, ex ordine Verborum, quibus illae conſtant, alphabetico, ut facilius reperiri queant. Erunt autem Verba haecce: ܐܒܕ *tenuit*, ܐܟܠ *comedit*, ܐܠܨ *coegit*, ܐܬܐ *venit*, ܐܬܝ *malus fuit*, ܒܛܠ *vacuus fuit*, ܒܥܐ *hortatus eſt*, ܒܪܟ *retexit*, ܒܬܬ *factus eſt*, ܒܫܪ *indicavit*, ܐܬܒܫܡ *uſus eſt*, ܓܕܡ *curtatus eſt*, ܓܥܠ *taeduit*, ܓܪܙ *pertigit*, ܓܡܠ *implevit*, ܓܪܬ *traxit*, ܕܒܚ *accepit*, ܕܒܚ *adſcendit*, ܕܒܨ *exiit*, ܕܒܩ *poſuit*, ܕܚܠ *tranſiit*, ܕܟܠ *intravit*, ܕܥܐ vel ܕܥܝ *clamavit*, ܕܩܛ *ſuccidit*, ܕܪܐ *projecit*, ܕܫܕ *miſit* (*).

1 Tim. 6, 1. ܒܥܠܝܗܘܢ ܕܒܐ ܢܬܠܘ *dominos ſuos in omni honore habeant*, proprie, *teneant*, Germ. *ſollen ihre Herren in allen Ehren halten.* 2 Theſſ. 3, 15. ܘܠܐ ܐܝܟ ܒܥܕܐ ܬܚܫܒܘܗܝ *neque tanquam inimicum habeatis eum*, Germ. *und haltet ihn nicht als einen Feind.*

Matth.

(*) Haec quidem immenſum ditari poſſent, ſed nolui id facere, cum ad lexicon potius quam grammaticam pertineant. Ea tamen delere nolui, quae pater meus in ſua ſyntaxi collegerat, grata certe lectoribus: ubi opus fuit, aut ſupplevi aut emendavi.

Matth. 27, 12. ܘܒܩܛܪܘܗܝ ܕܐܟܠܘ ܠܒܣܪܗ *et cum accuſarent eum*, proprie, *comederent fruſta*, ſeu *carnem ejus*. Sic c. 12, 10. Marc. 15, 3. 1 Tim. 3, 11. 2 Tim. 3, 3. Tit. 2, 3. Impersonaliter ſeu paſſive, Luc. 16, 1. ܐܬܐܡܪ ܠܗ ܘܒܩܛܪ ܠܗ *et accuſatus eſt ei*. Hinc ܩܛܪܐ *accuſator*, *obtrectator*, et ſynecdochice *Diabolus*, Matth. 4, 1. 5. 8. 11. c. 25, 41. ܩܛܪܐ *obtrectatio* Rom. 1, 30. et diviſim ܐܟܠ ܩܛܪܐ Joh. 18, 29. Intelligendae phraſi, quam plerique male verterunt, *comedere adcuſationes*, vel, *excidia*, adnoto: *adcuſare*, *male de aliquo loqui*, orientalibus dici, *mordere eum*, *comedere carnem ejus*, (vide ſupplementa ad lex. Hebr. ſub בשר) et ܩܪܨ idem eſſe Arabico قُرْصٌ *fruſtum*, a قَرَصَ *momordit*.

Phil. 1, 24. ܡܬܚܣܪ ܠܝ *cogit me res*, pro *neceſſum habeo*; c. 2, 25. ܡܬܚܣܪ ܠܝ *coegit me res*, pro ἀναγκαῖον ἡγησάμην *neceſſarium duxi*; Act. 15, 28. ܕܡܬܚܫܒ *haec quae coguntur*, pro ἀναγκαῖα *neceſſaria*.

1 Tim. 5, 15. ܕܐܙܠ ܩܕܡ ܠܘܬ *quod ante te venias*, id eſt, *proficias*, *progrediaris*, Germ. *daſs du vor dich kommſt*. 2 Tim. 3, 9. ܠܐ ܢܙܠ ܩܕܡ *non venient ante ſe*, pro, *non proficient ultra*. Sic 1 Cor. 11, 17.

Jac. 4, 2. ܘܠܐ ܐܬܬ ܠܝܕܟܘܢ *et non venit* quod quaeritis, *in manus veſtras*, pro, *et non poteſtis adipiſci*. Joh. 11, 35. ܐܬܬ ܕܡܥܬܗ *veniebant lacrimae ejus*, Germ. *die thränen kamen ihm*, pro, *lacrimabatur*; ad inſtar Hebr.

Ezech. 24, 16. וְלֹא תָבוֹא דִמְעָתֶךָ *nec oborientur tibi lacrimae.*

ܐܬܐ ܥܡ *venit cum*, vel ܐܬܐ ܒܬܪ *venit poſt* aliquem, pro, *ſequutus eſt eum* Matth. 8, 10. 19. quae phraſis, Syris frequentiſſima, (vide Schaafii lex.) etiam in Graecismum N. T. recepta eſt, ut Marc. 1, 17. δεῦτε ὀπίσω μου.

Matth. 26, 8. ܐܬܚܫ ܠܗܘܢ *malum fuit*, ſeu, *viſum eſt illis*, id eſt, *diſplicuit.* ܐܬܚܫ et ܐܬܚܫ idem, c. 21, 15. Marc. 14, 4. et paulo alia conſtructione, ad §. 109. referenda, Luc. 11, 53. ܫܪܘ ܡܬܚܫ ܠܗܘܢ *coeperunt diſplicebat ipſis*, i. e. *coeperunt aegre ferre*, graece δεινῶς ἔχειν.

Luc. 10, 34. ܘܦܢܐ ܠܗ ܠܘܬ ܗܘ *et vacavit ipſi* (ſic enim proprie ſonaret) *ſuper eo*, pro *curam ejus geſſit*; ut Latini dicunt *vacare litteris*, pro *operam dare*, *ſtudere*. Sic Rom. 12, 17. 2 Cor. 9, 5. Gal. 2, 10. 2 Tim. 2, 15. c. 4, 9. et in Peil Marc. 4, 38. ܠܐ ܡܠܝ ܠܟ ܕܐܒܕܝܢ *nonne curae eſt tibi quod perimus?* Luc. 10, 40. Joh. 12, 6. Act. 17, 21. 1 Petr. 5, 7. ܕܝܠܗ ܡܠܝ ܠܟ ܗܘ ܕܡܬܒܥܐ *ſiquidem ei, ei* inquam (cum pleonasmo Pronominis) *cura eſt ſuper vobis*, ſeu *curae eſtis.*

Παρακαλεῖν cum Graecis utrumque ſit, *rogare*, et *hortari*, Syrus interpres, etiam ubi hortandi ſignificatum habet, molliore verbo ܒܥܐ uti ſolet, ut Rom. 12, 1. ܒܥܐ ܐܢܐ ܥܠܝܟܘܢ *peto igitur a vobis.* Sic et Rom. 16, 17. 1 Cor. 1, 10. vel potius ubique.

1 Joh.

1 Joh. 3, 21. ܟܬܝܪ ܐܝܕܝ ܐܝܬ *Retecta eſt facies noſtra*, pro παῤῥησίαν ἔχομεν, *fiduciam habemus*: unde ܐܝܬ ܠܗ ܟܬܝܪ et ܐܝܬ ܠܗ ܓܠܝܐ *retectio faciei*, pro, παῤῥησία Phil. 1, 20. 1 Tim. 3, 13. Hebr. 3, 6. et ܓܠܝܐ ܒܥܝܢ *retecto oculo*, pro, *aperte*, *palam* Joh. 16, 25. c. 18, 20. 2 Cor. 3, 12. Hebr. 4, 16.

Joh. 12, 42. ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܒܪܝܫܐ *ut ne fierent foras*, *ut ne expellerentur*: ut Graecis active dicitur ἔξω ποιῆσαι *foras facere*, pro *exire jubere* vel *expellere* Act. 5, 34.

2 Cor. 3, 1. ܠܡܚܘܝ ܠܟܘܢ *ut oſtendamus vobis*, *quid* ſeu quales *ſimus*, ἑαυτοὺς συνιστάνειν.

1 Cor. 7, 31. *Et qui utuntur ſaeculo hoc*, *ſint tanquam* ܕܠܐ ܡܫܬܡܫܝܢ ܒܥܠܡܐ ܗܕܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܫܬܡܫܝܢ *utentes non extra convenientiam uſus*, pro, *ne abutantur*.

Luc. 18, 23. 24. ܐܬܩܨܦ *decurtatus*, vel, *confoſſus eſt ei*, ſc. ܪܘܚܐ *ſpiritus*, vel ܢܦܫܐ *anima*, pro, *triſtatus eſt*. Sic Matth. 14, 9. c. 17, 23. Joh. 16, 20. 21. 22. c. 21, 17. et tranſitive in Aphel 2 Cor. 2, 2. 5. c. 7. 8.

Hebr. 3, 10. ܐܬܩܨܦ ܠܝ ܒܗ ܕܕܪܐ ܗܝ *taeduit me generationis illius*, ſeu *faſtidium habui*; proprie, *taedio adfecta eſt mihi* (ſc. ܢܦܫܐ *anima*, vel ܪܘܚܐ *ſpiritus*) *in generatione illa*. Sic v. 17. Luc. 18, 1. Gal. 6, 9. 2 Theſſ. 3, 13. Hebr. 3, 10. 17. c. 12, 3.

Rom. 14, 4. ܠܡܪܗ ܕܒܝܬܐ ܐܬܩܨܦ *Poteſt dominus ejus*, proprie, *pertingens eſt in manibus domini ejus*. Sic in Fem.

2 Tim. 1, 12. Hebr. 11, 19. ܡܗܝܡܢܐ ܕܝܟܠ *qui potest*, et in Peil c. 2, 2. ܡܗܝܡܢܝܢ ܕܝܟܠܝܢ *qui possunt.*

Joh. 11, 19. ܠܡܒܟܝܗܝܢ ܠܒܐ *ut implerent cor illarum*, cum Praefixo ܠ objectivo, pro, *ut consolarentur illas*; 1 Thess. 2, 11. ܘܡܫܠܡܝܢ ܠܒܐ *et implebamus cor vestrum*, i. e. *consolabamur vos.* Sic Jud. 19, 3. Genes. 34, 3. c. 50, 21. Unde Phil. 2, 1. ܫܠܡܘܬܐ ܕܠܒܐ *implementum cordis*, pro, *solatium.* Lapsarunt *Trostius* et *Gutbierius*, derivantes ista non a ܫܠܡ *implevit*, sed a ܐܡܪ *loquutus est*, ad instar phrasis Hebraeae דבר על לב *loqui ad cor* alicujus, pro *consolari* Jes. 40, 2. quod vero analogiae grammaticae repugnat: sed et *Castellus Schaafiusque*, deducentes quidem a ܫܠܡ, sed ita ut significatum ei tribuant Verbi cognati ܐܡܪ *loquutus est*, quem tamen significatum ܐܡܪ nonnisi in Pael, ܫܠܡ vero extra hanc syntaxin cum ܠܒܐ nunquam habet, sicut nec ܐܡܪ sequenti Praefixo ܠ jungitur, quod contra de ܫܠܡ *implevit* valet, v. g. Act. 5, 3. ܫܠܡ ܣܛܢܐ ܠܒܟ *implevit Satanas cor tuum.*

Hebr. 6, 15. ܐܪܟ ܪܘܚܗ *protraxit* (Aphel a rad. ܐܪܟ) *spiritum suum*, i. e. *exspectavit patienter*, seu *longanimis fuit.* Sic c. 13, 22. Luc. 18, 7. Jac. 5, 7. Unde ܐܪܟ ܪܘܚܗ *cujus spiritus protractus*, pro, *longanimis*, 1 Cor. 13, 4. 2 Tim. 2, 24. nec non ܐܪܟ ܪܘܚܐ vel ܐܪܟ ܢܦܫܐ *protractio spiritus*, pro, *longanimitas* 1 Tim. 1, 16. Hebr. 6, 12.

Jac.

Jac. 2, 9. ܚܕ̈ܐ ܦ̈ܢܝ̈ܐ ܐܝܬ̈ܟ̈ *faciem accipitis*, προσωπολημπτεῖτε. Sic Luc. 20, 21. Gal. 2, 6. Unde ܩܒ̈ܠܢܐ ܕ̈ܚܕ̈ܐ *acceptio faciei*, προσωπολημψία *perſonae reſpectus*, Matth. 23, 28. Luc. 12, 1. Joh. 7, 24. 1 Tim. 5, 21. et ܕ̈ܚܕ̈ܐ ܦ̈ܢܝ̈ܐ *acceptor facierum*, pro, *hypocrita* Matth. 7, 5.

Deut. 29, 9. ܠܡ̈ܣܩ ܒ̈ܪܫ̈ܐ ܠ̈ܡ̈ܥܒ̈ *ut faciatis adſcendere* (a ܣܩ *adſcendit*) *ad caput*, i. e. *ad felicem exitum perducatis*. Sic c. 28, 29. Prov. 13, 13.

Act. 26, 1. ܢ̈ܦ̈ܫܐ ܡ̈ܦ̈ܩ ܘ̈ܡ̈ܦ̈ܩ *et exibat* (an *exire faciebat* ſeu *proferebat?*) *Spiritum?* an, *animam halitum?* i. e. *defendebat ſe*. Sic. v. 2. 24. c. 19, 33. 40. c. 22, 1. c. 24, 10. Luc. 21, 14. 2 Cor. 12, 19. unde 2 Tim. 4, 16. ܒ̈ܐ̈ܦ̈ܠ̈ܓ̈ܝ̈ܐ ܕ̈ܝ̈ܢ *in apologia mea*. Ratio et proprietas phraſeos non adeo liquida. Luc. 12, 11. ſec. Polygl. Angl. legitur in Aphel, ܐ̈ܡ̈ܪ̈ܐ ܠ̈ܟ̈ܘ̈ܢ ܢ̈ܦ̈ܫܐ *quomodo prolaturi ſitis ſpiritum*, vel, *halitum*, i. e. *vos defenſuri*.

Act. 4, 21. ܠ̈ܡ̈ܣܡ̈ ܒ̈ܪܫ̈ܐ *Ut ponerent in capite illorum*, pro, *punirent illos*; unde ܒ̈ܪܫ̈ܐ ܣ̈ܡ̈, vel conjunctim ܒ̈ܪܫ̈ܐ̈ܣ̈ܡ̈ *poſitio in capite*, pro, *poena*, *ſupplicium* Act. 22, 5. Hebr. 10, 29.

ܣ̈ܡ̈ ܚ̈ܙ̈ *cinxit*, *circumdedit*, pro Hebr. הִקִּיף Pſ. 17. (18) 9. ܣ̈ܡ̈ ܟ̈ܬ̈ܒ̈ *ſcripſit contra* aliquem, proprie, *compoſuit librum contra* aliquem, Aſſeman T. I. bibl. Or. p. 169.

Act. 5, 4. ܣ̈ܡ̈ ܒ̈ܠ̈ܒ̈ *poſuiſti in corde tuo*, pro, *conſtituiſti*; Luc. 1, 9. ܠ̈ܡ̈ܣܡ̈ ܩ̈ܛ̈ܪ̈ *ut poneret odoramenta*, pro, *ſuffiret*, *ſuffitum faceret*; Tit. 3, 12. ܣ̈ܡ̈ ܒ̈ܠ̈ܒ̈ *poſui in*

mente mea, pro, κέκρικα *decrevi*, quomodo et Act. 19, 21. unde in deteriorem partem flexa significatione, ܣܡܟܬ ܒܠܒܐ *positio in mente*, pro, ὑπόνοια *suspicio* 1 Tim. 6, 4. Item Matth. 6, 19. 20. ܣܝܡܘ ܠܟܘܢ ܣܝܡܬܐ *ponite vobis positiones*, pro, *congerite* vel *struite vobis thesauros*; quomodo et Rom. 2, 5. Denique Eph. 1, 5. ܣܡ ܠܢ *posuit nos in filios*, pro, *adoptavit*, unde Rom. 8, 15. 23. et c. 9, 4. ܣܡܬܐ ܕܒܢܐ *positio filiorum*, pro, *adoptio*.

Joan. 4, 4. ܐܝܬ ܠܗ ܠܡܥܒܪ *Opus erat ei*, pro, *oportebat eum*; velut per Latinismum. ܒܥܝܢ ܕܫܚܝܢ *male affecti*, οἱ κακῶς ἔχοντες Marc. 1, 32. 34. et c. 2, 17. ܫܚܝܢ ܒܥܝܢ sed pro quibus Philoxeniana versio substituit, ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܡܥܒܪ, atque, ܒܥܝܢ ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܫܚܝܢ.

1 Tim. 3, 3. Tit. 1, 7. ܕܠܐ ܥܒܪ ܒܚܡܪܐ *transiens super vinum*, pro, πάροινος *vinosus*, quod *Arabs Erpen.* ex Syro expressit, *nimius in bibendo vino*.

Joh. 9, 21. 23. ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܒܫܢܝܗܝ *Intravit sibi in annos suos*, pro, ἡλικίαν ἔχει *aetatem habet*, Germ. *er ist zu seinen Jahren gekommen*, Hebr. בָּא בַיָּמִים Gen. 18, 11. ubi *Syr.* pariter ܥܠܘ ܒܝܘܡܐ *intraverant in annos*.

Act. 25, 11. 12. ܠܩܣܪ ܐܢܐ ܩܪܝܢ *ad protectiones Caesaris provoco*, et ܠܩܣܪ ܩܪܝܬ *ad protectionem Caesaris provocasti*, pro, *Caesarem adpello*, et *Caesarem adpellasti*. Sic c. 26, 32. et, quod idem est, c. 28, 19. *coactus sum* ܐܬܩܪܝ ܠܩܣܪ *inclamare protectionem Caesaris*.

Cae-

Caeterum ܨܒܬܐ et ܨܒܐ *Caſtellus* et *Gutbierius* verterunt *provocationem* ſeu *adpellationem*, quaſi eſſet a ܨܒܐ *clamare* Act. 21, 28. Geneſ. 41, 55. Deut. 22, 24. Jeſ. 14, 31. quod ſi placeat, alia puncta ſubſternenda, ut fecit Caſtellus in lexico p. 273. ܨܒܬܐ: at ܨܒܬܐ eſt nomen cum praefixo ܨ, a ܒܬ Aph. ܐܒܬ *texit*, *protexit*. Sic et Erpenianus *Arabs* ex Syriaco fonte phraſin iſtam vertit, *confugere ad aſylum*, vel *implorare aſylum Caeſaris*.

Hebr. 6, 12. ܘܠܐ ܢܬܟܫܠܘܢ ܒܟܘܢ *et ut ne ſuccidatur vobis*, ſc. ܪܘܚܐ *ſpiritus*, vel ܢܦܫܐ *anima*, pro, *ut ne ſegneſcatis*, ſeu *defetiſcatis*, oppoſite ad ܐܪܟܐ ܪܘܚܐ *protractionem ſpiritus*, ſeu *longanimitatem*, ibid. Ephraem. Syr. T. I. p. 85. *cum Rahela* (ſobolis cupida, quamque exſpectare jubebat maritus, Sarae eam exemplo ſolatus) *intellexiſſet*, ܕܠܐ ܒܫܥܬܐ ܕܪܘܚܐ ܥܒܕ ܠܗ ܕܠܐ ܒܙܒܢ ܟܫܪ ܠܗ proprie, *quod protractione ſpiritus opus eſt ipſi, qui nullo certo praeſtituto tempore ei praecidebatur*. Sic 1 Theſſ. 3, 3. Hebr. 10, 38. ܕܐ ܢܬܟܫܠ ܒܗ *ſin ſuccidatur ipſi*, pro, *ſin defetiſcat*; unde ibid. v. 39. ܫܦܝܟܐ *ſucciſio*, nempe ſpiritus, pro *torpore*, Hebr. קְצַר רוּחַ Ex. 6, 9. Vide paulo ante ſub ܩܨܐ vel ܩܨܒ *curtari*.

A ܪܡܐ *jecit*, nota phraſes, *non potuit* ܠܐ ܡܨܐ ܪܓܠܗ ܠܐܪܥܐ *pedem humi figere*, i. e. ire chreſtom. p. 79. ܪܡܝ ܠܡܛܪܬܐ *projectus in lectum*, i. e. ex morbo decumbens, ibid. (vide et Schafii lex.) ܐܪܡܐ ܫܒܚܐ *projecit natationem*, i. e.

nata-

natavit, Act. 27, 42. 43. ܐܰܥܒ ܠܒܹܢܹ *lateres confecit* Exod. 5, 7. 16. ܐܰܥܒ ܣܗܕܘܬܐ ܥܠ ܥܡܐ *projecit teſtimonium in populum*, i. e. *obteſtatus eſt populum* Exod. 19, 12. ܐܰܙܕܰܒ *ſubjecit ſe, aures praebuit, fecit quod alter voluit*, Galat. 2, 5. 13. 1 Tim. 1, 4. Tit. 1, 14. chreſtom. p. 79. Ephraem T. I. pag. 84.

Luc. 19, 28. ܫܕܪܬܘܢ ܒܬܪܝ *miſiſtis poſt me*, pro μετεπέμψασθέ με, Germ. *ihr habt nach mir geſchickt*. Sic Actor. 10, 29.

CAPUT XII.

SYNTAXIS ET IDIOMATA NOMINUM.

§. CXV.

Compoſita graecorum quomodo exprimant Syri ubi ipſi compoſitum non habent.

Habent quidem Syri nomina compoſita, §. 61. Graecorum autem divitias et compoſitionis facilitatem cum lingua eorum non adſequatur, aut omnino pro diverſo utriusque linguae ingenio, graeca vertentes, compoſita ubi opus eſt lubetve exprimunt,

1) alia

1) alia per ſimplex efferunt ut τὰ ἀόρατα ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ Rom. 1, 20. ἄνομοι ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ et ἀνυπότακτοι ܠܐ ܡܬܬܪܥܝܢ 1 Tim. 1, 9. Id quidem jam per neceſſitatem fit, aut elegantiam, Syris ſimplex habentibus, graeco compoſito aequipollens, ut ܦܬܝܚܐ ἀνάβλεψις Luc. 4, 18. ܥܒܕ *collega* pro σύνδουλος Matth. 18, 28. ubi et videas Philoxenianam verſionem idem facere: jam praeter neceſſitatem, Luc. 11, 46. δυσβάστακτα ܡܥܩܢ̈ *gravia*, et Matth. 9, 16. ἄγναφος, ܚܕܬ *novus*; hoc quidem loco male, nec enim idem ſunt pannus novus et ἄγναφος, nec panni novi lacinia majorem rupturam factura eſſet. In his ergo Philoxeniana compoſito aut circumſcriptione uti ſolet, ut Luc. 11. ܣܒܠ ܩܫܐ *difficilia portatu*, et Matth. 9. egregie, ܠ ܡܬܒܠܐ. — — Syros ſimplicia ponere, ubi Graeci pro ſuae linguae ingenio compoſita ſimplicibus aequipollentia, vix opus dictu.

2) alia circumſcribunt: ut

a) Compoſita *negativa*, ſeu quae *privationem* notant, per ܠ *non*, ܠܐ *ſine*, vel ܠܝܬ *non eſt*, vel alia quacunque ratione. Sunt autem vel α) *Adjectiva*, v. g. 1 Cor. 7, 8. τοῖς ἀγάμοις, ܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܕܢܫܐ *illis quibus non ſunt uxores*; c. 1, 28. τὰ ἀγενῆ; ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܒܪܝܬ̈ܐ *quorum ſpreta eſt familia*; Act. 4, 13. ἀγράμματοι, ܠܐ ܝܕܥܝ ܟܬܒ̈ܐ *neſcientes litteras*; Eph. 1, 4. ἄμωμους, ܠܐ ܡܬܬܝܡ *ſine labe*; 1 Cor. 6, 2. ἀνάξιοι, ܠ

ܠܐ ܡܗܝܢ *non digni*; Matth. 12, 5. 7. ἀναίτιοι, ܠܐ ܒܥܠܐ ܕܚܛܗ *ſine reprehenſione*; Joh. 8, 7. ὁ ἀναμάρτητος, ܕܠܐ ܚܛܝܐ *ſine peccato*; Hebr. 11, 12. ἀναρίθμητος, ܕܠܐ ܡܬܡܢܐ ܠܗ *cui numerus non eſt*; 1 Cor. 1, 8. ἀνέγκλητος, ܠܐ ܡܬܬܒܥܐ *ſine accuſatione*; 2 Cor. 9, 15. et 1 Petr. 1, 8. ἀνεκδιήγητος et ἀνεκλάλητος, ܕܠܐ ܡܬܚܘܝܐ *quae non enarratur*; Luc. 12, 33. ἀνέκλειπτος, ܕܠܐ ܣܦ *qui non tranſit*; Matth. 3, 12. ἀσβέστῳ, ܕܠܐ ܡܬܟܒܝ *qui non exſtinguitur*; quibus adde cumulum exemplorum Rom. 1, 31. nec non c. 12, 9. Luc. 24, 25. 2 Cor. 9, 4. Eph. 3, 8. Col. 1, 15. 16. 1 Tim. 1, 17. c. 3, 2. c. 6, 14. 2 Tim. 2, 15. 23. Hebr. 2, 8. c. 11, 27. Jac. 2, 13. 1 Petr. 1, 22. item Eph. 5, 17. ἄφρονες, ܠܐ ܡܫܟܚܝ ܠܒܐ *carentes mente*. Vel

β) *Subſtantiva*, v. g. Apoc. 17, 4. ܠܐ ܡܬܩܒܠܐ *immundities*; 1 Cor. 15, 53. 54. ἀφθαρσία et ἀθανασία, ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ *non-corruptibilitas*, et ܠܐ ܡܝܬܘܬܐ *non-mortalitas*; Rom. 11, 30. 32. ἀπείθεια, ܠܐ ܡܬܫܡܥܘܬܐ *non-obedientia* (*); Rom. 2, 23. Marc. 6, 6. ἀπιστία, ܚܣܪ ܗܝܡܢܘܬܐ *defectus fidei*, et Marc. 16, 14. ܚܣܪ ܗܝܡܢܘܬܐ, quorum loco Philoxeniana ܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ponere ſolet.

b) *So-*

(*) Conferebat hic pater meus Hebraica אַל מָוֶת *immortalitas*, Prov. 12, 28. אל קום *irreſiſtibilis*, 30, 31. ligna אל מוגים *non putreſcentia*: de quorum tamen plerisque dubitari poſſit. At eandem conſtructionem habemus in לא אל *non Deus*, לא עם *non populus* Deuteron. 32, 21. Vide et Pſ. 36, 5. Jeſ. 31, 3. 8. c. 55, 2.

b) *Societatem* notantia: α) per adjectum ܥܡ *cum*; ut Rom. 16, 7. Col. 4, 10. Philem. v. 23. ὁ συναιχμάλωτός μου, ܐܣܝܪܐ ܕܥܡܝ *captivus qui eſt mecum*; Rom. 16, 3. 9. 21. ὁ σύνεργος ἡμῶν, ܦܠܚܢ ܕܥܡܢ *operarius qui nobiscum eſt*: β) per ܚܒܪ *ſocius*; ut Joh. 11, 16. τοῖς συμμαθηταῖς, ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܚܒܪܝܗܝ *diſcipulis ſociis ſuis*; 1 Petr. 5, 1. ὁ συμπρεσβύτερος, ܩܫܝܫܐ ܕܚܒܪ *presbyter ſocius veſter*: γ) per ܙܘܓ *conſors*; ut Eph. 3, 6. σύσσωμοι, ܒܢܝ ܦܓܪܐ *conſortes corporis*.

c) *Anticipationem* ſeu *prioritatem* dicentia, per ܩܕܡܘܬܐ *anticipatio*: ut Act. 2, 23. et 1 Petr. 1, 2. προγνώσει, ܒܩܕܡܘܬ ܝܕܥܬܗ *anticipatione ſcientiae ſuae*; 1 Tim. 5, 21. χωρὶς προκρίματος, ܒܠܐ ܩܕܡܘܬ ܠܒܟ *nec praeveniatur mens tua*.

d) *Copiam*, *multitudinem* deſignantia, varie: πολυλογία Matth. 6, 7. ܣܓܝܐܬܐ ܕܡܠܝܢ, inque Philox. ܣܓܝ ܡܠܝܢ, πολύτιμος Matth. 13, 46. Marc. 14, 3. ܝܩܪ ܣܓܝ Philox. ܣܓܝ ܣܓܝ, πολλαπλασίονα Luc. 18, 30. ܣܓܝ ܕܒܬܪܬܝܢ (*duplicationibus multis*) πολυποίκιλος Eph. 3, 10. ܣܓܝ ܕܦܘܢܝ, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως Hebr. 1, 1. ܟܠ ܦܘܢܝ ܘܟܠ ܣܓܝ *omnimodis portionibus et omnimodis formis*, captata paronomaſia.

e) *Univerſitatem* connotantia, per ܟܠ *omne*: ut Luc. 23, 18. παμπληθεὶ, ܟܠ ܣܓܝ *tota multitudo*; c. 11, 23. τὴν πανοπλίαν, ܟܠ ܙܝܢܗ *totam armaturam*;

2 Cor. 6, 18. παντοκράτωρ, ܟܠ ܡܪܝܐ *qui omnia tenet*; vel inverſo ordine, Apoc. 1, 8. c. 4, 18. ܡܪܝܐ ܟܠ *tenens omnia*; Sap. 18, 15. παντοδύναμος, ܟܠ ܫܠܝܛ *qui omnia poteſt*; Hebr. 4, 12. ἐνεργὴς, ܟܠ ܥܒܕ *omnia operans*.

f) Quae *iterationem*, per ܡܢ ܪܫ *a capite*: ut Tit. 3, 5. ܡܢ ܪܫ ܬܘܒܬܐ παλιγγενεσία.

g) Quae *ſpurium* quid, per ܟܕܒ *mendax*; ut 2 Cor. 11, 26. ψευδάδελφοι, ܐܚܐ ܟܕܒܐ *fratres mendaces*; v. 13. ψευδαπόστολοι ܫܠܝܚܐ ܟܕܒܐ; 2 Pet. 2, 1. ψευδοπροφῆται et ψευδοδιδάσκαλοι ܢܒܝܐ ܟܕܒܐ et ܡܠܦܢܐ ܟܕܒܐ; Matth. 24, 24. ψευδόχριστοι ܡܫܝܚܐ ܟܕܒܐ; 1 Tim. 6, 20. ψευδώνυμος γνῶσις. ܟܕܒܐ ܕܝܢܐ Rarius per ܟܕ et ܡܬܕܡܐ ut Matth. 24, 24. ψευδοπροφῆται ܡܬܕܡܐ ܢܒܝܐ inque Philox. ܟܕ ܢܒܝ.

h) *vana* per ܒܛܠ: κενόδοξοι Gal. 5, 26. ܒܛܠܝ ܫܒܚܐ, κενοδοξία Philip. 2, 3. ܫܒܚܐ ܒܛܠܐ, κενοφωνίαι 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 2, 16. et ματαιολογίαι 1 Tim. 1, 6. ܒܛܠ ܡܠܐ, ματαιολόγοι Tit. 1, 10. ܡܠܐ ܒܛܠܐ.

Alia, quae ad ſpecies non redigimus, exempla ſunto: ἐπίορκοι 1 Tim. 1, 10. ܥܒܪ ܟܕ ܚܠܦ *migrantes jusjurandum*, ἀνδραποδισταὶ ibidem, ܓܢܒ ܟܕ ܓܒܪ *furantes ingenuos*, πατρολῴαι καὶ μητρολῴαι ibid. ܐܒ ܘܐܡ ܚܒܠ, σκληροκαρδία Marc. 16, 14. ܩܫܐ ܠܒܐ δυσερμήνευτος σκληροκαρδία ܩܫܐ ܠܒܐ δυσνοητα 2 Petr. 3, 16. ܥܡܝܩ ܦܫܪܢܐ. ܦܬܚ ܐܦܝ *facies oſtii*, pro, *velum* Matth. 27, 51.

Marc.

Marc. 15, 38. Hebr. 6, 19. c. 9, 3. ܕܠܐ ܩܕܫ ܗܘ *qui non eſt ſuus*, pro, ἀλλότριος *alienus* v. 25. ܫܠܡܐ ܩܛܪܐ *incenſa integra*, pro, ὁλοκαυτώματα c. 10, 6. 8. ܕܟܬܝܒ ܚܛܝܬܐ *ſcriptum debiti*, χειρόγραφον Col. 2, 14. ܟܦܝܢ ܕܡܬܟܦܢ *abnegantes beneficium*, pro, ἀχάριστοι *ingrati* 2 Tim. 3, 2. ܕܛܠܝܐ ܗܘ ܒܬܠܡܝܕܘܬܗ *qui puer eſt in diſcipulatu ſuo*, νεόφυτος 1 Tim. 3, 6. ܕܥܩܠܗ ܨܚܝ *cujus mens vigil eſt*, νηφάλεος v. 2. ܕܐܝܕܘܗܝ ܠܡܟܐ ܠܡܫܕܐ *cujus manus currit ad percutiendum*, πλήκτης *plagoſus* v. 3. ܚܝܢܐ ܒܣܦ ܫܒܚܐ *vani gloria*, κενόδοξοι Gal. 5, 26. ܡܥܛ ܒܡܥܛ *modicum de multo*, pro, *aliquantulum* Rom. 15, 24.

§. CXVI.

Nomina compoſitis diviſim ſcriptis faciendis inſervientia.

Habent Syri praeter ea compoſita, de quibus §. 62. diximus, ingentem copiam compoſitorum ſecundariorum, duobus nominibus diviſim ſcriptorum, quibus formandis nomina quaedam auxiliaria inſerviunt. Sic quidem maxime nominibus أَبٌ *pater*, et أُمٌّ *mater* utuntur Arabes, (vide Golium p. 10. 11. 147-150.) ſed horum apud Syros uſus rarior, nec exempla inveni praeter haec a Caſtello notata, ܐܡ ܪܫܐ *mater capitis*, i. e. *cranium*, ܐܡ ܡܝܐ Sirac. 24, 34. *mater aquae*, Gr. ὑδραγωγὸς, *aquaeductus*, atque inde elliptice ܐܡ pro ܒܪܟܬܐ Nehem. 2, 14. At frequentiſſima Syris auxiliaria, quae ſola hic pono,

1) ܒܪ *filius*, Pl. ܒܢܝ *filii*; v. g. ܒܪ ܐܘܡܢܐ *filius opificii*, pro, ὁμότεχνος, Actor. 18, 3. c. 19, 24. 25. 38. ܒܪ ܒܝܬܐ *filius familiae magnae*, pro, εὐγενὴς *nobilis* Luc. 19, 12. ܒܪ ܝܘܓܝ *fili jugi mei*, pro, σύζυγε *socie*, idem *jugum* trahens Phil. 4, 3. ܒܪ ܡܪܒܝܢ *filius educatorum*, pro, σύντροφος *una educatus* Act. 13, 1. ܒܪ ܢܟܬܐ *filius seminis*, pro, *seminabile*, quomodo et Targ. *Onkel.* Lev. 11, 37. 38. ܒܪ ܒܣܪܐ *filius carnis*, *eadem carne satus*, *cognatus* Esa. 58, 7. Rom. 11, 14. ܒܪ ܙܢܝܐ *filius adulterii*, *nothus* Deut. 23, 2. ܒܪ ܝܘܡܗ *filius diei sui*, *eundem diem agens* Deut. 24, 15. Prov. 12, 16. ܒܪ ܫܥܬܗ *filius horae suae*, *eandem horam agens*, et adverbialiter, *illico*, *statim* Matth. 13, 5. 20. Joh. 5, 9. c. 13, 30. Act. 10, 33. c. 21, 32. Luc. 5, 13. etiam pluraliter Matth. 20, 34. et in Femin. c. 21, 20. ܒܪ ܐܢܫܐ *filius hominis*, pro *homo*, passim atque ita usu receptum, ut vel Adamus, qui patrem non habuit, ܒܪ ܐܒ ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ dicatur 1 Cor. 15, 47. ܒܪ ܓܘܓܪܐ *filius colli*, pro, *fimbria collaris* seu *collum ambiens* Pf. 132, (133) 2. Et in Plurali: ܒܢܝ ܐܝܪܬܐ *filii haereditatis*, συγκληρονόμοι Eph. 3, 6. ܒܢܝ ܐܬܪܐ *filii loci*, οἱ ἐντόπιοι Act. 21, 12. ܒܢܝ ܡܕܝܢܬܐ *filii urbis*, συμπολῖται, et ܒܢܝ ܒܝܬܐ *filii domus*, οἰκεῖοι c. 2, 19. ܒܢܝ ܫܒܛܐ *filii tribus*, συμφυλέται 1 Theff. 2, 14. ܒܢܝ ܥܡܐ *filii populi*, *gentiles* Joh. 18, 35. ܒܢܝ ܟܢܘܫܬܐ *filii comitatus*, σύνοδοι, συνοδία

συνοδία, συνέκδημοι, Luc. 2, 44. Act. 19, 29. ܒܢܝ ܥܕܬܐ *filii annorum meorum*, συνηλικιωτῶν μου, Gal. 1, 14. ܒܢܝ ܒܪ̈ܝܬܐ et ܒܪ *filius* et *filii ingenuorum*, pro, ἐλεύθερος et ἐλεύθεροι 1 Cor. 7, 22. 1 Petr. 2, 16. unde et fluvius Eleutherus 1 Macc. 11, 7. ܒܪ ܒܪ̈ܝܬܐ vocatur: ܒܢܝ ܩܪܛܝ *filii Cretae, Cretenſes*, Tit. 1, 12. ܒܢܝ ܛܥܘܬܐ *filii idolorum, idololatrae* Apoc. 2, 14. 20. Eodem modo et ܒܪ filia ponitur, ut ܒܢܝ ܐܡܐ Rom. 10, 16. 18. Gal. 4, 20. Hebr. 3, 15. plur. ܒܢܬ ܐܡ̈ܐ Act. 12, 22. ܒܪ̈ܝܬܐ ܒܪ *manumiſſa*, 1 Macc. 11, 7.

Plura ſi cupias evolve Schafii lexicon: haec tamen lexicis ignota ſi ordine alphabetico addidero, non ingratum me facturum lectoribus confido: ܒܪ ܪ̈ܙܐ *filius arcani*, i. e. *conſiliarius intimus*, chreſt. p. 41. ܒܪ ܒܪ ܐܠܘܢ *filius quercum*, i. e. *generoſa ſtirpe ortus*, Aſſem. bibl. Or. Tom. I. p. 243. ܒܪ ܕܡܐ *ſimillimus*, Ephraem. T. I. p. 46. ܒܪ ܡܗܝܡܢܘܬܐ *ſectarius haeretici* chreſtom. p. 5. ܒܪ ܒܪ ܬܪܝܢ *eandem naturam habens*, (frequentiſſimum in litibus Neſtorianorum et monophyſitarum nomen) ܒܪ ܕܒܠ ܬܪ̈ܝܢ *qui duplicem hereditatis partem accipit* Ephr. T. I. 75. ܒܪ ܦܪ̈ܕܐ *filius pardorum*, Bacchus, Carrhis cultus, Aſſeman T. I. bibl. Or. p. 327. ܒܪ ܦܠܓ *qui hereditatem cum alio dividit*, Ephr. T. I. 75. ܒܪ ܦܠܛܝܢ *palatinus aulicus*, Aſſeman T. II. p. 248. ܒܪ ܣܘܦܪܐ *filius menſae*, i. e. *commenſalis*, ܒܪ
ܒܝܬܐ

ܒܝܬܐ *ſyncellus*, chreſt. p. 63. ܒܪ ܐܝܬܝ *filius curpidis* (ἀκμῆς) *coaetaneus* Dan. 1, 10. ܒܪ ܒܝܬܐ *eandem cum alio tenens ſententiam vel doctrinam.* chreſtom. p. 9. 80.

Cave tamen, cum *Caſtello* ad hanc claſſem referas periphraſin *lunatici*, Matth. 17, 15. ܒܪ ܒܝܬ ܒܪ ܐܢܫܐ *qui eſt ſibi*, non *filius tectorum*, qs. *qui tecta ſcandit*, ſed potius *extra tecta*, qui domi non manet, coll. Luc. 8, 27. Nam et pluraliter dicitur c. 4, 24. ܒܪ̈ܝ ܒܪ̈ܝ̈ ܐ̈ܢܫܐ *et qui ſunt extra tecta.* Sic et ܒܪ ܫܘܪܐ *quod extra murum eſt*, (foſſa) Jeſ. 26, 1. non ad ܒܪ *filius*, ſed ܒܪ *extra* referendum videtur.

2) ܒܝܬ *domus*: v. g. ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ *domus pernoctationis*, i. e. *diverſorium* Gen. 42, 27. ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ *domus vincto-*

rum, *carcer*, Matth. 5, 25. Apoc. 2, 10. ܒܝܬ ܒܘܫܡ̈ܐ *domus odoramentorum*, *thuribulum* Hebr. 9, 4. ܒܝܬ ܡܦܠܛܐ *domus perfugii*, *aſylum* Pſ. 9, 10. ܒܝܬ ܕܝܢܐ *domus judicii*, pro, *praetorium*, Act. 19, 19. et κριτήριον Jac. 2, 6. ܒܝܬ ܫܕܪ̈ܘܬܐ *domus ligationis*, *carcer* Gen. 42. 17. ܒܝܬ ܓܢ̈ܙܐ *domus gazae*, et ܒܝܬ ܙܝܢ̈ܐ *domus armorum*, pro, *gazophylacium*, et *armamentarium*, Geneſ. 39, 2. Marc. 12, 41. 43. ܒܝܬ ܙܝ̈ܬܐ *domus olearum*, *olivetum* Luc. 19, 29. 37. Act. 1, 12. ܒܝܬ ܣܦ̈ܪܐ *domus librorum*, pro, *capſa libraria* 2 Tim. 4, 13. ܒܝܬ ܡ̈ܝܬܐ *domus mortuorum*, i. e. *ſepulchrum* Matth. 14, 2. ܒܝܬ ܡܟܣܐ *domus publicanorum*, i. e. *telonium* Matth. 9, 9. ܒܝܬ ܡܟ̈ܣܢ̈ܐ

domus

domus manſionis, i. e. *diverſorium* Marc. 14, 14. ܒܝܬ ܐܟܣܢܝܐ *domus cuſtodiae*, *carcer* Apoc. 2, 10. ܒܝܬ ܩܒܘܪܬܐ *domus ſepulturae*, pro, *ſepulcrum* Matth. c. 27, 60. vel Pl. ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ *ſepulcra* Luc. 8, 27. ܒܝܬ ܡܟܝܢ *domus capſarum*, ſeu *horreum* Luc. 12, 18. 24. ܒܝܬ ܢܦܘܩܐ *domus oblationis*, pro, *arca recipiendis donariis* Matth. 27, 6. ܒܝܬ ܒܪܟܐ *domus chori*, γάμος Matth. 25, 10. ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ *ſynagoga* et *ſynedrium* Luc. 7, 5. c. 22, 66. ܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ *urbs regia* 1 Maccab. 7, 2. ܒܝܬ ܡܥܡܕܢܐ βαπτιστήριον (ſub qua voce vide Svicerum) chreſtom. p. 55. ܒܝܬ ܢܘܪܐ *caminus* p. 96. ܒܝܬ ܣܗܕܐ *martyrium*, locus in templo ubi oſſa martyrum ſervantur, ſepulcrum martyris, p. 62. ܒܝܬ ܨܠܡܐ *idoleum*, Aſſem. B. O. T. III. P. II. p. 122. ܒܝܬ ܟܢܘܫܬܐ *ſynagoga* chreſt. p. 59.

Paulo difficilior phraſis, ubi non de loco, ſed de tempore poni videtur, ut ܒܝܬ ܝܠܕܐ *dies natalis*, Geneſ. 40, 20. Matth. 14, 6. (ad quem locum vide Ludovicum de Dieu) Marc. 6, 21. unde *feſtum nativitatis Chriſti* ܒܝܬ ܝܠܕܐ ܕܡܪܝ vel etiam κατ' ἐξοχην ܒܝܬ ܝܠܕܐ dicunt. Suſpicabatur Lud. de Dieu nomen inde ortum, quod die natali in eadem domo coeli, ſenſu aſtrologico, ſol eſſet: verum dicunt et Syri ܒܝܬ ܐܒܠܐ *luctus*, e. g. Geneſ. 27, 41. *veniet* ܢܩܪܒ ܝܘܡܐ ܕܐܒܠܐ *luctus patris mei*, Ezech. 24, 17. ܐܒܠܐ ܠܐ ܬܥܒܕ *luctum ne inſtitue.*

Alia, et ab his ſejungenda ratio eorum compoſitorum in quibus ܒܝܢ *inter* ſignificat, eſtque particula, ut ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ *Meſopotamia* (q. d. inter duo flumina) ܒܝܢ ܥܝܢܝ *frons* &c.

3) ܡܪܐ *dominus*: v. g. ܡܪܐ ܕܚܡܬܐ *dominus furoris* a ܚܡܬܐ *furor*, aut ſi mavis a ܙܒܢ *repulit*, *tutatus eſt*, pro, *inimicus* Matth. 13, 28. 39. ܡܪܐ ܕܕܝܢܐ *dominus luctae*, pro, *adverſarius* Pſ. 11, tit. ܡܪܐ ܕܕܝܢܐ *dominus judicii*, *adverſarius* Matth. 5, 25. ܡܪܐ ܕܬܚܘܡܐ *dominus limitis*, pro *finitimus*, *vicinus*, 2 Par. 14, 5. ܡܪܐ ܕܥܙܬܐ *dominus conſilii*, *conſiliarius* Rom. 11, 34. ܡܪܐ ܕܩܝܡܐ *dominus foederis*, pro, *foederatus* Gen. 14, 13.

4) ܒܥܠ *dominus*, eodem modo ac praecedens: ܒܥܠ ܕܒܝܬܐ *dominus debiti*, i. e. *creditor* Luc. 7, 41. ܒܥܠ ܥܝܢܐ *pecuarius*, Geneſ. 46, 34. (אנשי מקנה) ܒܥܠ ܚܝܠܐ *ſtrenuus*.

5) ܪܒ *princeps*, *praefectus*: v. g. ܪܒ ܐܠܦܐ *chiliarchus* et ܪܒ ܡܐܐ centurio, 2 Sam. 18, 1. ܪܒ ܒܝܬܐ *praefectus domus*, *oeconomus* Luc. 8, 3. indeque abſtractum ܪܒܘܬܐ ܕܒܝܬܐ *oeconomia* c. 16, 2. ܪܒ ܟܗܢܐ *praefectus ſacerdotum*, ἀρχιερεὺς Hebr. 4, 14. ܪܒ ܟܘܡܪܐ idem, in reliquis N. T. libris, ܪܒ ܪܥܝܐ ἀρχιποιμὴν 1 Petr. 5, 4. ܪܒ ܛܒܚܐ *archipincerna* Gen. 40, 1. ܪܒ ܛܘܠܢܐ ἀρχιτελώνης Luc. 19, 2. ܪܒ ܡܠܚܐ *nauclerus* Jon. 1, 6. &c. &c.

6) ܙܒܢ

6) ܪܫܐ *caput*: ut ܪܫ ܐܒܗܬܐ *caput patrum, patriarcha* Act. 2, 29. ܪܫ ܟܗܢܐ ἀρχιερεὺς, versio Philoxeniana ܪܫ ܟܢܘܫܬܐ *caput ſynagogae, archiſynagogus* Luc. 8, 41. ܪܫ ܡܠܐܟܐ *caput angelorum, archangelus* 1 Theſſ. 4, 16. ܪܫ ܣܘܒܐ *caput convivii*, ἀρχιτρίκλινος Joh. 2, 8. 9.

§. CXVII.

De nominibus propriis geographicis.

Pergimus ad nomina ſubſtantiva et adjectiva: Nominibus propriis urbium et regionum Syri frequenter addunt adpellativum ܡܕܝܢܬܐ *urbs*, et ܐܬܪ, jam *urbs*, jam, *regio*. Exemplorum quantum ſufficit in chreſtomathia invenient linguam Syriacam diſcentes, ex quibus, ut intelligar, duo modo ponam p. 8. ܡܢ ܐܬܪ ܕܐܪܬܓܪܐ *ex domo* (urbe) *Artagera*, et ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܢܘܐ *ex Ninive urbe*. De metropoli magnae regionis ubi loquuntur, ut Antiochia, Alexandria, pro ܡܕܝܢܬܐ haud raro ponunt, ܐܬܪ Magna i. e. *metropolis*, ut p. 58. chreſtomathiae, ܐܬܪ ܠܟܦܪܢܐ Sic et nomina, *caſtellum, vicus*, addere ſolent.

Eodemne referendum ſit, quod in illis actuum apoſtolicorum capitibus, in quibus itinera Pauli deſcribuntur, maxime in viceſimo ſeptimo, non modo haec quae dixi adpellativa, ſed et alia, ut, ܐܝܣܛܘܠܐ *inſula*, addunt, in dubiis relinquo: forte enim ſi non omnia, aliqua tamen, ſcholia ſunt, ſive editoris et librarii eruditioris,

tioris, docere volentis minus eruditos, ſive marginis, errore in textum recepta. Certe caput 27 ſine ejusmodi ſcholiis indocto non difficile modo, ſed obſcurum. Aral s quidem Erpenianus, ex Syriaco Actus vertens, aliqua horum nominum omittens, teſtis eſt, in ſuo illa exemplo S, riaco non fuiſſe.

§. CXVIII.

Adjectiva in ſubſtantiva tranſeuntia.

Frequente uſu adjectivorum aliqua in ſubſtantiva tranſire, omiſſo nempe, quod facile ſubintelligitur ſubſtantivo, omnibus fere linguis commune: ſic Latinis *bidentes* ſimpliciter, ſunt, *oves bidentes*. Hoc quidem recentiori Syriasmo in nominibus dignitatum eccleſiaſticarum frequentius: ut ܩܕܝܫܐ *ſancti*, (per compendium ſcriptionis ܩ̈) i. e. *epiſcopi*, chreſt. p. 82. qui et ܒܪܝܫܐ *pii* vocari ſolent. Quin et in aliis uſu venit nominibus, ut ܚܘܪܐ *albi*, nummi genus, Aſſ. Bibl. Or. T. II. p. 377. ܫܒܘܥܬܐ ܚܘܪܐ *hebdomas albarum* ſc. veſtium, chreſtom. p. 85. &c.

§. CXIX.

Circumſcriptio adjectivorum.

Nomina Adjectiva Syris, quam vel Graecis vel Latinis, comparate pauciora ſunt. Penſatur tamen illorum defectus a) per Subſtantiva ab aliis Subſtantivis rec-

ta;

cta; ut ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ *Spiritus ſanctitatis*, pro, *ſanctus*, Matth. 4, 1. ܪܘܚܐ ܕܡܬܢܐ *donum ſpiritus*, pro, *ſpirituale* Rom. 1, 11. ܚܟܡܬܐ ܕܒܣܪܐ *in ſapientia carnis*, pro, *carnali* 2 Cor. 1, 12. b) per Subſtantiva abſolute quidem poſita, ſed cum Praefixo *Dolath*; ut, *novimus*, ܝܕܥܝܢܢ ܕܢܡܘܣܐ ܗܘ ܪܘܚܐ *quod lex ſpiritus (ſpiritualis) ſit*, ܐܢܐ ܕܒܣܪܐ ܐܝܬ *ego vero carnis (carnalis) ſum* Rom. 7, 14. ܕܡܪܘܡܐ *in divinis*, q. d. ܕܡܠܟܘܬܐ *in rebus Dei* Hebr. 2, 17. ܕܠܐ ܒܗܠܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ *in illis quae Dei ſunt*, i. e. in rebus divinis c. 5, 1. quomodo Luc. 8, 49. ܡܢ et ܡܠܟܘܬܐ ſunt τὰ τοῦ Καίσαρος, et τὰ τοῦ Θεοῦ; item ܥܒܕ ܙܒܢܝ *temporarius eſt* Matth. 13, 21. ܡܢ ܒܝܬ ܪܒܐ ex (ſubaudi ܐܢܫܐ *hominibus*) *domus archiſynagogi*, i. e. *ex domeſticis* Luc. 8, 49. ܕܫܪܝܪ ܠܗ ܕܝܘܬܐ *cujus daemones ſunt*, i. e. *daemoniacus*. Marc. 5, 15. 16. (pro quo tamen Philoxeniana ܕܝܘܢܝ ponit, adjectivum ex participio factum.) c) per Subſtantiva cum Suffixis; ut ܛܘܒܝܟ *beatus es* (proprie, *beatitudines tuas!*) Matth. 16, 17. ܛܘܒܝܗܘܢ *beatitudines illorum!* pro, *beati ſunt* c. 5, 3 - - 11. d) per Participia paſſiva vel neutra; ut, *Ignis* ܕܠܐ ܡܬ *qui non exſtinctus fit*, pro, ἄσβεστος *inexſtinguibilis* Luc. 3, 17. ܕܠܐ ܡܬ ܘܠܐ ܐܬܚܙܐ *qui non corruptus, nec viſus* fit, pro ὁ ἄφθαρτος καὶ ὁ ἀόρατος *incorruptibilis et inviſibilis* 1 Tim. 1, 17. e) aut per aliam quamcunque periphraſin; ut ܕܐܝܟ ܗܢܐ *qui eſt ſicut hic*, pro, *talis* Matth. 9, 8. ܕܟܡܢ *ſecundum quem*, pro,

qualis Marc. 13, 19. ? ܕ *quod*, et ܟܠ ܗܢܐ *omne hoc*, pro, *tantum quantum* Apoc. 18, 7.

§. CXX.

De ܡܪܢ *et* ܡܪܝ

Frequentiſſimum Syris, ܡܪܢ *mi domine*, quo fere ut nos nomine, *Herr*, utuntur, promiſcue quemque ܡܪܢ *ſalutantes*, aut illud nomini ejus addentes. Scriptores tamen eccleſiaſtici hoc aliquando diſcrimine, ut heterodoxorum nomina ſine ܡܪܢ ponant, orthodoxos ſolos *dominos* vocent e. g. ܡܪܢ ܦܛܪܐ *dominus Papas*. Vide chreſtom. p. 8. 9.

ܡܪܝ *dominus noſter*, abſolute ponunt, ubi de rege ſermo, chreſtom. p. 48. ܟܕ ܚܙܐ ܡܪܝ ܐܒܓܪ ܡܠܟܐ *cum vidiſſet dominus noſter Abgar rex:* idque vetus interpres N. T. ita ad Chriſtum transtulit, ut ὁ κύριος ܡܪܝ verteret. Joh. 21, 7. 12. Actor. 1, 1. 1 Cor. 11, 26. quin et ipſe Paulus 1 Cor. 16, 22. Μαραν ἀθα *dominus noſter venit*, pro quo Phil. 4, 5. habet, ὁ Κύριος ἐγγύς. Philoxeniana tamen verſio pro hoc ܡܪܝ, graeca exacte repraeſentare ſtudens, ܡܪܢ reponere ſolet.

§. CXXI.

Nomina alius generis terminationem in plurali habentia, quam in ſingulari, in conſtructione plerumque ſequuntur genus ſingularis.

Pluralia feminina, quae in Singulari ſunt maſculina,

et

et viciſſim Pluralia maſculina, quae in Singulari ſunt feminina, ſequuntur *Genus* ſuorum Singularium.

a) Ad priorem Nominum claſſem ſpectant: Matth. 12, 43. et Luc. 11, 24. ܒܬܪ̈ܐ ܕܠܝܬ ܡ̈ܝ̈ܐ *in locis* (Fem.) *in quibus* (Maſc.) *aquae nullae ſunt*; Act. 19, 1. ܒܬܪ̈ܐ ܥܠ̈ܝܐ *in locis ſuperis*; Luc. 2, 13. ܟܬ̈ܒ̈ܐ ܣܓ̈ܝ̈ܐ *exercitus multi*; Luc. 1, 23. ܟܕ ܐܬܡ̈ܠܝ ܝ̈ܡ̈ܝ *cum impleti eſſent dies*; c. 17, 22. ܐܬ̈ܝ̈ܢ ܝ̈ܡ̈ܝ *venient dies*; Dan. 7, 9. ܟܪ̈ܣ̈ܝ̈ܐ ܐܬܝܗܒܘ *throni poſiti ſunt*, cet. quorum Pluralia, ſi terminationem ſpectes, ſunt Feminina, ſed a Singularibus deducta Maſculinis, ܒܬܐ *locus*, ܓܝܫ *exercitus*, ܝܘܡ *dies*, ܟܘܪܣܝܐ *thronus*.

b) Ad poſteriorem vero claſſem confer: Num. 11, 31. ܬܪ̈ܥ̈ܐ ܐ̈ܡ̈ܝ̈ܢ *duo* F. *cubiti* M. Joh. 11, 35. ܘܐܬܕ̈ܪ̈ܝ ܕ̈ܡ̈ܥ̈ܘܗܝ *et oboriebantur lacrimae ejus*; Gen. 11, 3. ܐ̈ܠ̈ܝܢ *illos* F. poſt ܠ̈ܒ̈ܢ̈ܐ *lateres* M. Act. 17, 20. ܡ̈ܠ̈ܐ ܕ̈ܡ̈ܘ̈ܪ̈ܬ̈ܐ *verba* M. *peregrina* F. Luc. 12, 7. ܣ̈ܦ̈ܪ̈ܐ ܕ̈ܫ̈ܥ̈ܪ̈ܐ ܕ̈ܪ̈ܫ̈ܟ̈ܘܢ ܟ̈ܠ̈ܗ̈ܘ ܡ̈ܢ̈ܝ̈ܢ ܐ̈ܠ̈ܝܢ *pili comae capitis veſtri omnes numerati ſunt*; Marc. 4, 32. *tulit* ܥ̈ܒ̈ܝ̈ܐ ܪ̈ܒ̈ܐ *ramos ingentes*; Luc. 5, 2. *vidit* ܬ̈ܪ̈ܬ̈ܝ ܣ̈ܦ̈ܝ̈ܢ ܕ̈ܩ̈ܝ̈ܡ̈ܢ̈ܝ̈ܢ *naves duas ſtantes*; c. 12, 19. ܫ̈ܢ̈ܝ̈ܢ ܣ̈ܓ̈ܝ̈ܐ *in annos multos*; Matth. 7, 25. ܝ̈ܣ̈ܘ̈ܕ̈ܘ̈ܗܝ ܕ̈ܗ̈ܘ̈ܘ̈ ܣ̈ܝ̈ܡ̈ܝ̈ܢ *fundamenta ejus poſita erant*, cet. a Singularibus Femininis ܐ̈ܡ̈ܬ̈ܐ *cubitus*, ܕ̈ܡ̈ܥ̈ܐ *lacrima*, ܡ̈ܠ̈ܬ̈ܐ *verbum*, ܥ̈ܒ̈ܬ̈ܐ *pilus*, ܥ̈ܢ̈ܦ̈ܐ *ramus*, ܣ̈ܝ̈ܦ̈ܬ̈ܐ *navis*, ܝ̈ܣ̈ܘ̈ܕ̈ܐ *fundamentum*.

§. CXXII.

§. CXXII.

Anomalia generis.

Supra jam §. 100 monitum, rariſſimam Syris eſſe anomaliam generis, certa ſatis et perpetua lege ſubſtantiva maſculina cum maſculinis, foeminina cum femininis conſtrui. Colligemus tamen aliqua, quantumvis pauca, anomala aut anomaliam prae ſe ferentia.

Quod ſecunda ſtatim pagina chreſtomathiae occurrit, ܗܘܐ ܠܗ ܦܘܠܓܢܐ *diſſidium erat*, vix in anomalis cenſendum: ܠܗ enim cum nomen ſubſtantivum generis maſculini ſit, cum eo ܗܘܐ recte conſtrui poterat, ad verbum: *diſſidium exſiſtentia erat*. Quamquam eo ipſo loco, ex quo petita phraſis, Joh. 9, 16. ܗܘܬ ܠܗ ܦܘܠܓܢܐ legitur, unde ſuſpicor, ܗܘܬ non vitium quidem grammaticale, ſed tamen ſphalma eſſe librarii.

Nomen ܡܠܬܐ *Verbum*, quod feminini eſt Generis, cum ad Chriſtum refertur, et τὸν ὑποστατικὸν λόγον deſignat, ut maſculinum conſtruitur, reſpectu habito ad ſenſum: Joh. 1, 1-4. 14. *In principio* ܗܘܐ ܡܠܬܐ ܒܫܪܝܬܐ *erat* M. *Verbum*, ܗܘ ܡܠܬܐ ܗܘܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܗܘ *et ille* (pro *illud*) *Verbum erat apud Deum*, cet. Sic Apoc. 13, 1. ſqq. ܚܝܘܬܐ ܕܢܫܐ *beſtia dentata*, quia Antichriſtum ſignat, non niſi maſculinis jungitur, per ſyllepſin.

Ex Defectivis Pluralibus Maſculinis Nomen ܫܡܝܐ *Caelum* aliquando jungitur Singulari feminino; ut Matth.

16,

Matth. 16, 2. ܫܦܝܪܐ ܗܘ ܕܫܡܝܐ *rubet caelum*. Sic ibid. v. 3. Jac. 5, 17. 18. at masculino in Philoxeniana versione citatis Matthaei locis, 16, 2. 3. et Apoc. 19. 11. Nempe coeli nomen, quod Arabibus (سماء) femininum, Hebraeis masculinum, Syris fuit generis communis.

Nomina generis communis, aut dubii, aut arbitrarii, in eadem orationis serie possunt alternatim masculine et feminine construi. ܫܡܝܐ p. 61. chrestom. lin. 1. construitur cum femininis ܐܪܥܐ et ܐܝܡܐ, lin. 2. cum masc. ܝܡܐ. Idem Hebraeis usu venire, sed multo frequentius, observavimus.

§. CXXIII.

Casum, quomodo Syri exprimant?

Casum, i. e. *terminationem quae constructionem nominis arguit*, Syri non habent, ut nec Hebraei; nullum certe ex his sex casibus, quos latini: septimum enim, *regentem*, recte dicere statum constructum posset, si quis novitate et veritate verborum delectatur. Re ipsa, i. e. constructione, nulla orbis terrarum lingua caret, atque illa vix usquam Syriaca legenti dubia: quod eo usque valet, ut saepius in Hebraicis, atque adeo in Latinis, de constructione nominis ambigere, quam in Syriacis possis.

Nominativus quidem nullo plane apud Syros indicio aut notatur, aut indiget, ſed ex tota orationis ſerie intelligitur.

Genitivus triplici modo exprimitur,

1) per praecedens nomen ſtatus conſtructi, ut ܡܠܟ ܐܠܗܐ *verba dei*

2) per Dolath praefixum poſt ſtatum emphaticum, ܡܠܐ ܕܐܠܗܐ proprie, *verba quae ſunt Dei.*

3) pleonaſtice, per idem Dolath ſed poſt nomen in ſtatu ſuffixo poſitum, ut ܡܠܟܗ ܕܐܠܗܐ *verba ejus, quae ſunt Dei.* Talis pleonasmus, qualis ille Germanorum, qui pro, *Gottes Wort*, dicere poſſunt, *Gottes ſein Wort*, apud nos obnoxius grammaticis viſus, ſed Syris perquam frequens.

Dativus ex praefixo Lomad agnoſcitur, ܠܐܠܗܐ *Deo.*

Accuſativum vel ex ſolo praecedente verbo activo, aut praepoſitione, adcuſativum regente, ut ܒܬܪ, *poſt*, ܠܘܬ *ad*, ܥܠ *propter*, ܥܠ *ſuper*, agnoſces, ut ܚܙܝܢ ܝܩܪܗ *vidimus gloriam ejus*, Joh. 1, 14. Saepe tamen et praefixum Lomad ei praeponunt, ut ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܠܥܠܡܐ ܚܒ *amavit deus mundum*, Joh. 3, 16. ܕܡܢ ܠܐ ܚܣܝܢ ܠܡܫܪܝ ܠܡܟܣ *quem oportet coelum capere.* 1 Joh. 3, 10. *in hoc eſt amor, non* ܗܝ ܒܗܕܐ ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܐܢܚܢ ܚܒܝܢ ܠܐܠܗܐ ܐܠܐ ܕܐܠܗܐ ܚܒ ܠܢ *quod nos amavimus Deum, ſed quod Deus amavit nos, et miſit filium ſuum propitiationem.* Interpres V. T. Syriacus

riacus coeperat quoque, pro את Hebraeorum, adcusativi casus nota, ܠܬ ponere, Genes. 1, 1. *in principio creavit Deus* ܐܠܗܐ ܠܬ ܫܡܝܐ ܘܠܬ *coelum et terram*: sed statim desiit, credo, quod molesta vel ipsi videretur particulae insolentioris frequens repetitio, versuque jam quarto pro את הארץ posuit ܘܐܪܥܐ. Quin hoc ipso in loco Genes. 1, 1. Ephraem Syrus ne pro particula quidem habuit, sed nomine, ܬܚܘܬܐ, *substantiam*, interpretatus, ܐܠܗܐ ?ܬܚܘܬ ܫܡܝܐ ?ܬܚܘܬ ܘܐܪܥܐ i. e. *substantiam coeli* et *substantiam terrae*: forte ergo ܠܬ plane non fuit particula adcusativi index, sed emphasin captarat interpres in Hebraico את. Ecclesiasten Salomonis qui Syriacum fecit, aliquoties eodem ܠܬ utitur, ut c. II, 3. III, 17. IV, 1. VIII, 9. 17. itemque Cantici interpres c. III, 5. VIII, 4.

Vocativus jam ex serie orationis agnoscitur ut Matth. 26, 39. 41. Rom. 8, 15. Apoc. 16, 7. Luc. 1, 3. jam ex particula ܐ, quam a graecis sumserunt, ܐܦܣܛܘܠܐ ܐ Matth. 15, 28. ܐ ܬܐܘܦܝܠܐ Act. 1, 1. Vide et Luc. 24, 15. Actor. 7, 51. Rom. 2, 1. 3. 1 Timoth. 6, 11. 20. Jac. 5, 1. — — Philoxenianam versionem, cum alias vocalibus careat, subjecta tamen vocali E vocativum indicare video, Luc. 1, 3. ܬܐܘܦܝܠܐ *Theophile*.

Ablativus ex praepositionibus ablativum regentibus agnoscitur.

§. CXXV.

Specialiora de casu notata.

Nominativus aliquando absolute ponitur, et citra nexum syntacticum: ut Joh. 19, 11. ܗܘ ܕܡܫܠܡ ܠܟ ; ܘܒܝܕ ܐܝܬ ܠܗ ܚܛܝܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܝܠܟ ; *Is qui tradidit me tibi, majus est peccatum ejus quam tuum*, ex Graeco ὁ παραδιδούς με σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει; Act. 15, 21. ܡܘܫܐ ܓܝܪ ـ ـ ـ ܐܝܬ ܠܗ ܟܪܙܘܗܝ *Moses enim* ـ ـ *sunt ei praecones*, i. e. *habet suos praecones.* Constructio sensum magis quam syntaxin respiciens. Alia et plura exempla vide in patris mei dissertatione *de Soloec. Casuum* §. VII.

Genetivus aliquando vicem supplet Nominativi, aut alius cujusque Casus per adpositionem adjecti: ut Act. 7, 40. ܡܨܪܝܐ ܕܐܬܝ ; ܡܢ ܐܪܥܐ *ex regione Aegypti*, i. q. *ex regione Aegypto*; Act. 20, 26. et Rom. 11, 8. ܝܘܡܐ ܗܢܐ ; *die hodierni*, seu *hujus diei*, pro, *die hodierno*; quam syntaxin utrobique et Arabs sequitur. Idem *Genitivus* pro Ablativo, in constructionibus per regimen: ut Luc. 24, 25. ܐ ܣܟܠܬܢܐ ܘܩܠܝܠܐ ܠܒܐ *o carentes rationis, et graves cordis*, pro *ratione, corde*; Act. 7, 51. ܐ ܩܫܝ ܥܘܪܦܐ *o duri cervicis*, pro *cervice*; Cant. 2, 5. ܚܒܝܠ ܐܢܐ *aegra amoris*, pro *amore.* Vide praedictam differt. §. XI.

Post nonnullas particulas, alium casum regentes, sequi videri possit genitivus, ut Assemani bibl. Or. T. I. p. 30. ܥܡ ܐܦܣܩܘܦܐ *cum episcopis*, p. 36. ܡܢ ܩܕܡ ܟܘܠܗ

a pre-

a precando chreſtom. p. 75. ܗܘ ܒܗ̈ ܕ̈ *de eodem corpore*, p. 78. *noluit colloqui* ܥܡ ܗ̈ ܕ̈ ܐ̈ *cum patriarcha*: ſed hac carebis anomalia, ſi ad literam vertas, *cum illis, qui ſunt epiſcopi*, i. e. cum illis nempe epiſcopis, *ab eo quod erat ad precandum*, - - *ab illo quod eſt corpore*, i. e. ab illo, nempe corpore, - - *cum illis, nempe epiſcopis*. Eſt Dolath pleonaſticum, genitivum ſimulans, non faciens.

Huc et referendas exiſtimo has conſtructiones, ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *amputavit aurem ejus quae eſt dextra*, i. e. nempe dextram, Luc. 22, 50. Joh. 18, 10. ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *latus* (nempe) *dextrum navigii* Joh. 21, 6. ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *oculus tuus dexter* ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *manus tua dextera*, ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *maxilla tua dextera* Matth. 5, 29. 30. 39. ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *pedem ſuum dexterum* Apoc. 10, 2. ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *manu ſua ſiniſtra* Jud. 3, 21. Quae quidem per ellipſin explicabat Pater meus p. 160. Syriasmi, pro *manus*, vel, *oculus lateris ſiniſtri*. Et hoc ſatis veriſimile, ſed noſtram conſtructionis explicationem veriſimiliorem facit Philoxeniana verſio Matth. 5, 29. plene habens ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ et Luc. 22, 50. ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈.

Caeterum ut apud Hebraeos, ſic et apud Syros, ſtatus conſtructus duo ſubſtantiva conjungens ſaepe adjectivorum loco fungitur. Vide §. 119. et ne hic exemplis careas, habe, ܐ̈ ܕ̈ ܒ̈ ܐ̈ *multum viduarum* Luc. 4, 25. pro πολλαὶ χῆραι (quem Syriasmum primo interpre-

ti eleganter obrepentem, vitavit ſuperſtitioſius graecas conſtructiones exprimens Philoxeniana verſio, ܗܝ̈ܠ ܕܝܘ̈ܡܬܐ ܙܥܘ̈ܪܐ (ܐ ܙܥܘ̈ܪܐ ܕܝܘ̈ܡܬܐ *exiguum dierum* Joh. 2, 12. pro, οὐ πολλὰς ἡμέρας, ſeu, ut habet Philoxeniana, ܠܐ ܗܝ̈ܠ ܕܝܘ̈ܡܬܐ *non multum dierum.*

Dativus poſt Verbum paſſivum aliquando aequipollet *Ablativo* cum Praepoſitione *a* vel *ab*: Vide §. 110.

Contra, *Accuſativus* poni videtur aliquando a) pro *Nominativo*, ubi eſt conſtructio ad ſenſum; ut Matth. 26, 11. ܠܝ ܠܐ ܟܠ ܙܒܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ *me vero non omni tempore eſt vobis*, pro, *ego non ſum vobis*, vel *me non habetis*. Sic Joh. 12, 8. Apoc. 9, 11. Vide §. 97. b) pro *Dativo*, ubi conceptus, quos nos Syrorum verbis ſubdimus, a Syrorum conceptibus nonnihil differunt: v. g. Eph. 6, 13. *ut poſſitis* ܠܡܩܒܠ ܠܡܗܘ̈ *obviam ire Malo*, quaſi *obvium habere Malum*; Luc. 13, 2. ܗܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܠܗܘ̈ *quod ita factum eſt* ſeu *evenit illis*, qs. Germ. *daſs dieſes ſie alſo betroffen hat*; ſic Act. 7, 40. et c. 28, 5. 6. Item Deut. 20, 11. ܢܦܠܚܘܢܟ *ſervient tibi*, qs. *colent te* ſervitiis; Act. 6, 2. ܘܢܫܡܫ ܣܘܟܢ̈ *et miniſtrabimus menſis*, qs. *miniſtrando curabimus menſas*. c) Pro *Ablativo*, poſt Verba *copiae* vel *inopiae*: ut Pſ. 104, 24. ܡܠܝܐ ܐܪܥܐ ܙܒܢܟ *plena eſt terra poſſeſſionem tuam*, pro, *poſſeſſione tua*; Col. 1, 9. ܕܬܬܡܠܘ ܒܝܕܥܬܐ *ut impleamini cognitionem*, pro, *cognitione*; Matth. 16,

16, 26. *si* — — ܢܦܫܗ ܒܥܐ *animam suam destitutus fuerit*, pro *anima sua*, h. e. *si animae suae jacturam fecerit*. Item post Verba quaedam neutra; ut Matth. 26, 39. ܢܥܒܪ *transeat me*, pro παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ, aut passiva, ut ܡܢܐ ܢܠܒܫ *quid vestiemur*. Matth. 6, 31.

§. CXXV.

De comparatione.

Gradus comparationis non terminationibus, sed vel sensu vel periphrasi discernuntur. Quod a) ad *sensum*, confer Rom. 9, 12. ܪܒܐ ܢܗܘܐ ܥܒܕ ܙܥܘܪܐ *senex erit servus parvo*, id est, *senior minori*; Matth. 11, 20. ܣܓܝܐ ܚܝܠܗ *virtutes ejus multae*, i. e. *plurimae*, c. 22, 36. *Quodnam est praeceptum in lege* ܪܒܐ *magnum*, i. e. *maximum*? Quod vero b) ad *periphrasin*, COMPARATIVUS describitur per Positivum cum praeced. vel seq. ܡܢ *prae*; ut Joh. 10, 29. ܟܠ ܡܢ ܪܒ *prae omnibus magnus est*, pro, *major omnibus*; 1 Cor. 1, 25. *Stultitia Dei* ܚܟܝܡ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫ *sapiens est prae hominibus*, pro, *sapientior hominibus*. Aliquando interjicitur ܛܒ *valde*, vel ܝܬܝܪ *magis*; ut Hebr. 3, 3. ܣܓܝܐ ܗܢܐ *Magna est enim gloria hujus* ܡܢ ܡܫܐ ܛܒ *valde prae* gloria *Mosis*, pro, *longe major*; item c. 4, 12. c. 11, 4. 26. Act. 20, 35. *Beatus est qui dat* ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܢܣܒ ܛܒ *magis prae illo qui accipit*, pro, *beatior est accipiente*. SUPERLATIVUS significatur vel per quadrilittera, ut 1 Cor. 6, 2.

ܕܝܢܐ

ܐܠܝܟ̈ ἐλαχίστων, 2 Petr. 1, 4. ܐܝܟ̈ μέγιστα; vel per geminationem Positivi, ut Joh. 6, 6. ܙܥܘܪ ܙܥܘܪ *parvum parvum*, i. e. *minimum*; vel adjecto ܫܓܝ *valde*, ut Matth. 8, 28. ܒܝܫ ܫܓܝ *mali valde*, i. e. *pessimi*; vel praemisso ܣܓܝ *multum*, ut Apoc. 18, 12. c. 21. 11. ܝܩܪ ܣܓܝ τιμιωτάτου; vel sequente Praefixo ܕ ante Pluralem, ut Matth. 2, 6. ܙܥܘܪ ܕܡܠܟ̈ *parva in regibus* (id est minima regum) *Judae*; vel per constructionem cum Genitivo plurali, ut 1 Cor. 15, 9. ܙܥܘܪ ܕܫܠ̈ܝܚ̈ *parvus* (i. e. minimus) *apostolorum*; Eph. 3, 8. vel denique per Positivum absolute positum, ut Matth. 5, 19. c. 25, 40. 45.

§. CXXVI.

Collectiva ad sensum pluraliter constructa.

Singularia collectiva, seu quae in Singulari multitudinem notant, jungi et Pluralibus possunt, respectu habito ad sensum: ut Joh. 4, 30. ܐܢܫ̈ *et exiverunt homo*, id est, *homines*; unde impositum *Ribbui*, et p. 77. chrestomathiae, ܕܝܪ ܐܢܫ̈ *monasterium* (i. e. monachi) *cum vidissent*. At ܥܢ̈ *ovis* seu *oves*, jungitur Singulari, etiam de multis; ut Joh. 10, 3. ܥܢ̈ ܫܡܥ ܩܠܗ *et ovis audit*, (pro, *et oves audiunt*) *vocem ejus*. Sic ibid. v. 4. 5. 7. 8. 12. 16.

§. CXXVII.

§. CXXVII.

Quaedam pluralia tantum ad ſenſum ſingulariter conſtructa.

Defectiva, ſeu *Pluralia tantum*, modo pluralibus junguntur, modo Singularibus; illud ſecundum grammaticam, hoc vero ad ſenſum: ut ܫܡܝܐ *caeli* vel *caelum*, plurale in ſyntaxi eſt Marc. 1, 10. ܐܫܬܪܥܘ ܫܡܝܐ *ſciſſi ſunt caeli*, itemque Luc. 4, 25. Joh. 1, 52. Act. 7, 56. Apoc. 21, 1. at ſingulare Matth. 16, 2. 3. ܫܡܝܐ ܡܫܟܡ *rubet caelum*, et Luc. 3, 21. Hebr. 9, 24. Sic ܚܝܐ *vitae* vel *vita*, ſingulare eſt Joh. 1, 4. ܒܗ ܗܘܬ ܚܝܐ *in ipſo vita erat*, at mox ibidem plurale, ܚܝܐ ܗܘܬ ܠܢܘܗܪ ܐܢܫܐ *et vitae erant lux mundi*, item c. 3, 15. 16. c. 4, 22. c. 5, 26. 40. At ܦܬܚ *facies portae*, ſeu *velum*, ſingulare eſt Marc. 15, 38. ܘܦܬܚ ܕܗܝܟܠܐ ܐܬܩܪܥ *et velum ruptum eſt*. Quamvis enim in parallelis Matth. 27, 51. et Luc. 23, 45. editio Polygl. τὸ ܕܗܝܟܠܐ ſigno *Ribbui* notaverit, quaſi illud Plurale eſſet, idemque cum ܕܗܝܟܠܐ ܐܬܪܥܝܘ *ruptae ſunt*; tamen falſum hoc eſſe, prodit locus cit. Lucae, in quo ſequitur ܡܢ ܓܘ *ex medio ſui*, cum Suffixo ſingulari maſculino. Num. 4, 5. ܘܢܦܩ ܦܬܚ ܕܡܫܟܢܐ Sic et duale proprium ܡܨܪܝܡ *Aegyptus*; Hebr. 11, 26. ܡܨܪܝܡ ܕܐܘܨܪܘܗܝ *theſauri ejus* (Fem. Sing.) np. *Aegypti*, et v. 27. ܡܨܪ ܒܫܒܩ *reliquit eam*, np. *Aegyptum*.

§. CXXVIII.

Status conſtructus ante praepoſitiones alium caſum regentes.

Status conſtructus pro abſoluto venit ante Praepoſitiones, ſive a) praefixas, ut Matth. 16, 3. ܦܢܝܟܐ ܚܙܘܬܐ *acceptores facierum*, *hypocritae*, pro ܦܢܝܟ ; Luc. 1, 7. 18. ܣܝܒܐ ܒܝܘܡܘܗܝ *provecti in diebus ſuis* ; v. 28. ܒܪܟܬ ܒܢܫܐ *benedicta in mulieribus* ; v. 51. ܓܐܐ ܒܪܥܝܬܗ *inflatos mente* ; c. 2, 36. ܣܒܝܐ ܒܝܘܡܘܗܝ *provecta in diebus ſuis* ; Act. 23, 23. ܪܡܝܢ ܕܝܡܝܢܐ *jaculantes dextra* ; 2 Tim. 3, 2. ܟܦܝܢ ܛܝܒܘܬܐ *abnegantes beneficium*, *ingrati* ; et v. 3. ܥܒܕܝ ܬܐܘܒ ܪܓܫܝ *ſervi adfectuum et cupiditatum* (ἀκρατεῖς) Geneſ. 12, 11. ܫܦܝܪܐ ܚܙܘܬܐ *pulcra adſpectu*, Dan. 1, 4. ܡܐܠܦܝܢ ܒܡܕܥ *inſtituti in ſcientia*, 2 Petr. 1, 17. ܠܒܫܐ ܝܩܪܬܐ *ornata majeſtatice* ; Cant. 1, 8. ܫܦܝܪܐ ܒܢܫܐ *pulchra in mulieribus* : ſive b) ſeparatas, ut 1 Tim. 1, 10. ܫܟܒ ܥܡ ܕܟܪ *concumbentes cum maribus* ; et ܕܠܐ ܡܚܠܦܝܢ *migrantes jus jurandum*, (ἐπίορκοι) Apoc. 12, 15. ܡܢ ܢܗܪܐ *ablata a fluvio*, c. 14, 4. ܐܬܩܢܝ ܡܢ ܐܪܥܐ *emti ex terra*.

§. CXXIX.

Geminatio nominum.

Geminatio eorundem nominum per adpoſitionem, ſenſum habet vel a) *intenſivum*, de quo ſupra §. CXXV. in deſcriptione Superlativi ; vel b) *diſtributivum*, ut

Matth.

Matth. 20, 9. 10. ܕ̈ܝ̈ܢܪ̈ ܕ̈ܝ̈ܢܪ̈ *denarium denarium*, pro, *ſingulos denarios*; Joh. 6, 7. c. 8, 9. ܚ̈ܕ ܚ̈ܕ *unus unus*, pro, *unusquisque* ſeu *ſinguli*; c. 21, 25. Apoc. 21, 21. ܚ̈ܕ ܚ̈ܕ *unum unum*, pro, *ſingula* ſeu *ſingulatim*; c. 2, 6. ܬ̈ܪ̈ ܬ̈ܪ̈ *duas duas*, pro, *binas*; 2 Cor. 11, 24. ܐ̈ܪ̈ܒ̈ܥ̈ ܐ̈ܪ̈ܒ̈ܥ̈ *quadraginta quadraginta*, pro, *quadrageni*; Marc. 6, 40. *diſcubuerunt* ܡ̈ܐ̈ ܡ̈ܐ̈ ܕ̈ܡ̈ܐ̈ ܕ̈ܡ̈ܐ̈ ܡ̈ܐ̈ ܡ̈ܐ̈ *areolis areolis* (id eſt *areolatim*) *centum centum*, *et quinquaginta quinquaginta*, id eſt, *centeni* et *quinquageni*; vel c) *pluralitum* et *diverſitatis*; ut Marc. 2, 17. ܒ̈ܝ̈ ܒ̈ܝ̈ ܕ̈ܒ̈ܝ̈ *qui malo malo* (hoc eſt, diverſis pluribusque malis) *adfecti erant*; Joh. 5, 4. ܒ̈ܥ̈ ܒ̈ܥ̈ *in tempore tempore*, id eſt, variis temporibus; 1 Tim. 1, 3. c. 4, 1. c. 5, 15. ܐ̈ܢ̈ ܐ̈ܢ̈ *homo homo*, quaſi unus et alter, τινὲς *quidam*. ܒ̈ܪ̈ܫ̈ ܒ̈ܪ̈ܫ̈ Tit. 1, 5. κατὰ πόλιν. Act. 10, 46. ܠ̈ܫ̈ܢ̈ ܠ̈ܫ̈ܢ̈ *diverſis linguis*; c. 21. 34. ܡ̈ܕ̈ ܡ̈ܕ̈ *diverſum quid*; c. 25, 19. ܡ̈ܕ̈ ܡ̈ܕ̈ ܕ̈ܡ̈ ܫ̈ܐ̈ *quaeſtiones vero aliquam aliquam*, i. e. *varias*; vel d) *ſucceſſivum*, ut Act. 11, 4. c. 18, 23. c. 21, 19. ܒ̈ ܒ̈ ܒ̈ *poſt poſt*, i. e. ordine, unus poſt alterum.

§. CXXX.

Ellipſis nominum.

De ellipſi nominum admonebat me hic agere patris mei grammatica, tres de hac doctrina paragraphos habens. Mihi vero grammatica vix eam capere vide-

tur, lexicis melius, aut peculiaribus de hoc argumento libris eam relictura. Sunt praeterea pleraeque ellipſes multis linguis communes, quas nolim in Syriacae aut cujusve linguae ſyntaxi repeti, ſed eas modo notari, quae linguae, cujus grammaticam ſcribimus ſunt privae, frequentes, ſcituque neceſſariae. Hac quidem lege unam enoto, qua ignorata adhaerebit forte aut male interpretabitur Syriaca lector. Commune pleriſque linguis, ubi idem nomen bis ponendum erat, ſemel omittere: id vero Syri peculiariter in nominibus, *annus*, et, *tempus*, faciunt: e. g. p. 53. chreſtomathiae, ܒܫܢܬ ܬܪܝܢ ܩܕܡ ܡܘܬܒ ܢܝܩܝܐ ܡܢ non ſimpliciter eſt, *ante annum quo habitum eſt Nicaeae concilium*, ſed, *proximo ante annum concilii anno*, plenius ܒܫܢܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܫܢܬ ܡܬܒܗ ܢܝܩܝܐ : ibidemque ܒܫܢܬܐ ܗܘ ܕܒܬܪ *et poſt hunc annum*, poſitum pro, ܒܫܢܬ ܗܘ ܕܒܬܪ ܫܢܬ ܡܬܒܗ ܢܝܩܝܐ *anno poſt hunc annum, quo concilium Nicaeae congregatum eſt.* Sic p. 52. ܒܙܒܢ ܬܪܝܢ *ſecunda vice*, eſt pro ܒܙܒܢ ܐܚܪܢ ܕܬܪܝܢ ܙܒܢܝܢ *tempore* (ultimo) *duorum temporum*, et p. 59. ܒܙܒܢ ܬܠܬ *tertia vice*, pro, ܒܙܒܢ ܐܚܪܢ ܕܬܠܬ ܙܒܢܝܢ.

Pater quae hic de ellipſibus ſcripſerat, nolui mea faciens textui inſerere, in nimis multis et ab ipſo, et ab aliis qui rem ellipticam adgreſſi ſunt diſſentiens: jam enim, idque innumeris fere locis ellipſes facere videntur, ubi nullae ſunt, jam eas non ex linguae uſu ſed ex conje-

conjectura ſupplere, aliudque nomen, cujus ipſis in mentem venerat, ſed de quo auctor non cogitaverat, addere. Ponam hoc in duplici exemplo: ܐܙܠ Syris non eſt, *deducere*, ſed *calcare, ire*; hinc de *terra iter faciente* dicunt, ܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ *ivit in via*, de *navigante*, ܐܙܠ ܒܝܡܐ *ivit in mari*: ergo ubi ܐܙܠ pro graeco ἐν τῷ ἐλάυνειν ponitur Marc. 6, 48. aut pro πλεόντων αὐτῶν Luc. 8, 23. non ܒܟܐ ſubintelligendum erat, ſed ܒܝܡܐ. — — Contra in ܙܝܢ et ܒܥܓܠ nullam plane ellipſin agnoſco, ſed conſtructionem imperſonalem, qualis noſtra, *es wird dunkel*, *es wird helle*, aut latina, *pluit*, quod verbum legens non quaero, utrum *Deus*, *Juppiter*, an, *coelum*, *nubes*, ſupplendum ſit. In his tamen, quae pater meus de ellipſi ſcripſit, cum alia aut vera ſint, aut veriſimiliora, eaque ipſa, a quibus diſſentio, lectoribus forte placuerint, ne ea pereant, quae ſcripſit, infra paginam minoribus typis excudi curo (*).

§. CXXXI.

(*) Nomina quaedam Subſtantiva, per *Ellipſin* ſuppreſſa, faciunt ſingulares et velut imperſonales locutiones; ut ܪܘܚܐ *ſpiritus* vel ܢܦܫܐ *anima*, in Verbis ܚܕܐ, ܥܓܐ, ܙܥܩ *contriſtatur*, *taedet*, *piget*, cum ſeq. Praefixo *Lomad*: exempla ſupra dedimus ſub his ipſis Verbis. Item ܟܐܒ *cor*, poſt ܟܐܒ *doluit* cum Praefixo *Lomad*; ut Hebr. 10, 34. ܘܟܐܒ ܠܟܘܢ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ?ܐܣܝܪܝ *et doluit vobis* (cor) *ſuper illis qui vincti ſunt*, pro, καὶ τοῖς δεσμίοις (ſic enim legit interpres *Syr.*) συνεπαθήσατε, *condoluiſtis*; 1 Sam. 22, 8. ?ܘܠܝܬ ܕܐܒ ܠܝ ܒܪ ܡܕܥ ܕܟܐܒ *nec eſt cui doleat ex vobis*

vobis ſuper me, qui condoleat mihi. Nec non ܐܪܥܐ *terra*, aut ܝܘܡܐ *dies*, poſt Verba ܢܗܪ *illuxit* Luc. 6, 13. c. 22, 66. c. 23, 54. et ܐܬܚܫܟ *tenebraſcit* Joh. 6, 17.

Deeſt item a) ܐܠܦܐ vel ܣܝܕܬܐ *navem*, poſt ܐܙܠ *duxit* et ܐܬܐ *deduxit*, in ſignificatione *navigandi*, v. g. Joh. 6, 19. Marc. 6, 48. Luc. 8, 23. item b) ܝܘܓܐ *jugum*, *par boum*, ſeu *vomerem*, poſt idem Verbum ܐܙܠ *duxit*, in ſignificatione *arandi*, v. g. 1 Sam. 8, 12. coll. integra ſyntaxi Luc. 17, 7. *Quis veſtrum habet ſervum*, ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ ܥܒܕ ܝܘܓܐ *qui ducit jugum* ſeu *vomerem*, id eſt, ἀροτριῶντα *arantem*. c) ܐܬܪ *locus* et ܙܒܢ *tempus*, ante relativum Pronomen *qui* vel *quod*, cum id ſignificat *ubi* vel *quando*. Sonabit igitur *ubi* proprie, *loco quo*; et *quando*, *tempore quo*; v. g. Marc. 4, 15. c. 13, 14. Joh. 5, 7. c. 7, 31. item Marc. 14, 9. ܒܟܠ ܐܬܪ ܕܒܣܪܬܐ ܗܕܐ ܢܬܟܪ *omni* (loco) *ubi praedicabitur evangelium meum*. Plenius expreſſa ſyntaxis eſt Matth. 6, 19. c. 8, 19. ܐܝܟ ܕܐܟܠ ܣܦܐ ܘܥܬ ܐܙܠ ܠܐܬܪ ܕܐܢܬ ܗܘܟ *loco quo* (i. e. *ubi*) *tinea et aerugo perdunt*. d) ܡܕܡ vel Pl. ܡܕܡܝ *res*, ante *qui quae quod* abſolute poſitum; ut Hebr. 5, 1. ܟܠ ܐܢܫ ܕܡܬܩܒܠ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܒܡܕܡܝ ܐܠܗܐ *ſuper illis* (rebus) *quae Dei ſunt*. e) ܓܘܫܡܐ *corpus*, poſt ܐܬܟܣܐ *lavit* Joh. 9, 7. 11. 15.

Idem nomen, quod in orationis Subjecto, aut membro ſive antecedente ſive ſequente expreſſum eſt, in ejus Praedicato; vel membro ſive ſubſequente ſive antecedente ſubticetur: ut Marc. 11, 13. ܠܐ ܗܘܐ ܙܒܢ ܬܐܢܐ ܐܬܐ *tempus enim* illud *non erat* ſeu *fuerat* (tempus) *ficuum*; Hebr. 5, 14. ܕܝܠܡܝܬܐ ܗܝ ܕܓܡܝܪܐ ܗܕܡ ܕܡܐ *Perfectorum vero* (cibus) *eſt cibus ſolidus*. Joh. 1, 14. ܐܝܟ ܕܝܠܕ ܝܚܝܕ ܡܢ ܐܒܐ *gloriam tanquam* (gloriam) *unigeniti a Patre*; c. 5, 36. *Eſt mihi* ܣܗܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܡܢ *teſtimonium majus quam* (teſtimonium) *Joannis*. Sic c. 10, 21. c. 11, 4. Luc. 5, 3. Act. 23, 6. Hebr. 3, 3. c. 5, 14. Item poſt Suffixa et ante *Dolath*: ut Matth. 3, 4. ܘܠܒܘܫܗ ܕܥܠ ܓܘܫܡܗ ܗܘܐ ܟܣܘܬ *erat veſtitus ejus* (veſtitus) *pili*; Coloſſ. 3, 22. ܕܡܪܝܐ

§. CXXXI.

Numeralium ſyntaxis.

De *Numeralibus*, quorum tum *Cardinalia* tum *Ordinalia* ſupra dedimus §. 76. ratione Syntaxeos nota:

a) *Cardinalia* ab XI. ad XIX. ita in unam vocem componuntur, ut minor numerus antecedat; e. g. ܚܕ ܥܣܪ *undecim*, q. d. *unus decem.*

Supra XX. ex regula ita componuntur, ut major numerus praecedat minorem, primumque locum obtineant millia, ſecundum centuriae, tertium decades, ultimum unitates, e. g. ܫܒܥ ܡܐܐ ܫܒܥ ܡܐܐ ܫܒܥ chreſt. 56. ܫܒܥ ܥܣܪ ܫܒܥ Joh. 5, 5. ܬܠܬ ܥܣܪ ܫܢܝܢ 1 Cor. 10, 8. ܫܬܝܢ ܥܣܪ ܐܠܦ Exod. 39, 28. verum et poteſt noſtro (Germanorum) more, unitatis numerus decadi praemitti, ut chreſt. p. 56. lin. 15. ܫܒܥ ܥܣܪ ܫܢܝܢ. Eſt tamen haec ordinis naturalis inverſio Syris paulo rarior, quam Hebraeis, ut vel ubi Hebraicus textus, minorem numerum praeponit, haud raro poſtponat Syrus interpres, ut (praeter locum jam ante citatum Exod.

ܡܪܝܟܘܢ ܕܦܓܪܟܘܢ *dominis veſtris* (dominis np.) *corporis*, i. e. corporalibus; Hebr. 12, 9. ܐܒܗܬܢ ܕܒܣܪܢ *patres noſtri* (np. patres) *carnis*, ſeu carnales. Hinc et ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ, quod *ſpiritum ſanctitatis* ſeu *ſanctum* vertere ſolemus, cum ſimilibus conſtructionibus, ita reſolve, ac ſi plene dixiſſet Syrus, ܪܘܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ *ſpiritum* illum *qui eſt ſpiritus ſanctitatis.*

Exod. 39, 28.) pro שנים ועשרים אלף שלשה ושבעים וארבעת מאות Num. 4, 43. ܬܪܝܢ ܥܣܪ ܐܠܦ ܬܠܬ ܡܐܐ ܫܒܥܝܢ ܐܪܒܥ, inque loco palmario ac dubio 1 Reg. 5, 11. (al. 4, 30.) ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝ ܐܠܦ pro חמשה ואלף.

b) Eadem *Cardinalia* rem numeratam modo praecedunt, modo ſequuntur: ut Matth. 4, 8. *Vidit* ܚܙܐ ܬܪܝܢ ܐܚܝܢ *duos fratres*, at v. 21. ܐܚܝܢ ܬܪܝܢ *fratres duos*; Luc. 1, 56. ܬܠܬ ܝܪܚܝܢ *menſes tres*, at Act. 20, 3. ܬܠܬ ܝܪܚܝܢ *tres menſes*. Sic et millia ubi numeranda ſunt, nomen numerans jam praeponitur, ut ܐܠܦ ܬܠܬ ܡܐܐ Marc. 6, 44. ܬܠܬ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܐܠܦ 1 Cor. 10, 8. ܐܠܦ ܐܪܒܥ ܘܥܣܪܝܢ ܐܠܦ Apoc. 14, 3. jam poſtponitur, ut ܐܠܦ ܚܡܫ Matth. 14, 21.

c) *Cardinalia* a III. et quae ſequuntur, Nominibus rei numeratae junguntur plerumque per *appoſitionem* in ſtatu abſoluto; rarius per *regimen* in ſtatu *conſtructo*: ut Luc. 19, 17. ܥܣܪ ܡܕܝܢܬܐ *decem urbes*, at Matth. 4, 25. ܥܣܪ ܡܕܝܢܬܐ, qs. *decas urbium*. Sic 1 Cor. 4, 15. ܪܒܘܬ ܐܠܦ ܡܠܦܢܐ *myrias doctores*; c. 14, 19. ܪܒܘܬ ܐܠܦ ܡܠܝܢ *myrias verba*, et Matth. 18, 24. ܪܒܘܬ ܐܠܦ ܟܪܟܐ *myrias talenta*; pro, *doctorum*, *verborum*, *talentorum*. Vide C. B. *Michaelis* diſſert. de *Soloec. Generis* §. XXII.

d) Pro *Ordinalibus* Syri aliquando utuntur *Cardinalibus*, quibus et reliquarum vocum ſyntaxin adcommodant: ut Matth. 20, 3. ܬܠܬ ܫܥܝܢ *in tribus horis*, pro

hora

hora tertia; v. 5. ܚܕ ܬܠܬ ܫܥܝܢ *in ſex et in novem horis*, id eſt, *horis ſexta et nona*, it. ܘܠܐܬ ܒܥܕܝܢ *et circa undecim boras*, i. e. *horam undecimam*; c. 27, 45. ܥܕ ܫܬ ܫܥܝܢ *usque ad horas novem*, pro, *usque ad horam nonam*; Marc. 15, 33. ܘܟܕ ܗܘܬ ܚܕ ܫܥܝܢ *et cum factae fuiſſent ſex horae*, pro, γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης. Sic Joh. 4, 6. 52. Act. 10, 30.

e) Inprimis id fit, ſi numerus denarium ſuperet; ac tum res numerata praecedit in ſtatu conſtructo: ut Luc. 3, 1. ܒܫܢܬ ܬܪܥܣܪ *anno* τῶν *quindecim*, pro, *decimo quinto*; Num. 33, 38. ܒܫܢܬ ܐܪܒܥܝܢ *anno* τῶν *quadraginta*, pro, *quadrageſimo*, cet. Quo caſu numeratum poſt numerale ſubauditur in Plurali, ut plena ſyntaxis docet Gen. 7, 11. ܒܫܢܬ ܫܬ ܡܐܐ ܫܢܝܢ *anno ſexcentorum annorum*, id eſt, *ſexcenteſimo*; eaque talis fere, qualis ܝܘܡܐ ܗܢܐ; ܝܘܡ ܗܢܐ *dies hujus diei*, pro, *dies hodiernus*, Act. 20, 26. Rom. 11, 8. Vide ſupra §. 131.

f) Sed et generatim *Cardinalia* cum et ſine Praefixo *Dolath*, in conſtructionibus per regimen aequipollent *Ordinalibus*; ut Dan. 1, 21. ܥܕ ܫܢܬ *usque ad annum primum*; c. 2, 1. ܒܫܢܬ ܬܪܬܝܢ *anno ſecundo*. Sic ܬܪܝܢ; ܬܪܬܝܢ *ſecundus* Matth. 22, 26. 39. Marc. 12, 21. Luc. 19, 18. ܬܪܬܝܢ; ܬܪܬܝ *ſecunda* Luc. 12, 38. ܬܠܬ; *tertius* Marc. 12, 21. Luc. 20, 12. Joh. 2, 1. ܬܠܬ; *tertia* Luc. 12, 38. ܐܪܒܥ; *ſextus* c. 1, 26. 36. ܫܬ; *ſeptimus* Judae v. 14. ܫܒܥ; *octa-*

vus Luc. 1, 59. 2 Petr. 2, 5. Vide Geneſ. 1, 8. 13. 19. 23. 31.

g) Numeralia *partem* totius ſignificantia, exprimuntur vel per ſeparatas voces, ut ܬܠܝܬܝܐ *pars tertia*, ܪܒܝܥܝܐ *quarta*, ܚܡܝܫܝܐ *quinta*, ܥܣܪܝܐ *decima*, Apoc. 8, 7. ſqq. c. 6, 8. 2 Sam. 3, 27. Hebr. 7, 2. 4. 8. 9. vel per periphraſin, ut ܚܕ ܡܢ ܥܣܪ *unum de decem*, pro, *decima pars* Apoc. 11, 13.

h) *Vicem* notantia, ut *bis*, *ter* cet. deſcribuntur per Ordinalia addito Nomine ܙܒܢ *tempus*, vel ܙܒܢܐ *tempora*, ut ܒܚܕ ܙܒܢ *uno tempore*, pro *ſemel* 2 Cor. 11, 24. 25. ܬܪܝܢ ܙܒܢܐ *duobus temporibus*, *bis* Marc. 14, 30. 72. ܒܚܕ ܙܒܢ ܘܬܪܝܢ ܙܒܢܝ *ſemel et bis* Phil. 4, 15. ܬܠܬ ܙܒܢܐ *ter* Actor. 10, 16. ܫܒܥ ܙܒܢܐ *ſepties* Luc. 17, 4. ܫܒܥܝܢ ܙܒܢܐ *usque ad ſeptuagies ſepties* Matth. 18, 22. (ſeu, ut habet Philoxeniana, ܫܒܥܝܢ ܙܒܢܐ ܫܒܥ) quod tamen nomen omitti ac ſubintelligi poteſt, ut Marc. 14, 30. 72. antequam *gallus canat*, ܬܪܝܢ ܙܒܢܐ ܬܠܬ ܙܥܪ ܠܝ *duabus vicibus*, *tribus abnegabis me*, Luc. 18, 12. ܫܪܐ ܒܫܒܬܐ ܒܬܪ ܙܒܢ *bis jejuno*. At ubi *una vicium*, v. 9. altera, tertia, quarta notanda eſt, plene dicunt, ܚܕ ܙܒܢ ܚܕ, pr. *vice trium vicium*, elliptice, jam ܬܠܬ ܙܒܢ, jam ܬܠܬ ܙܒܢܐ, vide §. 131. Ponunt et ܙܒܢܐ *tempus*, ut chreſtom. p. 69. ܬܠܬ ܙܒܢ ܙܒܢܐ *tertia vice*. Sed et a quibusdam numeris adverbium formant in ܙ deſinens, ut ܬܪܬܝܙ *iterum* Jud. 12. ܬܠܬ ܙܒܢ *tertia vice*.

i) *Mul-*

i) *Multiplicativa*, ſeu quae Latinis terminantur in *plum*, ut *duplum*, *triplum* cet. Syris exprimuntur per ܚܕ *unum* cum ſeq. nomine numerali cardinali, et hoc vel cum Praefixo *Beth*, ut ܒܚܕ ܫܒܥܐ *unum in ſeptem*, i. e. *ſeptuplum* vel *ſeptuplo* Gen. 4, 15. Eſa. 30, 26. ܚܕ ܫܒܥܝܢ *unum in centum*, pro *centuplo* Matth. 19, 29. Luc. 8, 8. vel ſine interveniente Praefixo, ut ܚܕ ܬܪܝܢ *unum duo*, pro *duplo* Jer. 17, 18. quo et pertinet ܚܕ ܟܡܐ *unum quot*, pro *quanto magis* Philem. v. 16. Hebr. 12, 25. et Rabb. על אחת כמה וכמה idem: vel per *cardinalia* cum praefixo *Beth*, ut ܒܐܪܒܥ *in quatuor*, ſubaudi ܐܚܝܕ *duplicationibus*, id eſt, *quadruplum* Luc. 19, 8. coll. Luc. 18, 30. *Nemo relinquit domos* cet. *propter regnum Dei*, *quin recepturus ſit* ܫܢܝܐ ܒܐܚܝܕ ܣܓܝܐ *in duplicationibus multis*, id eſt, πολλαπλασίονα *multiplicia.*

k) *Diſtributiva*, ut *bini*, *terni*, *quini*, fiunt per geminationem cardinalium: de qua ſupra.

CAPUT XIII.
SYNTAXIS ET IDIOMATA PRONOMINUM.

§. CXXXII.
De pronomine perſonali loco verbi ſubſtantivi poſito.

Pronomina perſonalia verbi ſubſtantivi locum apud Syros obtinere, ex §. 79. ſumimus, itemque de lineola occultante notanda, ex §. 23 et 41. Sic ubi ponitur, idem pronomen non raro ſibi ipſi ſubjungitur, ita ut prius ſit verum pronomen, poſterius verbum ſubſtantivum, ut Matth. 3, 11. ܐܢܐ ܡܥܡܕܢ ܐܢܐ *ego baptizans ſum*, c. 27, 4. ܐܢܬ ܡܢܐ ܐܢܬ σὺ ὄψει, Joh. 1, 19. ܐܢܬ ܡܢ ܐܢܬ *tu quis es?* Joh. 4, 29. ܗܠܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܗܠܐ *num is ſit Chriſtus?* (contracte pro ܗܘ ܗܘ, pro quo tamen Philoxeniana verſio ܗܘ ܐܢܐ ܗܘ ܗܠܐ ſubſtituit) ܗܘ ܗܘ *illa eſt*, Geneſ. 23, 19. Col. 3, 5. — — ܡܢܢ ܐܢܚܢܐ ܡܢܢ *nos quid ſumus* Exod. 16, 8.

Eſt vero hic maxime in, *ego ſum*, *tu es*, *nos ſumus*, *vos eſtis*, pronominis tertiae perſonae notanda cum pronomine primae ſecundaeque perſonae conſtructio, ut Matth. 26, 25. ܗܘ ܐܢܐ ܗܠܐ *num ego ſum?* proprie, *num ego ille?* Matth. 11, 3. 13. ܗܘ ܐܢܬ *tune es qui veniet?* et

16,

16, 16. ܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ *tu es Chriſtus*, pronomine tertiae perſonae ad praedicatum relato, Luc. 24, 18. ܐܢܬ ܗܘ ܒܠܚܘܕ *tune igitur es* (eſt) *ſolus peregrinus?* — ܐܢܬܘܢ ܐܢܝܢ *vos eſtis* (ſunt) *ſal terrae* Matth. 5, 13. lux *mundi* v. 14. (*). Sed Philoxeniana, graecorum ad verba usque tenax, his locis ſubſtituit, ܐܢܐ ܐܢܐ ܗܘ *egone ſum?* ܐܢܬ ܐܢܬ *tu es*, atque adeo, duplici ܐܢܬ conjuncto, Luc. 24, 18. ܐܢܬ ܐܢܬ ܒܠܚܘܕ ܐܢܬ ܗܘ *tune ſolus peregrinus es*, ܐܢܬܘܢ ܐܢܬܘܢ *vos eſtis.*

§. CXXXIII.

ܗܘ *redundans.*

Pleonasmus pronominum Syris perquam frequens, quem tamen nonnunquam et in perſpicuitatem orationis vertunt.

Pronomen tertiae perſonae ܗܘ perſaepe redundanter ponitur, ut Matth. 15, 19. ܡܢ ܠܒܐ ܗܘ ܢܦܩܝܢ *ex corde enim egrediuntur* — Matth. 11, 4. Luc. 7, 19. ܐ ܠܐܚܪܢܐ ܗܘ ܢܣܒܝܢ *an alium exſpectabimus?* Luc. 12, 30. *haec enim omnia* ܟܠ ܗܠܝܢ ܗܘ ܥܡܡܐ *gentes mundi quaerunt*, Col. 1, 19. ܒܗ ܗܘ ܚܒ *in quo voluit.* Vide alia exempla Marc. 7, 23. Joh. 8, 26. 28. Rom. 2, 1. 4. c. 3,

(*) Vide §. 99. et ſimilem conſtructionem ܐܝܬ pro verbo ſubſtantivo poſiti, Hebr. 3, 6. ܒܝܬ ܗܘ ܕܝܠܗ ܐܢܚܢܢ *eſt domus ejus nos*, id eſt, ut nos loquimur, *nos ſumus domus ejus.*

c. 3, 28. 31. c. 14, 8. 1 Tim. 1, 4. c. 4, 10. c. 5, 9. Hebr. 13, 22. Redundare, et ſalvo ſenſu omitti poſſe, vel ex Philoxeniana verſione intelligitur, quae illud, graecorum verborum ſtudioſior, fere ubique omittit, unde nec quaero, quomodo latine vertendum ſit, otioſae enim particulae transferri in alias linguas vix ſine errore poſſunt, nihil quippe ſignificantes. Unde ortus hic pleonasmus, dicere non habeo.

§. CXXXIV.

Ipſe, et, idem, quo modo Syri circumſcribant.

Pronomina, *ipſe*, et *idem*, Syri non habent, circumloquendo tamen ſatis ſignate exprimunt.

1) per perſonalia repetita, interpoſita particula ܕ. Hebr. 10, 1. 11. ܗܘ ܕ ܒ ܕ ܒ ܕ ܗܘ ܒ ܕ ܗܘ αἱ αὐταὶ θυσίαι. Philip. 3, 1. ܗܘ ܒ ܕ ܗܘ τὰ αὐτὰ *eadem*.

2) per compoſitionem pronominum ܗܘ et ܗܢܘ, ut Matth. 5, 46. *nonne portitores* ܗܢܘ ܗܘ *hoc ipſum faciunt?* gr. τὸ αὐτό. Monitum jam §. 91. p. 213. Alia huic ſimilis compoſitio eſt, *menſe Septembri* ܒ ܗܢܘ ܐܝܠܝܢ ܕ ܫܢܬ *ejusdem anni*: chreſt. p. 64.

3) Eandem et vim nonnunquam habet conſtructio pleonaſtica, de qua §. ſequente agemus, Epheſ. 6, 22. *miſi illum* ad *hoc ipſum* ܗܢܘ ܠ ܕ ܫܕ (εἰς αὐτὸ τοῦτο) Hebr. 9, 21. ܗܘ ܒ ܕ ܕ ܒ ܗܘ *eodem ſanguine*, ad experimen-

mendum graecum τῷ αἵματι ὁμοίως ἐξῆλθε Matth. 8, 3. 13. Marc. 1, 43. ܒܗ ܒܫܥܬܐ *eadem hora* Rom. 3, 30. ܒܗ ܒܗܝܡܢܘܬܐ *per eandem fidem*, (quamquam hoc loco Arabi Erp. بالايمان *per fidem* vertenti, plane otiosus visus est pleonasmus) Hebr. 2, 14. ܐܝܟ ܕܐܢܘܢ ܒܣܪܐ μετέσχε τῶν αὐτῶν. Matth. 26, 44. *dixit* ܐܡܪ ܠܗܘ ܒܗܝ ܡܠܬܐ *eadem verba*, (τὸν αὐτὸν λογον) Hebr. 9, 24. *sed in ipsum coelum* ܠܐ ܠܫܡܝܐ ܥܠ *ingressus est*, εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, quamquam vel ibi Arabs Erp. pro mere pleonastica constructione habuit, الى السماء vertens, polyglotto, ipsa graeca interpretato, rectius ponente; الى السماء نفسها. Alia plane ratio liberioris circumscriptionis Ps. 102, 28. ואתה הוא et Hebr. 1, 12. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, ܐܢܬ ܗܘ ܕܝܠܟ ܗܘ *tu vero sicut es*, *ES*, plane ut vel Lutherus non vertit, *du aber bist derselbe*, sed, *du aber bleibest wie du bist.*

4) Aliquando et *ipse* exprimi per ܒܥܡܐ, et ܢܦܫ addito suffixo, meminerimus ex §. 91. p. 215.

§. CXXXV.

Pleonasmus pronominum, vel otiosus, vel emphaticus.

De pleonasmo suffixorum ante ? genitivi et post nonnullas particulas §. 123. et 124. (p. 269.) dicta non repeto, exempli loco ponens, Matth. 1, 20. ܒܪ ?ܝܘܣܦ ?ܕܘܝܕ *filius Davidis*, Act. 4, 10. ?ܒܫܡ ܝܫܘܥ ?ܕܢܨܪܝ *in nomine Jesu.*

Sed

Sed et ante alios casus, praepositionesque, qui eos regunt, suffixa redundant, ut, Joh. 1, 37. ex versione Philoxeniana, ܕܐܬܚܒܪ ܒܝܫܘܥ *adhaeserunt Jesu*; ex antiqua, Matth. 1, 21. ܢܫܪܐ ܠܥܡܗ *salvabit populum suum*, (Philox. ܠܥܡܗ ܕܝܠܗ ܕܐܬܚܒܪ) v. 25. ܢܣܒ ܠܗ *adsumsit uxorem suam*, et ܝܠܕܬ ܠܗ *peperit filium suum*, c. 26, 51. Marc. 14, 47. ܚܒܛ ܠܥܒܕܗ *percussit servum*, et sine Lomad adcusativi, Matth. 25, 25. ܛܡܪܬ ܠܟ *occultavi talentum tuum*, c. 27, 5. ܫܕܐ ܠܟܣܦܐ *projecit argentum*. 1 Tim. 6, 14. ܕܬܛܪ ܦܘܩܕܢܐ *ut serves praeceptum*: ـــ ـــ ܠܡܢܝܡܘܣ ܐܝܟ *secundum legem* 1 Tim. 1, 8. (de Dolath hic et in sequentibus exemplis addito, confer §. 125. p. 268. 269.) ܒܬܪ ܝܫܘܥ *post Jesum* Joh. 1, 37. c. 18, 15. ܒܬܪ ܗܘ ܝܘܡܐ *post eum diem*, Act. 10, 23. ܐܝܟ ܣܒܒ ܠܟܘܪܣܝܐ *circa thronum*, Apoc. 4, 4. c. 5, 11. ܠܘܬ ܗܪܘܕܣ *ad Herodem*, Luc. 23, 7. ܥܠ ܚܛܝܬܐ *propter peccatum*, Rom. 8, 3. ܡܢ ܥܡܐ *ex populo* Act. 23, 6. *Demetrius testimonium habet*, ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܢ ܓܒܗ ܕܥܕܬܐ ܘܡܢ ܓܒ ܫܪܪܐ *ab omnibus, ab ipsa ecclesia ecclesia et ab ipsa veritate*, (ubi tamen non otiosum sed emphatice positum videtur, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας) — ܥܠ ܟܝܢ *propterea* Rom. 13, 6. ܥܠ ܟܘܪܣܘ *super thronis* Apoc. 4, 4. ܩܕܡ ܝܫܘܥ *ante Jesum* Luc. 5, 19. ܩܕܡ ܟܐܦܐ *ante agnum* Apoc. 5, 8. In his videas jam plane superfluum esse, jam ambi-

guita-

guitatem tollere ex defectu articuli ortam: e. g. quod ex Apoc. 4, 4. citavimus, *ſedentes* ܝܬܒܝܢ definite dictum, ἐπὶ τοὺς θρόνους, *in thronis*, quorum antea mentio facta, at indefinite, *ſie ſaſſen auf Thronen*, dicendum fuiſſet ܘܝܬܒ ܐܝܟ.

De ſuffixorum in poſſeſſivis pleonasmo vide ſcripta §. 91. p. 217.

Pronomina ܗܘ et ܗܝ nonnunquam componuntur, aliqua ut videtur emphaſi, e. g. Joh. 5, 9. ܗܘ ܗܝ ܗܘ ܕܫܒܬܐ ܗܘ ܗܘ ܗܝ ܫܒܬܐ *et ille dies ſabbatum erat*, Matth. 3, 1. ܗܘ ܗܝ ܒܗ ܒܝܘܡܬܐ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. (Cave huc referas Joh. 5, 15. ܗܘ ܗܝ ܗܘ ܕܐܫܟܚܗ ? quod potius ܗܘ cum lineola occultante ſcribens vertes, *quod Jeſus eſſet is, qui ſanaverat ipſum*).

Suffixum praepoſitioni adjectum ſaepe redundat ante eandem propoſitionem repetitam, pronomenque ſeparatum aut nomen: Joh. 5, 4. *deſcendit* ܟܕ ܢܚܬ ܒܫܝܠܘܚܐ in *piſcinam*, (ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ) Act. 9, 21. ܠܐ ܗܘ ܕܥܒܕ ܟܕ εἰς τοῦτο, 27, 30. *volebant fugere* ܒܥܝܢ ܗܘ ܠܡܢܣ ex *navigio* (ἐκ τοῦ πλοίου) Rom. 6, 8. ܐܢ ܡܝܬܢ ܥܡ ܗܘ *cum eo*, *nempe*, *Chriſto*, graece αὐτῷ, addito perſpicuitatis cauſſa Chriſti nomine, 1 Tim. 1, 6. ܕܥܠ ܗܘ ܕܐܬܚܘ ab *his* (gr. ἀφ' ὧν) *aberrarunt*. Vix ei in his alia vis, quam graeci aliquando articuli ὁ, ἡ, τὸ, et noſtri germanici, *der*, *die*, *das*, (vide §. ſeqq.) in quibusdam et plane

est otiosum, unde nec Arabs Erpenii exprimere solet; e. g. Rom. 6, 8. مع المسيح 1 Tim. 1, 6. من هذه الاشغال.

Eodem et hic duorum suffixorum post repetitam praepositionem redit concursus, Matth. 27, 4. ماذا لك *quid ad nos?* Joh. 21, 22. ماذا لك *quid ad te?* لي ولك طعام *mihi vero est cibus.*

§. CXXXVI.

ܐ loco articuli positum.

Statui emphatico cum sua vis apud Syros pene perierit, necessarium illis nonnunquam, ad ambiguitatem sermonis vitandam, articuli loco ܐ ponere, fere ut linguae Europae a latina ortae ex latino ILLE articulum sibi fecerunt. Raro et modeste id faciunt, cum alii scriptores Syriaci, tum vetus interpres: legimus tamen, Joh. 5, 7. ܐ ܕܢܫܐ ὁ ἀνθρωπος, (in Philoxeniana versione cum Dolath, ܕܐ ܕܢܫ) v. 9. 15. ܐ ܕܢܫܐ et ܐ ܕܢܫܐ ὁ ἄνθρωπος, atque intercedente Dolath, Matth. 11, 3. ܐ ܕܐܬܐ ὁ ἐρχόμενος, Hebr. 7, 7. ܐ ܕܙܥܘܪ ὁ ἔλαττον, et ܐ ܕܪܒ ὁ κρεῖττον. At in Philoxeniana versione, nihil graeci praetermissura, innumeris locis ܐ pro ὁ, ἡ, τὸ, positum, auribus aliquando molestum.

§. CXXXVII.

§. CXXXVII.

Pronomina partitiva.

Pronomina *partitiva*, ſeu *partes deſignantia*, notantur vel a) per ܐܢܫ Pl. ܐܢܫܐ ſequente ܡܢ, ut Rom. 11, 14. ܘܕܝܠܡܐ ܐܢܫܐ ܡܢܗܘܢ *et ut ſalvem homines* (i. e. *aliquos*) *ex illis*; Matth. 24, 23. ܐ ܐܢܫ ܕܐܡܪ ܠܟܘܢ ſi *homo*, id eſt, *ſi quis dixerit vobis*: vel b) per ܐܝܬ *eſt* vel *ſunt qui* vel *quae*: ut Matth. 13, 8. *Et dedit fructum*, ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܡܐܐ ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܫܬܝܢ ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܫܬܝܢ *fuit quod centum, et fuit quod ſexaginta, et fuit quod triginta*, id eſt, *aliquid quidem centuplicem, aliud vero ſexagenum, aliudque tricenum.* Sic c. 21, 35. c. 22, 5. c. 25, 15. Act. 23, 6. c) elliptice per ܡܢ ſolum poſitum Rom. 3, 3. ܡܢ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘ ܐ ἐι ἠπίστησάν τινες, c. 11, 17. ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܕܐܬܬܥܩܪܘ τινὲς τῶν κλάδων Marc. 12, 5. ܘܡܢ ܕܩܛܠܘ ܡܢ ܐܚܪܢܐ ܘܡܢ ܕܩܛܠܘ ܡܢ ܐܚܪܢܐ τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες, ubi Philoxeniana verſio, ad caſum quoque adcuſativum exprimendum, addito Lomad, ܠ ܕܩܛܠܘ ܡܢ ܠ ܕܩܛܠܘ. Aliquando tamen partium altera tertiave exprimitur per ܐܚܪܢܐ Pl. ܐܚܪܢܝܬܐ *alius alia aliud*: ut Matth. 13, 4-7. ܐܚܪܢܐ ܕܢܦܠ ܥܠ ܦܬܐ ܗܘ ܐܚܪܢܐ — — ܐܚܪܢܝܬܐ ܕܢܦܠ ܒܝܢ ܩܘܣܡܐ ܗܘ ܐܚܪܢܐ — — ܐܚܪܢܝܬܐ ܕܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ ܛܒܬܐ *fuit* (aliquid) *quod caderet ad latus viae - - aliud vero cecidit ſuper ſaxum, - - et aliud cecidit inter ſpinas, - - aliud denique cecidit in terram bonam*; c. 16, 14. c. 25, 15. Joh. 7, 12.

CAPUT XIV.
SYNTAXIS ET IDIOMATA PARTICULARUM.

§. CXXXVIII.
De praefixo ܒ

De praefixorum ܠܘ ܒ ſignificatione §. 93. ſummatim dictum: ac de ܒ §. III. monitum, verba confitendi et abnegandi cum ܒ conſtrui. Adde ejus et hunc uſum, Act. 5, 3. ܡܠܐ ܣܛܢܐ ܒܠܒܟ *implevit Satanas cor tuum.* Sic Num. 23, 7. c. 24, 3. 20. ܐܢܫܐ ܡܬܠܗ *protulit ſententiam ſuam:* ܕܐܒܥܐ ܠܡܥܒܕ ܛܒܬܐ *ut velim bonum* (τὸ θέλειν) Rom. 7, 18.

§. CXXXIX.
De praefixo ܕ.

De praefixo ܕ, *qui quae quod, ut* vel *quod*, notaque genitivi, haec obſervanda.

a) Alicubi etiam abſolute, ſine praevio Nomine regente, Genitivum regit: ut Rom. 14, 8. ܕܡܪܢ ܕܢܚܢ *Domini noſtri ſumus.* Hebr. 10, 39. *Nos vero non ſumus* ܕܐܒܕܢ ܐܠܐ — — ܕܫܘܝܬܐ *deſperationis*, - - *ſed fidei*, puta, filii. ܕܙܒܢܐ *temporis ſunt*, i. e. πρόσκαιροι Marc. 4, 17. ܒܝܬ ܕܪܒܐ ܕܒܢܝ ܟܢܘܫܬܐ *de domus principis ſynagogae* ſc. hominibus Marc. 5, 35. (ubi tamen ſuſpicor legendum ܒܝܬ ܕܒܢܝ) ܕܒܢܝ

ܗܘܝ

ܗܪܘܕܝܢ Marc. 3, 6. eadem ellipſi, *homines domus Herodis*, Ἡρῳδιανοί. Joh. 5, 35. πρὸς ὥραν antiquo interpreti eſt, ܫܥܬܐ *horae*, ut puto, *ſpatio*, omiſſo forte ܙܒܢܐ: at ejus loco Philox. habet ܡܠܝܐ ܕܫܥܬܐ, forte ergo hoc idem ܡܠܝܐ *plenitudo*, et ante ܫܥܬܐ ſubintelligendum.

b) Circumſcriptioni adjectivorum inſervire, ex §. 119. meminerimus.

c) Ex Numeralibus Cardinalibus facit Ordinalia. Vide §. 131. f.

d) Nominibus Adjectivis praefixum, vel particulariter illa capi docet; ut Joh. 7, 31. c. 14, 12. ܡܢ ܕܠܐ ܠܗܠܝܢ ܕܝܢ *majora hiſce*, q. d. aliqua *quae majora ſunt his*; Apoc. 22, 10. ܠܐ ܡܛܠ ܕܙܒܢܐ ܗܘ *illud enim tempus eſt* (aliquid *quod* eſt) *propinquum*; Luc. 6, 9. *Quid licitum eſt in ſabbato facere? bonum, an malum?* Hebr. 6, 13. ܠܐ ܡܢ ܕܝܠܗ ; *majorem ſe* aliquem, et v. 16. ܡܢ ܕܝܠܗ *per majorem ſe* quempiam; uti Joh. 10, 10. dicitur ܡܕܡ ܡܢ ܕܠܐ *aliquid majus*, et Luc. 8, 17. ܡܢ ܕܟܣܝ *quidquam contecti*; vel adverbialiter, ut Matth. 8, 28. *duo daemones* ܫܓܝܐܝܢ ܡܢ ܕܠܐ *mali valde*, Joh. 3, 3. 7. ܡܢ ܠܥܠ *denuo*.

e) Ex interrogativis facit relativa ut jam p. 213. dictum: hic exempla habe, Matth. 5, 39. ܡܢ ܕܡܚܐ ܠܟ *quisquis percuſſerit te*; Hebr. 8, 1. ܡܢ ܕܝܬܒ *qui ſedit*; Apoc. 12, 13. ܡܢ ܕܝܠܕܬ *quae peperit*, Rom. 1, 32. ܡܢ ܕ

ܕ ܐ ܕ ; *qui cum noverint* ; Matth. 6, 12. ܐ ܕ ܐ *quod vultis* ; Matth. 6, 19. ܐ ܕ ܐ *ubi fures perfodiunt* ; Joh. 8, 28. ܐ ܕ ܐ *quemadmodum docuit me Pater meus* ; et ܐ ܕ ܐ *cum elevabitis Filium hominis* ; omnia relative.

f) Aliquando ἐλλείπει, e. g. ante Futura, in significatione cauſſali *ut* ; Joh. 21, 3. ܐ ܐ ܐ ܕ *abeo* ut *capiam piſces* ; item in ſignificatione *dum*, poſt ܕ *usque*, v. g. Joh. 5, 7. ܕ ܐ ܐ ܐ *usque* dum *ego venio* ; c. 9, 4. ܕ ܐ *usque* dum *dies eſt* ; c. 18, 28. ܕ ܐ *usque* dum *comederent*.

g) Ad imitationem graeci ὅτι ponitur poſt dicti ſignum ; ut Matth. 1, 23. *ut impleretur quod dictum eſt a Domino per Prophetam*, ܐ ܕ ܐ *nempe* (ſic enim utcunque vertere licebit) *virgo concipiet*, it. c. 2, 15. c. 3, 9. Joh. 1, 23. item in ܐ *numquid?* Joh. 3, 4. c. 6, 61. 70. Huc et referendum videtur Matth. 2, 4. *interrogabat illos*, ܐ *ubinam naſciturus eſſet Chriſtus?*

h) Redundat poſt Particulas conditionales ܐ *ſi*, ܐ *ſi*, *etſi*, et ܐ *niſi* ; ut Matth. 10, 13. ܐ ܕ ܐ ܐ *et ſi ſit digna domus* iſta, q. d. *et ſi contingat, ut digna ſit* ; item Marc. 8, 3. Luc. 6, 7. Joh. 8, 36. Act. 16, 15. Rom. 2, 26. 1 Cor. 14, 23. 1 Tim. 3, 15. Hebr. 6, 8. 3 Joh. v. 10. Sic Matth. 9, 21. ܐ ܐ ܕ ܐ *ſi vel veſtem ejus ſolum attingerem* ; Joh. 8, 25. Marc. 13,

20. ܐ̈ܠܐ ܕܠܐ ܡܪܝܐ ܫܒܩ ܠܗ̈ *et niſi Dominus curtaviſſet*: tum emphatice ante Propoſitionis Praedicatum, ut Joh. 6, 63. ܗܘ ܕܪܘܚܐ ܗܝ ܕܡܚܝܐ *τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν.*

i) *Ut* ſignificans nonnunquam cum praecedente ܐܡܪ ſuperfluo conjungitur, e. g. chreſtom. p. 91. *Demoſthenes Edeſſam venit* ܐܡܪ ܕܢܗܘܐ *ut dux eſſet exercitus Romani.*

k) Cum ܠ, *non*, compoſitum eſt, *ſine*: Geneſ. 15, 2. ܠܐ ܒܢܝ ſine *liberis*, Joh. 15, 5. ܠܐ ܐܢܐ ܠܐ *ſine me* (cujus loco Philoxeniana habet ܒܠܕܝ ܠܐ). Cave tamen huc referas Hebr. 11, 11. ܠܐ ܕܥܕܢܐ ܕܝܠܗ̈ ܒܙܩܢ̈ (*παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκε*) ubi proprium tuetur ſignificatum, *et*, *quod non erat in tempore aetatis*, (i. e. *quod non ab hac aetate exſpectari potuiſſet*), *peperit.*

§. CXL.

De praefixo ܐ.

Praefixum Vau poſt praecipiendi verba ſolet eſſe, UT: chreſtom. p. 51. ܦܩܕ ܘܢܒܢܐ ܒܝܬ ܠܗ *praecepit ut aedificaretur ſibi palatium.* (Scripta pars haec chronici Edeſſeni ipſo inundationis anno, quo praecipi, non ad finem perduci potuit novi palatii aedificatio) ibid. ܦܩܕ ܘܫܒܩܘ ܚܘܒ̈ *praecepit ut remitterentur* antiqua tributa debita.

De aſyndeto, ܩܡ ܘܐܬܐ *venit ſtetit*, Matth. 2, 9. ſimilibusque, quo interpretes N. T. in reddendis graecorum compoſitis, et conſtructionibus participialibus frequen-

quenter utuntur, vid. §. 98. p. 227. et §. 106. Exemplum ejus mere Syriacum habe, ܐܬܐ ܠܐܕܐ *venit descendit* Edessam Demosthenes. Chrestom. p. 71.

§. CXLI.

De praefixo ܠ.

Lomad cum suffixo, dativum aliquem commodi faciens, nonnunquam redundat: ut Matth. 10, 6. ܙܠܘ ܠܟܘܢ *abite vobis*, pro πορεύεσθε simpliciter; Joh. 1, 15. 27. 30. 37. et c. 5, 3. ܗܘܐ ܠܝ ܩܕܡ *et fuit sibi ante me.* Plura exempla vide Luc. 8, 23. Matth. 13, 2. c. 2, 18. c. 3, 2. Joh. 4, 49. Matth. 10, 23. c. 9, 24. c. 12, 26. Post ܒܝܬ et ܒܝܢ *inter*, notat alterum objectorum distinguendorum: ut Matth. 18, 15. *Argue fratrem tuum* ؟ ܒܝܢ ܗܘ ܘܒܝܢ ܐܢܬ *inter te et ipsum solum*, Genes. 1, 14. ܒܝܢ ܝܘܡܐ ܘܠܠܝܐ *inter diem et noctem*, Exod. 18, 16. ܒܝܢ ܓܒܪܐ ܠܚܒܪܗ *inter virum et socium ejus.* Sic c. 20, 17. c. 24, 3. Joh. 11, 38. Gal. 2, 2. Aliquando et sine Vau, ut Luc. 11, 51. ܒܝܬ ܡܕܒܚܐ ܘܒܝܬ *inter templum et altare*, c. 18, 11. ܒܝܢܘܗܝ ܠܒܘܗܝ proprie, *inter se et se ipsum*, i. e. seorsim ab aliis, πρὸς ἑαυτόν. Quin et post ܒܝܢ bis ponitur, ut in Philoxeniana versione Matth. 18, 15. ܒܝܢ ܗܘ ܘܒܝܢ.

§. CXLII.

§. CXLII.

De adverbiis.

De adverbiis §. jam 92. dictum, multa illorum nomina esse feminina status constructi. Sed et alia ex nominibus in adverbia transeunt, a) partim *Adjectivis*, ut ܒܰܚܕ݂ܳܐ *statim*, qs. ܒܚܰܕ݂ ܚܰܕ݂ *ex una* eademque *hora* Matth. 3, 16. c. 21, 3. Joh. 13, 32. ad instar Gr. ἐξ αὐτῆς; sc. τῆς ὥρας Act. 10, 33. ܫܦ̈ܺܝ *bene*, καλῶς 1 Tim. 3, 13. Gal. 5, 7. ܕ݁ ܢ̈ܛ *cum bonum*, pro *quamvis*, Germ. *ob wol* Hebr. 5, 8. b) partim *Substantivis*, ut ܕ݁ ܗ̈ܳܐ *illico*, qs. *filius horae suae*, ܒ݁ ܫ̈ܥ̈ܐ, vel ܒ݁ ܫ̈ܥ̈ܐ, et per Synaeresin ܒ݁ ܫ̈ܥ̈ܐ *a tranquillitate*, item ܒ݁ ܒ̈ܫ̈ܥ̈ܐ *a-sub tranquillitate*, i. e. *illico*, *confestim*, Marc. 9, 8. 1 Thess. 5, 3. Act. 9, 3. Amant et alias Syri Adverbiorum periphrases: ut *propemodum*, ܒ݁ ܙ̈ܥ̈ܘ̈ܪ̈ܐ *in exiguo quodam* Act. 26, 28. *partim*, ܒ݁ ܙ̈ܥ̈ܘ̈ܪ̈ܐ *ex loco modico* Rom. 11, 25. vel ܙ̈ܥ̈ܘ̈ܪ̈ܐ ܙ̈ܥ̈ܘ̈ܪ̈ܐ *modicum exiguum* 2 Cor. 2, 5. vel ܒ݁ ܙ̈ܥ̈ܘ̈ܪ̈ܐ ܫ̈ܘ̈ܝ̈ *parum de multo* Rom. 15, 24. 1 Cor. 13, 9. 12. 2 Cor. 1, 14.

§. CXLIII.

De particula ܗ̈ܳܐ.

ܗ̈ܳܐ *ecce!* redundat

a) ante terminum temporis durantis, ut Luc. 7, 45. ܕ̈ ܒ݁ ܗ̈ܳܐ *ecce ex quo intravit*, Gr. ἀφ' ἧς εἰσῆλθε; et c. 8, 29. Marc. 9, 21. Act. 10, 30. item Num. 22, 28. ܗ̈ܳܐ ܕ̈

ܐܝܟ ܗܫ ܐܝܟ *ecce tribus vicibus*, ſeu *jam tertium*; chreſt. p. 27. ܐܝܟ ܗܫ ܐܝܟ ܐܦ *bis vidiſtis me*. Hoc quidem inde, quod ܐܦ inter alia eſt *jam*; pro Graeco ἤδη poſitum Matth. 3, 10. c. 15, 32. &c.

Hunc quidem Syriasmus in Graecam quoque ſacrae ſcripturae linguam aliquando receperunt: Luc. 13, 16. ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, Deuteron. 8, 4. ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη, pro Hebraicis, זה ארבעים שנה. Ipſa adeo Vulgata pro, ἀκούσαντες, Col. 1, 4. habet, *ecce ex quo audivimus*.

b) poſt ܠܐ *non*, interrogative capiendum, ubi idem proin eſt ac ה interrogativum Hebraeorum; ut Matth. 5, 46. ܐܦ ܠܐ *non ecce*, pro οὐχὶ *nonne?* ſic v. 47. c. 13, 27. 56. cet. Ejus tamen loco alicubi alternat Verbum ſubſtantivum ܗܘܐ *fuit*, v. g. Matth. 13, 56. Luc. 11, 40. Joh. 6, 70. de quo vide ſupra §. 113. 2. ſoletque Philoxeniana verſio ܐ interrogativum, forte ex ܗܘ ܠܐ contractum, ponere. Hebraeis quidem haec conſtructio inſolentior, cujus unicum exemplum ſuccurrit, Hab. 2, 13. הֲלוֹא הִנֵּה מֵאֵת יהוה, translata tamen in graecismum N. T. Act. 2, 7. οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι.

§. CXLIV.

Ἐπίμετρον *Syntaxeos de Synchyſi.*

Synchyſis, ſeu transpoſitus vocum ordo, Syris licita: ut a) Verbi ܗܘܐ *fuit*, Luc. 5, 3. *Una illarum navi-*

um

um ܗܘ ܫܡܥܘܢ ܕܟܐܦܐ; *Simeonis erat Petri*, pro, *erat Simeonis Petri*; aut ſi hoc exemplum interpolationis ſuſpectum, (in graecis enim Πέτρου non legitur) Exod. 7, 7. ܘܐܗܪܘܢ ܒܪ ܫܢ ܫܢܝܢ ܗܘ ܒܪ ܫܡ ܫܢܝܢ ܗܘ ܒܪ ܫܢ ܫܢ ܗܘ. b) Nominis, Matth. 16, 1. ܘܒܥܘ ܠܗ ܕܢܚܘܐ ܠܗܘܢ ܐܬ ܡܢ ܫܡܝܐ *Et rogabant eum ſignum de caelo ut oſtenderet ſibi*, pro, *ut ſignum de caelo* cet. c) Particulae, Marc. 1, 45. *ita ut non poſſet Jeſus* ܕܠܐ ܝܟܠ ܝܫܘܥ ܕܢܥܠ ܓܠܝ *palam ut ingrederetur* (pro, *ut palam ingrederetur*, h. e. *palam ingredi*) *in urbem*. Hebr. 5, 7. c. 7, 28. ܢܡܘܣܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܕܫܪܝܢ ܠܗܘܢ ܟܗܢܐ *Lex homines eſt* (proprie *illa*) *infirmos conſtituens*, pro, *Lex eſt homines infirmos conſtituens*. Joh. 8, 33. ܙܪܥܐ ܕܐܒܪܗܡ ܐܢܚܢ *Semen ſumus Abrahami*; et v. 37. ܥܒܕ ܚܛܝܬܐ ܐܝܬ ܒܗ *ſervus eſt peccati*. Vide porro Joh. 7, 31. c. 21, 23. 1 Tim. 3, 5. c. 6, 7. 1 Joh. 5, 5. Deut. 31, 2.

GOETTINGAE,

EX OFFICINA FR. ANDR. ROSENBUSCH,

ACAD. TYPOGRAPHI.

PJ5421 .M62
Syriasmvs, id est, Grammatica lingvae
Princeton Theological Seminary-Speer Library
1 1012 00032 8064